cinatores viciorumque reprehensores dicantur sed emendatores vite ac bonorum operum — [illegible]
effectores. Est enim perfacile loqui in publicum bella atque ornate sub aliquo habitu — [illegible]
favores et vulgi famam captantes, sed nisi que ore proferes compleres operando,
neque tibi quicquam proferens neque illis, maius quod est verbis manus inquit hunc
verbis manibus monstrari possit hunc ostentacionem dicendi sed actum requirit
et exercitium sui, aliosque viridiale tractant. Primum quia plus oculis credunt homines
quam verbis. Deinde quia longum est iter per precepta, per exempla vero breve efficax — plus oculis
et aptum perfecte boni viri vitam mores intueri. Considerando vivendi normam — quam verbis
permagnum est imitande virtutis incitamentum. Huiusmodi fuere primum patrorum instituta ut — credit homines
non verborum magistri essent sed vite. Incipe a Paulo a Petro eorumque successoribus
nostre fidei fundamentis, multa sunt eorum dicta sancte sapientie egregie ad felicitatem

In mea copia deficit

disciplinam. Certe repperies illos seu nullis sanctimonia vite magis profecisse ad christianae legis
augmentum quam oratione. Videbant hec quedam durissime legis repagula divine: relinque patrem
et matrem; vende omnia bona tua et da pauperibus; tolle crucem tuam et sequere me; diligite
inimicos vestros; benefacite his qui oderunt vos; diminuit vos parere et similia austera
hec quidem et a sensu nostro abhorrentia. Et contra molliora veteris et multo faciliora esse
ad naturam humanam magis accomodata legis secularium precepta firmata usu cottidiano et legibus
sancita. Quid nam ergo cause fuisse putamus ut preter omnium extimationem adversus tot bella
tot diabolicas insidias tot principum persecutiones tam subito christiane fides creverit et per universum
terrarum orbem contra imperatorum sevissima edicta tam late se propagaverit? Illud profecto fuit
cum severissimam legem ac sanctissimam predicabat vir dei, tum vero se ipsos prebebat exemplum
ceterum que asperrima videbantur facilia illa esse monstrabat, si quis modo mentem adhibuisset
vite integritate commonebat populos et rerum mundanarum summum contemptu suadebat. Non
afferebant sapientiam preciosam ad predicandum sed vite exemplar, non ostentabant eloquentiam, sed
mores sanctissimos in medium proferebant. Ornabant quidem illi sermones suos non ardore sententiarum
et verbis ornatibus ut plerique nostre faciunt, sed abstinentia parsimonia splendore virtutum. Vita
eorum erat quam sequebantur homines; in illis sanctis viris vera et expressa non ficta aut ad umbram
lenociniis quam laudare verbis magnifice ut nunc temporibus fieri videmus et sententiis extollere, a
dictis facta quam commemorat. Ridiculum est homine et a deo preceptis alienum. Atque non accedunt
ista genera mala christi fidelibus inferebat. Nam cum de vita aliciat tamquam probe efficerant
Unde verbis eorum nulla auctoritas nulla fides adhibetur, cum intelligat populus illos suos
emendatores tantum discrepare a doctrina quam profitentur, formaque vivendi tam ab oris oste-
ntatione dissimiles. Illos sequuntur illos imitantur populus qui docuerunt quid faciendum sit probant
faciendo, qui docet quid imitandum sit vel vitandum quod fugiendum docuerunt deprehenduntur
illos propterea admirantur populus quos magis tunc viderit. Hinc tam audiunt homines admirantur
qui hoc animo ad eos accedant ut faciant fratres meliores. Et quidem ceteris in artibus
hec tanta similis discrepantia propterea esset vituperanda preter ceteris magis quosque
futiles et ignavos cantantes suadentes et operam impendendam. Cum vero admota cithara
vocibus hesitantes digitis nullos modulantes modos, sed perplexe nimis consistentes, nonne
hunc fatuum quendam videm atque agrestem cum contumelia atque adeo verberibus dignum iudicares?
Medicum vero qui sanandi scientiam professus est, si in hominum cetu verbis plurimus tamquam artis
intrepide collaudatur. Accedens autem ad egrum nichil agens ... que ad professione fuerat
sed contra ut pollicitus erat loquendo egrum ad interitum perducet. Iniquus est qui hanc
insulsam beluam tam grandia professum non ex hominum numero extimandam putaret. At qui
non ferimus medicum in cura corporis rei fragilis et caduce, quod sepe et ex tenuissima
causa conficitur, ob veritatem illos equo animo tollerabimus qui vite nostre, qui animi ipsius
divini et immortalis curam tam imprudenter ostentat non ad salutem verbis sed operibus ad
perniciem deducentes. Eos nos decet bonos viros extimare qui faciunt que loquuntur
quos cum videmus idem sunt quos audiebamus qui erant cum audiebamus. Non enim
que percepimus de auditu sed que vidimus oculis, que quedam nostris manibus ipsi deprehendimus

probat per multa exempla
quod prius explicavit
verbis prosequendo

nos commonefaciunt, nos instruunt, nos monent ad bene agendum. Labilis est vox, dictum ex ore
missum evolat aures, non consistit, non figit altius radices suas. At si quid te videro recte
fecisse id me monebit ad eum laudandum. Adde quod difficilem quendam, arduum videtur habere vita
in summo maiestatis gradu collocata. Arduum videtur illam posse pertingere, cuius potius desperatione
multi a recto tramite deseruntur. Carpe igitur quesumus tu tum propterea tum aliene
improbitatis correctionem iter ad illam. Doce nos non tantum verbis illo perveniendum sit, sed qua
via, qua semita, quo modo. Presta te ducem, prout esse debes, ascensum facilem ostende
ut nos ad te sequendum invites. Etenim quonam modo nos persuadere potes rectum aliquid
esse aut bonum quod non sequaris, non appetas, sed abhorreas ac fugias velut hostem.
Tu alios hortare ad bellum, cum vero tuba canit, cum ad arma ventum est, primus terga
vertis. Alios impellis ad laborem, ipse in summa quiete, in summa ignavia versaris. Sudorem
minime reformidas. Quam ridendus et pro nihilo habendus reputandusque imperator, qui cum
milites suos in aciem duceret, eos ad vulnera, ad mortem, pro consequenda victoria co-
hortatus esset, ipse primus prelio commisso ad primum clamorem metu perterritus aufugeret.
Manendum est in acie, bellandum adversus hostes, vulnera suscipienda et qui se ducem
aliorum fatetur qui reliquos hortatur. Sed iam ironice probati sunt quidam homines isti
qui habent tam grandia in pulpito loquuntur haud dissimiles mimis qui olim apud
veteres edebant in scena. Nam si quis eorum quempiam vidisset in fabula reputanda
ornatu regio incedentem, verba proferentem gravia magnifica superba rege digna
satellitibus stipatum, tenentem sceptrum, regem profecto istum credidisset. Detrahe
illa ornatum, amove cultum vestimentorum, submove personam, nempe summe reliquam
et fortasse nequissimum. Eodem isti mihi tam boni vite magistri nonne personati dici possunt
cum ascendere in locum excelsum, verba facturi, ab aliqua egregia sententia incipiunt,
deinde aliorum dictis intexunt orationes suas, multorum advocant exquisitam sententiam
sapientum, aut cohortando virtutem aut vitia obiurgando. Hic superbiam detestabitur, ille
avaritiam, alius luxuriam persequetur, alius ambitionem. Hic magna voce in reliqua vitia invehetur,
execrabitur tempora et mores, conqueretur negligi divinum cultum, nullam fidem, nullam
religionem, nullam caritatem esse, reformari hec oportere. Aliosque arguunt verborum
perturbatione. Quid hoc tam bene erudito doctore melius, quid gravius, tanta severitate
Catonem me hercule credas priscum illum gravissimum virum in Romanorum luxum
ac lasciviam obiurgantem. Nos vero ultimus quaerimus: descende ex loco excelso quem
ascendisti, depone personam, teipsum tu scrutari. Domesticam vitam vide, mores tuos
discutere cupio, perspecto sive an ea conveniat cum preceptis tuis. Ergo quid nos
simus medicum quaerimus non eloquentem sed sanantem. Et quod vobis(?) eos ut
sapientem decet gravissimis ad emendationem morum in Romanum pontificem sanctissime
dixisti, ipsius tum dicta tum facta gravi oratione ac bono viro digna notasti
quesitis eos tam presulum morum ac vite consuetudinem non solum suam, sed eorum qui
imaginem in ecclesia dei habent. Ordisti quasi formulam quandam recte agendorum

Comat. mala fact.

quam omnes veniam parit sequuntur. fateor multos excessus multa errata plurima
flagitia et nephanda scelera pontificum quorundam fuisse et eos ceterorum non coluisse
virtutem non pietatem non iusticiam. permixtis rebus omnibus protulisse. inundasse ecclesias
prophana ex sacris fecisse. depressisse bonos. malos in honore habuisse. non ex bone
sed ex libidine eorum iure factum omnia administrasse. denique aliis licet si quid
amplius libet accumulare. nichil est enim quod non apte cadat in eorum iniquitates. apertissime
quidem ipsi hec aliena videntur abhorrentque lege nature. indigna est homine facinoroso.
nedum eo qui se velut sanctissimum atque beatissimum appellari. cum ergo non facile abundeque
ista tractaret vel invitus et eloquentie eloquentis esse posset in tam lata materia. tum apud
viciorum genus refecta sunt omnia que undique agmine facto irruunt in nos circumstant
premunt cotidie animi tempestatibus iactantur. et difficile sit in portu se ab
hiis vendicare. magna est prorsus licencia in superiore catherinatum redundancium
summi infimi mediocres prolabuntur. adversus hanc tantam molem viciorum nobis bellum est su-
scipiendum. pugnandum cominus eminus. et in aciem descendendum. communi utilitati ac
saluti subveniendum. debellande voluptates. cupiditates expugnande. animi morbi
ex animo depellendi. in arcem virtutes collocandi sunt. hec gravia hec difficilia
hec aes opus enea. hec pectore firmo non hortatoribus sed defensoribus temporum egent
descendite in terram. et rebus succurrite fessis. quod ergo auxilium nobis afferre
non corporis sed animi viribus opus est. quam ergo sectator. qua continenciam qua iusticiam
qua fragilitatem que opera aut exempla virtutis elegimus ad ecclesie labentis subsidium
ad salutem nostram requirendam et confirmandam. experiatis sinum tuum paulisper et diligenter
intuere an quid operis in medium afferre possis vel reliquis idem faciat instar tui.
remove hec ornata. exue personam alienam. non pompa non errore. non verbis fallacibus
indigemus sed castitate continencia caritate dilectione caritate humilitate misericordia pietate
iusticia. hos duces nos dari oportet. hos milites ad nostram defendendam adversus totum
pugna. quorum presidio tutam me dicam. vocatum in bello. da nobis arma quibus pugnemus
nos instrue ad luctamine. quid horum in te est. nemine ego appello. si quis de se
dictum putabit recte est ut is se ponat in meo numero. unum quid horum in te
est tam pulchro verborum compositore. audebis te castum dicere te continentem. at qui novimus
vitam tuam. et illam quidem meliorem novimus quibus cum familiaribus vivas. quibus secreta
credas tua. illos tibi acceptissimos videmus qui tibi iocunditatem aliquam suppeditant vo-
luptatis. cum te humilem dicas. prius misericordiam. quid tua superbia intollerabilius. quid
fastu quid pompa insolencius. longo clientum ac famulorum agmine stipatus incedis
nec comedis nec bibis nisi pergustatum tanquam tiranni solent. nullum audis nisi
flexis genibus instar simulacri Jovis aut Martis. quo more quo exemplo tu ho-
minibus externis et lutinos compositis tam insolens evasisti. evangeliorum credo et
apostolorum doctrina te ista facere docuerunt. taceo avariciam tuam ne te cum aliis accusem
id enim tibi vicium est commune cum multis qui ne de se dictum existimet erit silencio
pretermittenda. vicium aliud. cum vero erat ecclesias personas pessundedit. quod tua

Contendit quod non operibus est orationibus sed potius aliis pro nobis [illegible] debemus

pelamus conviva locuste ut olim et mel silvestre te delectant. Horride vestes et
hirsute corpus tegunt ad morem baptiste. nulla sumptuosa convivia nulle epule
nota contra episcopos
magnificentissime. nulla varia genera ferculorum. pocula minime exquisita. Nulla
vestium crebra mutacio. Equidem vereor ne ipsam religionem tuam antistites dici
volunt illudere ac irridere videamur. qui tam sancta priorum morum initia ad tam mala
prodire tua exempla ac pauperum sustentacio te licet et amor proximorum. Sed quid est
video quot nudos vestias video quorum egestatibus occulte subvenias. video te hospitales
subvenientem mendicis viduarum ac pupillorum iura procurantem. magnum pecunie modum
in captivorum redempcionem distribuentem. nulla sunt sumptus necessarii. amplificas ecclesiam
tuam. templum domino construis. hanc nempe causam tue pecunie cur tam
cupide tam solicite non solum cupias sed emas magno precio ecclesiam ut ante quam
unicam tui alteri decem milia viginti alias in redditibus concupiscat. cur amplius
censum tenui proponat propter deum. ista vero querimus ille est apud oculos tuos cum ista
peris. O te miserum. o infelicem vel qui sic sciens tam fraudulenter peccas vel qui nescius
ignorancia tua delectaris non premis non consideras. ad quorum utilitatem ad quem
finem hec ampla ecclesiarum patrimonia sunt constituta non ut raptori tibi commissa
sunt sed ut custodi et dispensatori non tua sunt sed pauperum. Tu vero satisfecisse
te putas si quosdam mendicos micas ex semesis reliquiis mense tue sordidis
atque abiectis et ne porcis quidem aut canibus abiciendis. hii quidem essent nisi eos
famelici illi comedissent. Equorum quidem tibi maior cura est multo quam pauperum et
illos negligis diligis hos negligis illorum saginam cum diligencia procuras horum
macilencias contempnis. hos in domum tuam dimittis illos excludis. O beatum orbem
terrarum si te universalem ecclesie pastorem tu ne illis quos tam acriter damnas melior
esses tu sobrior tu continencior. quid si esses nequior. qualem te in universum gregem futurum
existimem qui es in parvulo tam negligens tam impius. non tanta vicia in me fuit
[illegible] quanta in illis fuere neque minus commisi mali. fateor te continenciorem fuisse
a viciis. Nam non tua sed aut pudore aut metu pene. Nam plures pudore
aut metu pene peccandi quam bona voluntate plurimi abstinent. Summa sunt
in te cauda. deest facultas. deest potestas proficiendi. [illegible] licet impotior
multorum enim ut inquit Seneca quia imbecillia sunt latent vicia non minus
ausura cum illis vires suas fortuna dederit quam illa que infelicitas iam aperuit
instrumenta explicandi nequicie illis desunt non voluntas. Nam quid de symonia
questi sunt plurimum. est ad quod digitum querela. In quo ipsum est enim cum quid
dicitur efficere debet ad tempora pertinet. Sed cum non magis [illegible] pontificum
culpa vacat quam eorum qui ista emerunt. Nunquam enim venditores reperissent rem
faciendum nisi vos fuissetis emptores. In quo tamen non video quid pontificibus
Non solum in alia parte confiteri [illegible]
Romanis possit exprobrare nisi quod in magis ipsi peccat vos in hiis. Cognosco
quidem multos qui et beneficiis que conferunt non exigunt pecunias sed extorquent
de iure suo et consuetudine se facere asserentes non esse illam symoniam dicunt

fol 12

Contra simoniam

sed debitum. Hoc eodem modo evenit quemadmodum cum lupum persequentes raptorem illum
furem predonem vocamus ipsi interim aliud doleamus nisi quod predam inopinatam inhiabamus
eripuit. et ne nos fures esse nos efficeret. Sed reformetur ista. opus enim est satis laudabile
honestum. multe corruptele multi abusiones sunt tollendi ex sanctuario dei. precidendi
ara et fontes amputandi et quecumque semine fructum multiplicem nobis reddat. Et qui etiam
quam reformare nos velle simulatis corpus est quadam. Cuius quidem corporis prima sunt
et membra et partes que conformia esse inter se debent nec invicem distrepare ut corpus
consistat. Igitur si hoc corpus reformandum est prius membra necesse est ut reformentur. Nam
si partes informes existunt tunc illud quod conficitur ex partibus conforme esse non potest
Incipiamus ergo a partibus illas componamus tunc facile corpus componetur. Vos ergo qui
membra estis qui reformatorem hierarchie vos predicatis. audete aliquid. incipite a
vobismetipsis vos non interim tradere doctrinam nimie presumitis. Nolite imitari
malos medicos qui cum aliis salutem polliceantur ipsi se curare non possunt. Docete
exemplo vestro hanc reformationis normam. non enim in verbis sed in rebus consistit
virtus. Deponite ergo fastum superbiam avaritiam libidines et ceteras animi pestes
amate paupertatem propositis contenti non appetatis dignitates. imitamini salvatorem nostrum
quem verbis tantum sequimini. operibus vero persequimini. Et ille inquit discite a me exemplum
enim dedi vobis. Discat a vobis homines. Similiter vos usque ad mortem si opus sit sequimini
religionem divinam non propter questum ut plerique omnes facimus. sed propter salutem animarum
Comunite in vobis illam spem paupertatis quia vobis pontificibus assignare ad
ad solum intenti non ut ille sit pauper sed ut vos sitis ditissimi. Quod est enim quod
cum illum spoliare cupiatis solo titulo sine emolimento nisi hec omnia vos accedat
Illi frena studetis imponere ut vos sine freno soluti libere discurratis. Res ipsa
vos solicitat vos impellit non publica non communis. Quotiens enim quemque verum reperietur
de prelatis enim loquor qui sunt positi in exemplum ceteris. qui prelaturas querunt
ad salutem omnium sibi committendarum. vel spem primum etiam non propter dignitatem propter rem temporalium
potentiam propter avaritiam propter opes. non ut melior sit aliis sed ut excelsior. ut sit
a quo supplicetur a quo postuletur. cui adoretur aperto capite aut flexis genibus tamquam deo
non ut creatori nostro serviat sed ut sibi serviatur. Dignitates petunt non ad aliorum comoda
sed ad utilitatem suam. Sed si recto iudicio ista examinaret intelligerent certum periculum
sibi imminere construere et interitum animarum. Non sunt hec evangelii divina precepta non
sunt horum vestigia apostolorum et aliorum sanctorum patrum quorum etiam peperimus. vos aliorum
sanguinem exhorbetis illi corporum tormenta sustinuerunt ob fidei corroborationem vos ad
hominis desolationem tormenta pluribus hominibus infertis. Illi sequebantur inopiam vos opes
queritis. gaudebant illi paupertate vos divitiis. illi potentiam mundanam aspernabantur
tumultuantes sequentes vos domina et cellario delectat. Illi diligi et amari studebant
vos metui vultis nescientes quod numquam timor cum dilectione et caritate misceatur. Denique
ad salutem illa nostram pertinebat vos videmini ad perniciem constituti. Quid ergo miram

Jam dicit de … ad correctos

est in tanta vite ac morum dissimilitudine tanta nequicia tanta perversitate personas ecclesiasticas
iam esse odio hominibus cepisse. Cum quisque bene loquatur male vivat nec in emendacionem suam
diligens sit. sed in aliorum reprehensione. cum sacra prophanet. cum vendat ecclesiastica sacramenta
cum qui virtutis exemplum esse deberet sit simulacrum viciorum. Apertissime quidem cogitanti reverendissimi
patres quam sive protractamus ecclesie unitatem. magna me illius consequende tenet desperacio
cum vitam nostram moresque considero venire pertimesco tempus. qui tamdiu ab unico devia
viant ovili. unum pastorem constituere in quem universi katholici consenciant reformande
ecclesiam quam videmus multorum scelere inquinatam ac laceratam magnum quoddam et
supra mortale ingenium esse videtur. Opus est quippe plenum laude plenum virtute
plenum felicitate quod omnes nos in celum manibus optare et orare debemus.
Ad unum autem quodque opus perficiendum requiruntur instrumenta rei quam volumus efficere
accomodata. Cum itaque ad nos ipsos qui ista tractamus et ad virtutem nostram
mentem revoco cum facta nostra cum merita diligenter expendo non satis intelligo
quid nobis ad presens sperandum sit preter dei misericordiam et pietatem. Instrumenta
quidem ad tantam rem conveniencia. Si quis hunc apta se dixerit vereor
ne ipse sua ignorancia fallatur. vellem in multis hominibus inessent instrumenta
facilime quod querimus inveniretur. Sed quis est ille. Cupio enim alicuius nomen
audire ut aliquid sperare incipiam. quis inquam est ille. qui sincero animo
qui puro unionem operetur propter commune bonum non propter aliquod comodum privatum
multas dispendiumque multorum animis inesse passiones. Varii plurimorum
effectus vel affectus. aliquos ambicio. quosdam odium. non nullos cupiditas ducit
trahit sua quemque voluptas. paucissimos michi credite publica movet
utilitas. que adeo ex multis non coniecturis sed manifestissimis argumentis
licet intueri. In tanta igitur rerum tanta actorum perversitate nichil est quod vires
mentes nostris operibus vos putem consecuturos. omnipotentis dei auxilium est implorandum
porrigende preces ut nostris calamitatibus succurrat. exaudiat vota nostra
si nos dignos fecerimus qui exaudiamur. Digni autem erimus si abiectis viciis
cum virtute vivemus si mores mutabimus si congruet vita cum moribus. non
enim placatur deus lingwa sed affectione cordis. Nimis diu iacuimus in viciis
unde exire difficile erit. non inquinati solum sed pene infecti erravimus
docti pariter et indocti. sed doctorum hominum maior est culpa qui eorum doctrina
tam male abutuntur. Diligencius enim loqui quam vivere didicerunt. Ergo
patres reverendissimi exciteamus nos aliquando a diuturno sompno expergiscamur. demus
operam virtuti que quicquid attigerit adducit in similitudinem sui. pareamus
rationi que cum sit pars divinitatis qui parebit illi deo optemperabit. sordes
sordes omnes labes ex animo depellamus. honores dignitates pompam
vilipendamus. peritura contempnamus non inhereamus hiis rebus in quibus habet
fortuna potestatem. quarum possessio instabilis est et incerta. Quid sat est

corpori impendamus illius obsistamus calamitatibus cupiditatibus. Nam qui cor-
servit, servit domino impotenti ingrato inexplebili in quod quo plura congesseris eo
maiora imperabit. Cum enim corporis sint infirmitas tanta quanta ut mihi videtur oblitus esse
animo salutis sue nec animadvertit rationem sibi a deo datam tamquam principem et imperio
corporis presidentem, eterna ipsi in re deo est similis eam approbat, amplectitur vero quod sibi
cum belvis est commune qui se felicem fiat. Non ergo aut corpus aut hec que vulgo
appellantur bona diligamus infirma caduca ad parvum temporis duratura, eterna sunt illa
in quorum hereditatem vocati sumus que debemus appetere, ad que brevissima via est per
contemptum rerum mundanarum quas si quis avidius complexerit amplius iter anime sue
construit ad ruinam. Equidem mecum ipse cogitans nostrarum calamitatum maximam causam
esse reor quod stultitie nostre acquiescentes sapientiam non amamus nullo in precio illam habemus
seu contempnimus eam que sola nos potest efficere beatos, nos reddere pares deo. Nam quid est aliud
sapientia nisi humanarum divinarumque rerum cognitio. Qui autem divina cognovit ad eorum normam
vivat necesse est simillimum se illis efficiens eorumque doctrinam imitatur. Illa enim instruet vitam
nostram, illa nobis monstrabit quemadmodum malicia depellenda sit, bonitas appetenda
illa nos docebit ethicas nostras regere. Illa tamquam mites pastores ovium non lupos rapaces
ad pascendum pecus ad salvandum non ad tondendum aut deglutiendum. Nos sine nos dicat
esse constitutos. Hec admonebit iuvenes pauperiem esse habundantiam bonis viris et inscicie faciendi
huiusmodi corda bonis operibus edificando non sinet errare non labi timor prestabit quos
egredi non licebit. Sanctorum gesta patrum ad memoriam revocabit. Morum tum dicta tum facta
ad oculos nostros ponet, incitabit nos ad illorum ymaginem et ad plures sine ponderosa ad
hanc vero sapientiam non est quod difficilem aditum putemus, adest, facilis est, in promptu est et offert
se nobis. Nam quam volumus aliam sapientiam quam salvatorem nostrum dominum Ihesum Christum sive humane
creatorem fontem nos exemplis nos verbis sive ad eterna premia invitantem, illum ut vere sapien-
tie fontem sequamur, omnia hec bona fortune tamquam nullius momenti a nobis segreganda esse
et regnum dei querere volumus prophetarum ad bona illa eterna tam salutifere cohortantem et ma-
dantem ut carnem nostram que corpus et animam perimunt pro deo que nos tam mente nostra qua pressa
querimus appetimus arbitrium potentia tamquam ad voluntarium interitum properantes. O
cecas mentes o perversas nostras cupiditates. Habemus sapientiam in apperto positam cuius plurimi se
doctores insulsissime profitentur. Habemus salvatorem mundi omnis sapientie fundamentum, habemus
huius sapientie tam multos et egregios monstratores nec solum precepta eorum quod ipsum satis
valet sed quod omnino est melius exempla tamen tanta nichil proficiunt. Nichil hec commovent
dicentem a viciis rapimur nec illum auxilium imploramus. Si corpus paululum egressum sit quid
preter consuetudinem gravatur, magno precio medici accersuntur qui valitudinem curat. Animus
vero omnis morbis confectus et nos eius salutem nullam curam habemus. Id est ideo quod morbos
animi non sentimus. Magna enim pars sanitatis est et morbum suum cognoscere et velle curari
que ubi absunt salus est desperanda. Nos vero quibus est maior animi quam corporis cura
convenit prosequi meliores igitur animi partes excolemus si quid est morbosum et nos medico
commendemus. Liceat aliquem errasse liceat se ignorantie excusatione tueri iam parvi ille col-
ligende sunt. Vires operum vero componenda. Renovemus nunc pedem non a lubrico sed in
solido consistamus adversus agmina viciorum belligerantes, assumamus statum fortitudinis.

et nos ab insidijs sathane tueamur. Agamus ut cum racio reddenda erit villicacionis nostre
coram iudice eterno cuius censura magnopere timenda est intrepide illam et mente firma reddere
valeamus. Requiret enim a nobis non quid eduxerimus in terris sed quid a nobis thezaurizatum
sit in celis. Animarum postulabit racionem que propter nos cura commissa. Conata vero et qualiter reddere
possumus nos met quilibet illorum demandata considerate non solum sanctorum sed dictorum quoque et
cogitacionum racionem poscet. Non licebit tunc mentiri non simulare aut dissimulare vicia nostra detegentur
hec falle quibus nunc medimus ornati non accurrent. amplius iniusti non aderunt advocati
tibi pro te causa dicenda erit. Patebunt scelera non tum commissa sed excogitata non erit
penitendi locus pro commissis cuique reddetur secundum opera sua. O diem illum infelicem multis
et calamitosum hijs qui nunc prosperi forte videntur quando ab huius seculi splendore
distrahit quo pene qui cruciatus mala merentibus parabuntur. Renovate queso diem extremum
illum animis nostris et antequam veniat mente participate et nos ad eundem cum parate nescimus
enim qua hora venturus sit. Neminem veniet et nos moriturus dormientes. Agere quod nos
circumstat urgent inspexit. Danda est opera ne incautos nos opprimat. Nichil enim est
certius morte hora mortis nichil incercius. Morimur autem quottidie et quelibet aetas dies
morti accedit. Quam ire licet stulticiam nostram fateri qui semper in finitas in rebus humanis
nos premimus in longum magis protrahimus cogitaciones. Quis est enim tam firmo corpore
tam certus sui ut sibi polliceri possit se in posterum diem victurum. Quid ergo cercius
in hac fragili vita et mortali querimus quam verius interitum nominare possimus.
Quod circa figamus spem nostram quam nedum tamquam advene quam sicut peregrini protinus
ad mortem tempus usum illius adepti ad maiora quedam geniti sumus ad utilitatem ad labores
ad celestium verum contemplacionem et magnitudines animis nostris repellantur. Nos demum choro
numinarum referamus animum ad originem suam hoc est deum et illud celeste consorcio dignos
faciamus. Omnium patrem caritatem et concordiam diligentes studeamus deo placere non mundo
cuius qui sequitur salvus esse non potest. Et qui vero deo decrevit hic vitae eterne
premia consequetur.

Oracio doctissimi viri Gwarini Veron

Optaui tum sepe alias tum hoc maxime tempore clarissimi viri ac sapientissimi cives
ut vel ingenio vel industria tum eloquencie tum indicendo facultatis consentius
essem ut vestrorum illustrium virtutes laudes ac merita pro eorum dignitate ornare ac
celebrare liceret. factum profecto et fortissimi equestris ordinis fratre B. et nobilissimo
P. Car. integerrimi ac sapientissimi hominis quorum pro eorum humanitate constancia fide
prudencia magna ex hac civitate benivolenciam et veneracionem cum caritate accepta sunt
hodierno die singularem predicacionem et egregiam commendacionem ad posteritatis memoriam
reportaret. Atque grate mentis et optime voluntatis nostre testificacio sempiterna
pro benignitate iusticia equitate quas ab altero iam recepti ab altero mox recepturi sumus
dignum apud maiores nostros quorum in omni dictorum factorum que genere plurimum vimus
auctoritas usurpatum accepimus ut prestantissimos cives optimeque de re publica
meritos cum statuis decernendis laudacionibus publicis tum alijs honestis honoribus
prosequerentur. hoc enim pacto vite brevitatem nominis diuturnitate compensantes gloria

et parentes alebant et futuros animabat. Quoniam vero pro ingenii mei tenuitate et exiguis
dicendi viribus id prestare non possum, dabitis hanc michi veniam prudentissimi viri
ut ex pluribus ac pene infinitis pauca quedam attingam, ea que notissima nobis sunt
dicere potius quam commemorasse velle videar, et eo magis quia que sua magnitudine
laudum interpretes meis parum sermonibus indigere censeo. Cogitanti michi preces optime
quod nam huius rei potissimum exordium facerem, illud in primis occurrit nisi magistratus hominis
hoste preteritos ipsa dignitate ac sua parte commendatione preditos viderem, nonnulla
michi laudanda sumpsissem que tamen etsi magnum afferant ornamentum tamen vix applau
hominis bona putentur. Primum quidem Venetias clarissima utique patria dicam, que utriusque
potentia fortuna prosperia terras moderatur et maria. Deinde illustres ambarum familias
corporisque vetustate ac dignitate nobilissimas Bemba scilicet et Lauredana que quales vide
edere soleant hec ipsa in preteres nil satis exemplo satis testimonio satis argumento nobis sunt
clarissimi parentes qui pro eorum civitate sapientia auctoritate amplissimi semper cives et civitate
principes extitere. Sed quoniam hec aliena quodammodo sunt commendatione missa facta ad te f
lor fortissime mea omnis conversa oratio ad ea venio que tua sunt et tuo iure peculiarem
vendicas virtute de qua quoniam in omnibus fere gentibus notior est eo minus multa dicenda
sunt. Tuam namque insignis iusticiam quam michi tam recte amatissimo populo Veronensi administrasti
laudemur preteriens et quibus possum extollo in celum laudibus. Hanc ipsam pro Veronensi
non expectari sed scire non audisse sed vidisse dicunt et clara testantur voce. Una cum singulas
huius de quo loquor virtutis officium conservandis civitatibus et societatibus hominum continendis
late pateat animadvertens, quo nichil divinum nichil deo acceptabilius excogitari potest
tum ad eam rem tuorum studiorum laborum contulisti ut nichil abs te nisi recte iuste equaliter factum
videretur. Tum nostris et eorum semper profuisti commodis utilitatibus quam profuisti numquam silebit michi
credite admirabilis tua in iure dicendo diligentia fides integritas ita ut quemque a
legibus et iure civili profitisti videbas id consulto et summa tum ratione ad facilitatem
equitatemque retulerit. Et pene divinum est non tam litium actiones instituere quam controversias
tollere semper voluisti. Cum autem sapientissimi illius Salomonis instituto rempublicam duabus
in rebus contineri animadvertisses premio inquam et pena in altero quidem perdigne tribuenda beneficiis
largius ac liberalis semper extitisti. In corrigendis vero penis non tam rigorem duritiem
et acerbitatem quam humanitatem clementiam et comitatem addidisti. Qua re cetere tum splendorem
maiestatis tum boni viri nomen vendicasti tibi. Tum non audita est animi magnitudo constantia
et in adeundis periculis et in bello gerendo fortitudo. Deinde de facilitate tua dicam
quanta expeditos ad te aditus et liberas privatis et omnibus aures prebuisti ut
in gratia et dignitate princeps excellebas infimis par esse videris. Apud te quotiens quisque
voluit dixit et quam voluit diu. Que cum ita sint omnisque hic populus discessum tuum
egre ac moleste ferret et non parvis cum lacrimis prosequeretur tum nobili adeo prono
iusto modesto benigno religiosoque virtutibus ornatissimo rectore, si quis orbatum me
misset nisi clarissimum sapientissimum benignissimumque virum p. l. desiderium tuum minueret
leniret ac mitigaret. Cuius enim hominis prudentia in gerendis magistratibus integri
tas placabilitas in republica tuenda cura et fortitudo nobis bono nostro esse et grato

et [illegible] maxima et gratulatione fruimur et ita iubet ut divinum hominem hunc civitati
parentem rectorem gubernatorem quasi de celo missum amemus veneremur amplectamur
cuius virtutes amplissimas vitam [illegible] integerrime actam laudatissima officia
omnium mortalium fama celebrabit ut qui [illegible] facilis in decernendo [illegible] in
satisfaciendo et disputando diligens et acutus [illegible] et ut tandem dicendi
finem faciam iam cum [illegible] utrumque [illegible] maiores natu iuniores et universa denique
civitas [illegible] fidem [illegible] clementie quibus [illegible] ac [illegible]
supplices [illegible] commendant

Oratio Guarini Veronensis in funere Georgy lauream / satisfacta /

Maxima pars hodierno die fortissimo viro georgio laureano a vobis effecta
vel persoluta est viri patricii ac cives ornatissimi quemadmodum sancta religione
instituta mos patrius et amicitie iura poscebant [illegible] est quod et vestri
frequentia vultu et attentioribus in me oculis [illegible] videamini ut georgius laudatione
[illegible] et qui hunc magnifico funeri quasi tumulum accedat [illegible] ad rem
[illegible] dignum [illegible] cum diu ac multo animo [illegible] supra vires
[illegible] ingenii mei [illegible] gravissimum [illegible] oratorem esse intelligo
Nam qui [illegible] animantibus vite cupiditate pro gloria [illegible] et
[illegible] tumque [illegible] poenis ac honestissimis [illegible] ornari [illegible]
[illegible] ignominia vivere maluerit quis non enim omni dicendi [illegible]
[illegible] tamen erit [illegible] insignis [illegible] memoria ita [illegible] ut si non [illegible]
fame ac nobilitatis splendorem attulero saltem illud pro virili parte in obscuro iacere non
patiar [illegible] nomine scriptoribus quos [illegible] tulit [illegible] aliquis fore [illegible]
qui georgii res gestas celebret et scriptis illustret sunt ut qui pro patrie laude
mortem appetunt a patria pro laude vita donentur quoquidem nullum [illegible] nullum [illegible]
nullum [illegible] adhiberi potest [illegible] voluptatum et [illegible]
fortunarum est adiuncta cupiditas Georgium [illegible] ac reliquos magnos ac fortes
[illegible] ad virtutem et nominis celebritatem studio et ardore quodam incitatos scio [illegible]
[illegible] gloria [illegible] sunt ut [illegible] scriptorum opera ac litterarum patrocinio inextincta post
fata conservaret [illegible] in hoc primario [illegible] fortitudinis laude [illegible]
[illegible] opera ut [illegible] oratione finem dicendi faciam [illegible] et
[illegible] et [illegible] educari et splendide vixisse obtigerit vitio [illegible] esse
dandum arbitror [illegible] tam perpetua [illegible] ornamenta [illegible] itaque
[illegible] viri generis [illegible] nobis laudandi suppeditabit argumentum in quo [illegible]
[illegible] adest quod ex patria laureana familia effulsit que tot [illegible]
ornatissima [illegible] consulatus preturas [illegible] triumphales [illegible] in
[illegible] potens illustrissime [illegible] patria [illegible]

illa laus est, quae cunctis ceteris quas audisse legisse aut nobis ipsis vidisse nunc contingit maior
nocentur. Haec admiranda vera est, ille hominum opibus quod quidem humana efficere posse videbantur
industria tantis hominum fundamentis condita. Sunt autem alia dicere, in primis ipsa rerum natura cessit
quae intra maris fluctus et medios pelagi recessus tot templa tot regias tot magnificas
aedes turres navalia porticus extulit et multarum ornamenta urbium esse possint. Cum nimirum
cunctis gentibus sedem communem domicilium et hospitale commune humani receptaculum ab diis insti-
tutam esse crederem, cum ea tot opportunas fluminum derivationes adeo commode adiacentes
quaquaversum regiones, tot ingentem litorum quam moenia valliumque aspicio, quo ex remotis
transeuntes locis fruges ac vitae necessaria devehant, quo ita maritimi commeatus importentur
ut nullus exterarum classium nullos infestantium predonum reformidaret incursus quasi ad urbis
munimentum et naturam civitatis dii auspices caelum et cuncta consenserint. Testimonio est
urbis ipsius magnitudo dignitas opes quae inter feracissimas gentes potentissimos populos bella-
tissimas nationes duce virtute comite fortuna eo fastigii pervenit ut late mari ac terris
imperet et ita imperet ut benignos omnibus ac liberos suis appareat. Cuius res efficit ut
sine patria sese appellare debeat nemo, cum in hac ipsa sicut hiis qui parente orbati sunt
eos adoptari pacto liceat ut parum ipsis consuetudine beneficentia comitate filios esse et
fieri legitimos. Documento sunt excellentes homines multi proceres et clari principes non modo
civitate donati verum etiam in Regum sortem et patrum communem recepti et adscripti. Et quam
in Venetiarum commendatione paulo nos attentiores video magnifici viri benignius vestra
hac venia praesertim cum inclito ad eam Georgii pertinere intelligat quam augusta ut ita dicam
matre ortus sit. Nec vero quicquid de praeclara regendi conditione, de praeclaris legibus de
rebus gestarum amplitudine de victoriis in omni bellorum genere explicari possit est dictum
sum ad fastidium cum usque crescet ipsa oratio, cuius autem [illegible] et ignaro auditu ro-
tunda esse puto summatim attingam. Hinc cum patres maiores et generis auctores pro
illud [illegible] tulere ut nemini iniuriam aut bellum intulisse ceperint. Verum cum vero tu [illegible]
guardi stabilimentum sedesque iustitia sit propter multas et magnas virtutes. Illud insigniis
attinuere [illegible] et essent et haberentur. Et recte sane, nam cum ferme
certe partes honestatis fundatorum bona [illegible] et imperio dignum hominis dici
potest. Addamus et illud quod huius vere civitatis peculiare decus est quod universa
respublica [illegible] semper [illegible] ita et in [illegible] ut in aliqua diligentius
pertinenda ne reliquas utriusque [illegible] amiserunt. Cuius res adeo civiles discordias
et populares omnes seditiones avertit ut sine dumtaxat civitati per hominum memoriam
sine factionibus ac intestinis contentionibus tam immensum tam diuturnum gerere licuit
imperium ut aut veneta gens bellis inferendis semper tardissima extitit et ab
amicis propria amicorumque salute dignitate fortunis imperio in barbaros alias ve nationes
suscipiendis nullus eos terror nulla iactura nullum discrimen absterrere potuit. Hercule
[illegible] nationes terras nostris [illegible] semper saluti pro belligeraverunt
veterum scriptores prodiderunt. Hic non dicam triumphos Venetos quam tot [illegible]
quot orae sunt [illegible] terrarum eas ob res sicut nullo modo cupidorum aut imbellium ita
contemptum et invictarum nomine laudemque vendicarunt. Argumento sunt et vetera et recentia
bella, ea vero enumerare non est necesse. Verum non superatos nec profligatos quinque facile dixerit

Illud aut(em) insigne Georgio accidit q(uod) ex tot tantis p(ro)bis [illegible] maiorib(us)q(ue) co(m)missis velud vix
reppiri ut in quo no(n) [illegible] homo [illegible] insignis do(mus) habundat. Ut cu(m) amittat
ceteros p(ri)mum viri venustate memoria Lodovicu(m) virum et reb(us) urbanis et militarib(us)
sane p(ro)batu(m) cuius Georgij n(ost)ri parente(m) cu(m) virtute (con)silij sapie(n)tie sanctitate om(n)es porro
insulas religiones / [illegible] teste habemus [illegible] prudentia si plurib(us)
augeat / fuit cu(m) diligentissimus p(ate)r f(ilij) senator optimus [illegible] / [illegible]
[illegible] deficiet hac domo hac p(at)ria hoc denique parente creatus Georgius no(n)
inferiora nactus instituta [illegible] eo pacto rudimenta et teneros formavit annos
ut quantu(m) laudis et ornamentoru(m) ex gente ex [illegible] ex genitore suscepisse et tunde(m)
vel longe amplius redderetur / ut cu(m) p(ri)mum p(er) etatem sapere incepit / animadvertit p(re)clara
illa maioru(m) decora et illustria suoru(m) nomina dedecori et ignominie fore nisi eoru(m) (con)for
tatus virtute et recte factis videretur / Quocirca ita vite p(ar)tes instituit ut quicq(ui)d
diceret faceret p(er) omnes etatis gradus et admiratione(m) haberet et laudem / Iocundus amicis gr(a)tus
necessarijs carus parentibus [illegible] admirato(r) prudentissimi [illegible] fecit ut maioru(m)
et p(ro)pinquoru(m) memoria p(er) etatis vestigia memorabilia quedam Georgij dicta facta
ne recognosceret ad eum [illegible] desiderio videa(tur) / Scio multa repetitis quib(us) opti(m)
[illegible] adolescente(m) virum [illegible] modestia [illegible] maturitas se(m)p(er) annos
superavit et simile aliquid edidit sub seniore namq(ue) Lodovico educatus ab ip(s)o pene
inimitabiles mores et [illegible] recte vivendi formula imbiberat adeo ut [illegible]
natu minor redoleret et effingeret / [illegible] hec p(ri)mu(m) ex [illegible] Georgius n(oste)r expressit
Lodovicu(m) p(at)re(m) comitem [illegible] et equale(m) delegit ita ut ab eius late(re) p(ar)vo dissederet
Cum eo ut fidelissimu(m) ac p(ro)batissimu(m) sibi (con)siliariu(m) desumpserat et dicendi faciendiq(ue)
[illegible] qualem accepit a genitore [illegible] accepimus / Cuius precepta et aucte
intentus / [illegible] ex cottidiana re(rum) [illegible] et te
[illegible] que p(ri)mi [illegible] senectutis prudentia (con)siliorum regenda et (con)stituenda [illegible]
[illegible] cottidie instillatu(m) habebat ut in tenera etate sua a reb(us) veneris arceret
que animi p(ri)us et cor(poris) vires carpunt et p(er)fecto ita est. Nam ut sapientissimus poet(a)
inquit Sed no(n) ulla magis vires industria firmat q(uam) venere(m) et ceci stimulos avertere
amoris / Hec cum p(re)sidiam suboriri p(ro)spiceret [illegible] fugitans labori et patientie plurimu(m)
dedit ope(ram) quib(us) corp(us) et mente(m) (con)suefaceret. Sed cu(m) ad bellica et civilia munia
usus pat(er) vocaret ad eius co(m)moda sese natu(m) educatu(m)q(ue) sentiebat sitis inedie caloris
frigoris vigiliar(um) mira in hoc homine tollerantia / quid sagittandi armoru(m) omnis
generis tractandoru(m) navigandi equitandi peritia [illegible] et [illegible]
artib(us) cu(m) ad [illegible] officia [illegible] quanta modestia [illegible] prudentia (con)stantia
se gessisset [illegible] fugit / quib(us) rebus no(n) modo civib(us) et domesticis sed alie
nigenis et longinquis tu(m) cognitu(m) et p(er)spectum eius esset ingeniu(m) omnes amabant
colebant [illegible] hoc loco plura [illegible] in dicenda [illegible] et uno [illegible] (con)fluunt
agmine quib(us) [illegible] nob(is) [illegible] in [illegible] longiora fore [illegible]
Uno igi(tur) de ipsius forti(tudi)ne cu(m) dixero reliqua missa faciam / Adhuc [illegible]
[illegible] classis duce [illegible] egei maris insulas p(er)
vastans et abducte in servitute colonis [illegible] cede et vastitate(m)

initas omnia terrore complevat Cyprulis dira pernicies impendebat. Commissus p-
ptore Georgius animis tanta hostes offendens non ante insequi destitit quam acri commissa
pugna prima adhortatione bellicis artibus et animi peritia suos incitans victore denique
fuderit namque in potestatem redigit pauci mortalibus capti adeo devota diis corda contra
Georgius vitam pro laude patrie statuit memor potiorem subditorum salutem ac fortunas sue
fidei commissas. Sunt igitur commercium aut accepta a nostra vita pace dignitati rependaly
par erat esse et Georgium et Laureanum tum speciosa fortium vocabula aut in bene gesta
et parta de adversariis laurea remeare aut strenue morte obire ne tanto indignus co-
gnomine censeretur. Hec victoria altius mox futuri triumphi primitia fuit, quem
fortissimus imperator Petrus Laureanus collato apud Hellespontum marte non longe post
ducturus erat, cum bona magnaque pars Georgii manu industria robore navata est.
Exiguum hoc ipsum in Georgio minus fortasse mirandum quem ut fortia facit et fortiter
pateretur ab ineunte institutione virtute paratus erat. Quod vel memorie recentioris exemplo
patet. Cum .I. Ambrosius Spinola ex stirpe ut con Januensium ducum adverse factionis homo
belligeraret gnarus assuetusque namque et quidem immitissimus ac audacissimorum militum
manum practica factitaret complures more negotiatorum naviculas diripuerat
et in nobilissima Corcyreorum insula Veneto subiectam imperio ut est gens ferocissima
alienum appetens conectare predis et rapto incitare solita impetu ferebat. Idemque
molestum ferret Senatum rem pro indignum cum censebat ut eo populus Veneti ad aliorum pro-
dum animas triremes amitteret ipse preda piratare facet et furiosos homines impune
latrocinari sineret. Hunc igitur Ciriacum genus hostem classe non parva et maritimis copiis
e mari submotum fugatumque cum fortissimi imperatoris Jacobi Trivisani auspitiis intra
Carete portum aliquot menses obsessum tenuisset. Demittendis eo supplementis
agitatum pro id tempus singularem Georgii pietatem in patriam eterne erat cum omnia sese
debere existimas pro commoditatis debitum est. Nam delectu habito non expectata
Cuntis vote ultro se civis navibus propria impensa perfectum optulit. Intellige-
bat namque cunctis optimus nullam ad presentis necessitatis compensationem afferri debe-
ubi de dignitate ac salute illius agi ventum erat. Thraces Sicilie fretum cum vigi-
lantissimus dux balleanitas prospectans triremes reliquid subiret adversum animo indu-
stria armis caverat cum aut adeo literis prorat Juliis et in proditoris insidie pa-
rent. Acceptaque et data nautico de more salute post benigna utrimque colloqua-
cognatum una perstiterunt et eo sermonis quo nulle inimicitiarum ulle simultates tac-
suberat. Interim auguratur subdolus hostis dubium ne audite prede an cutandi ab imperatore
lino quam Spinolum auspiciis repente in Venetas irrumpit triremes. Alii quoque interim post
promotoria occulti latuerant in quibus et Liparitana triremis impressis fuere et
cum telorum fine adsunt clamitant cruunt invadunt eremiis plerique quid sibi clamor
et cursus ille posset ut vero fraus et perfidia hostilis apparuit stupor et rei nove
torpor terrorem membra et mentes tenuit. At cum Georgius tanto in discrimine sin-
inquamque oblitus detrimentum cedidit viro forti aliam capi posse aliam certe non posse
Correpto cum vix clipeo ac telo plus terroris quam metus ostentans cum paucis zote
vadit in hostem intrepidus atque comitans quo quidem constantie eius per medios
tam forti tam strenuo inter hostes obversabatur ut iubatum horrens leo vorare tuderetur

tum inaudit trahitque mole pectus ferebant ante immineris vel fortune succumbere indi-
gnabatur. Nam cum suo genio hic marie attentum et virtute maiorem consuatum antequam co-
gitaret ne illud quantum in se fuerat amittere videretur vitam amittere maluit quam illud sup-
plicauit aut abiecti hominis signum edere ne plures caduca et mortua membra
quam florentem atque incolumem gloriam facere putaret. Nature sequens legem tuncque inspiratam
esse mortem. Egregie autem vite exitum solis fortibus et his qui virtute conditi excitum
extitisse. Eundemque magnanimi viri casum faciam quo me vitam viri magnifici ergo
iam ad deos perfidie et proditionis vindices confugiam et supplex orabo vt iras suas
vltionemque in eos distringat qui humane societatis et publici iuris violatores sunt
quorum seuicia crudeliterque contumaciam si impune vagari concessum est non intelligo
cur hominum commercia sublata non sint et rupta mutue fidei vincula. Hec barbara
inhumanitas ac detestanda perfidia tam generosa atque vetustissima Lauranorum prosapia
tam magnificentissima vrbe creatum Georgium intercepit. Cuius instituta et accepte
a Lodouico patre artes optime adeo multa constantes eluxerunt vt in abeunte etate
vsque in extremum spiritum domi et militie sit promecta prudentia castitas modestia
integritas et infracti animi robur. Harum contemplatio respectusque dentium cruentum sepenumero
deflexit hostium. Nos autem bellatores amicis hospites et ad gerenda multorum
bella socios in vniuersum sanguinem ludibrio degressatos quem fecerat. Hec autem in re-
gimine aliquid dicendum occurrit dicendumque tamen proprius extasipa vnde in machina
humane hec solis tollet fatum vt reliqua fame mortalibus vita et acerba et immine degenda
esset. Eiusdem Georgij splendor hisce diebus extinctus non modo Lauranie stirpi sed omnibus
amicis ac ciuibus tenebras et squalorem attulit. Qui accepto de eius morte nuncio perfusi
suspiria gemitusque lacrimas atras et obscuram hoc tempus dederunt consueto viri magnifici
filius hominis fratres filios atque nepotes grauiori merore affectos misericordia prosequendos non
differo cum tam sanctissimo tam integerrimo tam fortissimo viro confirmatos aspectu
eius consuetudine et beniuolentia orbati ad luctum et egritudinem concedunt.
mitigandus tamen et leuandus est dolor. Cuius optimum quod temporis longinquitas efficit solum
virtute ac sapientia diminuendus est meror et parandum hoc volumus. Renouate animos
et cogitationem quid eum premat tempus accessio imare potuisset qui si animaduertere volunt
haut perfecto qua viuimus vita statuetur mortem potius appellanda qua vitam
que in dies vite defluens et ad morbos ad calamitatem ad pericula vsque pertinens
ad malam senectutem prius quam defert. Eundem hominis miseriam explicauit solum
hec ad vagitum ploratum et lacrimis vite finit exordia. Nulli vita fragilior quam
virtutibus et recte factis licet extendere. Obiecit Georgius membra quippe fragilia
et breui momento duratura, accepit gloriam et eam quidem que nulla desinuata sit
obliuione. Semper eius recte viuens integra magnifica sapiens gesta locuntur futura
posteritas decantabit venerabitur. Eorum hostilem perfidiam auariciam immanitatem
superbiam crudelitatem improbabit detestabitur abhorrebit. Qui sint ii qui prius commodum
et incremento incubuerint et pro ea conseruanda nullos labores recusant corporis.

cruciatus civitat diffinitus est in ubiis locis ubi eos firmavit sempiterno cu-
ex parte vir insignis nisi quod presente sua sorte contentus incuriosissimus futurorum
Vagator — erat. Itaque venatui aucupioque deditus sic illis incubuerat ut alia cuncta
pene negligeret quodque in primis populi egre ferebant ab ipsis quoque coniugii
consiliis abhorreret. Id aliquamdiu taciti cum tulissent tandem catervatim illum
adeunt quorum unus cuius vel auctoritas maior erat vel facundia maiorque cum
suo duce familiaritas: Tua inquit humanitas optime Marchio hanc nobis
prestat audaciam ut tecum singuli quotiens res exposcit devota fiducia colloquamur
et nunc omnium tacitas voluntates mea vox tuis auribus invehit non quod singulare
inter alios — aliquid habeam ad hanc rem nisi quod tu me carum multis indiciis comprobasti.
Cum igitur merito tua omnia nobis placeant semperque placuerint ut felices nos
tali domino iudicemus unum est quod si a te impetrari sinis teque nobis exorabilem prebes
plane felicissimi finitimorum omnium futuri sumus ut coniugio scilicet animum applices collum-
Admonuerunt subditi ut uxorem acciperet — que non liberum modo sed imperiosum legitimo subiicias iugo idque quam primum facias.
Volant enim dies rapidi et quamquam florida sis etate tamen continue hunc florem
tacita senectus insequitur morsque ipsa omni proxima est etati. Nulli muneris
huius immunitas datur equeque omnibus moriendum est ut quam id certum sit illud
ambiguum quando eveniat. Suscipe igitur oramus eorum preces qui nullum tuum
imperium recusarent. Querende autem coniugis studium nobis linque talem tibi
procurabimus que te merito digna sit et tam claris orta parentibus ut de ea
spes optima sit habenda. Libera tuos omnes molesta sollicitudine quesumus ne si
quid humanitus tibi forsan accideret tu sine successore tuo abeas ipsi sine votivo
rectore maneant desolati. Movere pie preces animum viri et Cogitis inquit amici
mei ad id quod michi in animum nunquam venit. Delectabar omnimoda libertate que in
coniugio rara est. Ceterum me voluntatibus subiectorum sponte subiicio et prudentie — subiicio
vestre et fidei. Illam vobis quam offertis querende coniugis curam remitto eam quam
humeris meis ipse subeo. Quid enim unius claritas alteri confert? Sepe filii
dissimillimi sunt parentum. Quicquid in homine boni est non ab alio quam a Deo est.
Illi ergo et statum et matrimonii mei sortes sperans de solita pietate committo.
Ipse michi inveniet quod quieti mee sit expediens ac saluti. Itaque quando vobis
[illegible] — ita placitum est uxorem ducam. Id quod vobis bona fide polliceor vestrumque de-
siderium nec frustrabor equidem nec morabor. Unum vos michi in versa vice
promittite ac servate ut quamcumque coniugem ipse delegero eam vos summo
honore ac veneratione prosequamini nec sit inter vos qui de meo unquam iudicio
Promisit accipere uxorem ea condicione quam ipse voluerit — aut litiget aut queratur. Vestrum fuit me omnium quos novissetis liber-
rimum iugo subiecisse coniugii. Meum sit iugi ipsius electio. Quecumque mea
uxor erit illa ceu Romani principis filia domina vestra sit. Promittunt
unanimiter ac lete nichil defuturum ut quibus vix possibile videbatur optatum diem
cernere nuptiarum. De quibus in diem certum magnificentissime apparandis domini
edictum — iubentis alacres suscepere. Ita colloquio discessum est. Et ipse nichilominus
eam ipsam curam nuptiarum domesticis suis imposuit edixitque quo die fieret

Haud procul a pallacio villula paucorum atque inopum incolarum quorum uni omnium
pauperrimo Janicole nomen erat sed ut pauperum quoque tuguria non nunquam gratia
celestis visitet (invisit) unica illi nata contigerat Griseldis nomine forma corporis
satis egregia sed pulcritudine morum atque animi adeo speciosa ut nichil
supra. Hec parco victu in summa inopia semper educata omnis inscia
voluptatis nil molle nil tenerum cogitare didicerat sed virilis senilisque
animus virgineo latebat in pectore. Patris senium inextimabili refovens caritate
et paululas eius pascebat oves et colum interim digitis atterebat vicissimque
domum rediens olluscula et dapes fortune congruas parabat durumque
cubiculum sternebat et ad summam angusto in spacio totum filialis obediencie
ac pietatis officium explicabat. In hanc virgunculam Gwalterius sepe illac
transiens quosdam oculos non iuvenili lascivia sed senili gravitate defixerat et
virtutem eximiam supra sexum supraque etatem quam vulgi oculis condicionis obscuri-
tas abscondebat acri penetrarat intuitu. Unde effectum ut et uxorem habere
quod nunquam ante voluerat et simul hanc unam nullamque aliam habere dispo-
neret. Instabat nuptiarum dies unde autem sponsa ventura esset nemo no-
verat nemo non mirabatur. Ipse interim et anulos et coronas et balteos conquire-
bat vestes autem preciosas et calceos et eius generis necessaria omnia ad mensuram
sibi puelle alterius que statura sue persimilis erat parari faciebat. Venerat
expectatus dies et cum nullus sponse rumor audiretur admiratio omnium ve-
hementer excreverat. Hora iam prandii aderat iamque apparatu ingenti domus tota
fervebat. Tum Gwalterius adventanti velut sponse obviam profecturus
domo egreditur prosequente virorum et matronarum nobilium caterva. Griseldis
omnium que erga se pararentur ignara peractis que agenda erant domi aquam a
longinquo fonte convectans paternum limen intrabat ut expedita curis
aliis ad visendam domini sui sponsam cum puellis comitibus properaret. Dum
Gwalterius cogitabundus incedens eamque compellans nomine ubi pater
eius esset interrogavit que cum illum domi esse reverenter atque humiliter
respondisset Jube inquit ad me veniat. Venientem seniculum manu prensum
paululum abstraxit ac submissa voce Scio ait me Janicola carum tibi
te quoque hominem fidum novi et quecunque michi placeant velle te arbitror
unum tamen nominatim nosse velim an me quem dominum habes datam in hac
tua filia in uxorem generum velis. Hoc inopinato negocio stupefactus senex
obriguit et vix tandem paucis hiscens nichil inquit aut velle aut
nolle debeo nisi quod placitum tibi sit qui dominus meus es. Ingrediamur soli
ut ipsam de quibusdam interrogem te presente. Ingressi igitur expectante populo ac mirante
puellam circa patris obsequium satagentem et insolito tanti hospitis adventu stupidam
invenere quam his verbis Gwalterius alloquitur. Et patri tuo placet inquit
et michi ut uxor mea sis credo idipsum tibi placeat sed habeo ex te que-
rere his peractis quod mox erit an volenti animo parata sis ut de omnibus
tecum michi conveniat ita ut in nulla unquam re a mea voluntate dissentias et
quicquid tecum agere voluero sine ulla frontis aut verbi repugnantia te ex animo
volente michi liceat. Ad hec illa miraculo rei tremens Ego mi domine tanto
honore inquit me indignam scio at si voluntas tua si sors mea est
nil ego unquam sciens nedum faciam sed nec etiam cogitabo quod contra animum

Griseldes filia Janicole nata in summa inopia educata

de suis bonis moribus (?)

Contrahitur matrimonium inter dominum et Griseldam (?)

tum sit / sed nec tu aliquid facies / et si tu me mori iusseris quod moleste feram. Datis est
inquit ille / sic in publicum educta populo ostendens. Hec ait uxor mea. hec domina vestra
hanc colite et amate et si me carum habetis. hanc carissimam habetote. Inde ne quid
fortune veteris nove inferret in domum nudari eam iussit, et a calce ad verti-
cem novis vestibus indui / quod a matronis circumstantibus ac certatim sinu illam gremio que
foventibus verecunde ac celeriter impletum sit. Sic horridulam virginem indutam laceram
que comam recollectam manibus comptam quam pro tempore insignitam gemmis et corona
velut subito transformatam vix populus recognovit. Quam Walterius anulo
pretioso quem ad hunc usum detulerat solemniter desponsavit niveo que equo impo-
sitam ad palatium duci fecit comitante populo et gaudente ad hunc modum nuptie
celebrate dies que ille letissimus actus est. Brevi dehinc inopi sponse tantum
divini favoris affulserat ut non in casa alibi in gaza illa pastoria sed in aula
imperatoria educata atque edocta videretur atque apud omnes cara supra fidem cara
et venerabilis facta esset vix que his ipsis qui eam ab origine noverat persuaderi
posset Ianicole natam esse / tantus erat vite morum tantus morum decor. ea
verborum gravitas ac dulcedo quibus omnium animos nexu sibi magni amoris astrinxerat
iam que non solum intra patrios fines sed per finitimas quasque provincias suum nomen
celebri preconio fama vulgabat Ita ut multi ad illam visendam viri ac matrone
studio fervente concurrerent. Sic Walterius humili quidem, sed insigni ac prospero
matrimonio honestatis summa domi in pace / extra vero summa cum gratia hominum
vivebat quod que eximiam virtutem tanta sub inopia latitantem tam perspicaciter deprehen-
disset vulgo prudentissimus habebatur Neque vero solers sponsa muliebria tantum
hec domestica sed ubi res posceret publica etiam obibat officia viro absente
lites patrie nobilium que discordias dirimens atque componens tam gravibus
responsis tanta que maturitate et iudicii equitate ut omnes ad salutem publicam
demissam celo feminam predicarent Nec multum tempus effluxerat dum gravida
effecta primum subditos anxia expectatione suspendit / dehinc filiam enixa
pulcherrimam quamvis filium maluisset tamen votiva fecunditate non virum modo sed totam
patriam letam fecit. Cepit ut fit interim Walterium cum iam ablactata esset in-
fantula mirabilis quedam quam laudabilis iudicent doctiores cupiditas sat
expertam care coniugis fidem experiendi altius et iterum atque iterum retentandi. Solam igitur
in thalamum sevocatam turbida fronte sic alloquitur. Nosti o Griseldis neque
enim presenti fortuna te preteriti tui status oblitam credo Nosti enim qualiter in hanc
domum veneris in qua cara ac dilecta satis es at meis nobilibus non ita
presertim ex quo parere incepisti qui plebeie domine subesse animis ferunt iniquissimis
michi ergo qui pacem cum eis cupio necesse est de filia tua non meo sed
alieno iudicio obsequi / et id facere quo nichil michi posset esse molestius
id enim non ignorare te volui. Volo autem tuum michi animum acco-
modes patientiam que illam prestes quam ab initio nostri coniugii promisisti / His au-
ditis nec verbo mota nec vultu. Tu inquit noster es dominus et ego et parva
filia tue sumus de rebus igitur tuis fac ut libet nichil placere tibi potest
quod michi displiceat Nichil enim vel habere cupio vel amittere metuo nisi te
Hoc enim michi in medio cordis affixi nunquam inde vel lapsu temporis vel morte
nolendum omnia prius fieri possunt quam hic animus mutari / Letus ille responso. sed
dissimulans visu mestus abscessit Et post paulo unum suorum satellitum fidelissimum

feminea sobolis
enixa per Griseldam
[illegible]
ad [illegible]
et matre non
contradicente

vellendum

sibi cuius opera gravioribus in negocijs uti consueverat quid agi vellet doctum ad uxorem
misit qui ad eam noctu veniens Parce inquit o domina neque michi imputes quod coactus
facio Scis sapientissima quid est esse sub dominis Neque enim tali ingenio predite quamvis
inexperte dura parendi necessitas est ignota Iussus sum hanc infantulam accipere atque
eam Hic sermone abrupto quasi crudele ministerium silencio exprimens subticuit Suspe-
cta viri fama suspecta facies suspecta hora suspecta oracio quibus etsi clare
occisum iri dulcem filiam intelligeret nec lacrimam tamen nec suspirium dedit In
nutrice quidem nedum in matre durissimum Sed tranquilla fronte puellulam accipiens
aliquantulum aspexit et simul exosculans benedixit ac signum sancte crucis im-
pressit porrexitque satelliti et vade ait quod tibi dominus noster iniunxit exequere Unum
queso cura ne corpusculum hoc fere dilacerent aut volucres ita tamen nisi
contrarium tibi sit preceptum Reversus ad dominum cum quid dictum quidve responsum esset
exposuisset et ei filiam obtulisset vehementer paterna pietas animum movit susceptum
tamen rigorem propositi non inflexit Iussitque satelliti involutam pannis ciste
iniectam ac iumento impositam quieti omni quanta posset diligencia Bononiam
deferre ad sororem suam que illic comiti de Panico nupta erat eamque sibi
traderet alendam materno studio et claris moribus instruendam tanta preterea
occultandam cura ut cuius esset filia a nemine posset agnosci Ivit ille illico
et sollicite quod ei erat impositum implevit Gwalterius sepe interea vultum
coniugis ac verba considerans nullum unquam mutati animi perpendit indicium par
alacritas atque sedulitas solitum obsequium idem amor nulla tristicia nulla
filie mencio nunquam sive ex proposito sive incidenter nomen eius ex ore matris audi-
tum Transierat hoc in statu et anni quatuor dum ecce gravida filium elegantissimum
peperit leticiam patris ingentem atque omnium amicorum quo nutricis ab ubere post
biennium subducto ad curiositatem solitam reversus pater uxorem rursum affatus
Et olim dixit audisti populum meum egre nostrum ferre coniugium presertim ex quo te
fecundam cognovere Nunquam tamen gravius ex quo marem peperisti Dicunt enim et
sepe ad aures meas murmur hoc pervenit Obeunte igitur Gwalterio Ia-
nicole nepos nobis dominabitur et tam nobilis patria tali domino subiacebit Multa
quottidie in hanc sententiam iactantur in populis quibus ego et quietis avidus et
ut verum fatear michi metuens permoveor ut de hoc infante disponam sicut de
sorore disposui Id tibi denuncio ne te inopinus et subitus dolor turbet Ad hec
illa et dixi ait et repeto nichil possum seu velle sive nolle nisi quod tu Neque
quicquam in his filiis habeo preter laborem Tu mei et nostrum dominus es tuis in rebus
iure tuo utere nec consensum meum queras In ipso enim tue domus introitu ut
pannos sic et voluntates affectusque meos exui tuos quoque indui Quacunque ergo
de re quicquid tu vis et ego volo Nempe que si futurae tue voluntatis essem
prescia ante etiam quicquid id esset et velle et cupere inciperem quam tu velles Nunc
animum tuum quem prevenire non possum libens sequor Fac senciam tibi placere quod mo-
riar volens moriar Nec res ulla denique nec mors ipsa nostro fuerit amori par
Admiratus femine constanciam turbato vultu abijt confestimque satellitem olim missum
ad eam remisit qui multum excusata necessitate parendi multaque petita venia si quid

Abstracta filia
a viro per satellitem
et Bononie ad
nutriendum delata

sexennis natus
post filium femina
per [illegible]
[illegible] repugnante
viri

Gwalterius

ei molestum aut [per] fecisset aut faceret quam inane sceleris futuri posset infamiam
Illa quam eodem vultu qualicumque [animi] animo filium [masculinam] forma corporis ac indole nominatum
sed cunctis amabilem in manus recepit signansque eum signo crucis et benedicens
ut filiam fecerat et diuticule oculis inherens atque deosculans nullo penitus
signo doloris edito petenti obtulit Et tene inquit et fac quod iussus es
Unum nunc est precor ut si fieri potest hos artus teneros infantis egregii protegas
a vexatione volucrum ac ferarum Cum his mandatis reversus ad dominum
animum eius magis ac magis in stuporem egit ut nisi [at ubi] eam nosset filiorum aman-
tissimam paulominus suspicari posset hoc feminei roboris quadam ab animi feri-
tate procedere Sed cum suorum omnium multum [iussus] erat amantior Qui viri iussus inde
Bononiam profectus eo illum tulit quo sororem tulit. Poterant rigidissimo co-
niugi hec benivolentie et fidei coniugalis experimenta sufficere. Sed sunt qui ubi
semel inceperint non desinant [immo] imo incumbant hereantque proposito Defixis quam
ergo in uxorem oculis an illa circa se mutaretur contemplabatur assidue
Nec ullam penitus invenire poterat nisi quod fidelior illi in dies atque obse-
quentior fiebat sic ut duorum non nisi unus animus videretur isque non communis [rois]
ambobus: sed viri duntaxat unius uxor enim per se vel velle ut dictum est nil
nolle firmaverat Ceperat sensim [de] de Bwaltero [sinistra] deterior fama crebrescere videlicet
quod efferata ac inhumana duritie humilis penitentia ac pudore coniugii filios in-
terfici iussisset Nam neque pueri comparebant neque [ubinam gentium] ubinam gentium essent quisquam audierat
Quo se ille vir alioquin clarus et suis carus [multis] infamem odiosumque reddide-
rant Neque ideo trux animus flectebatur sed in suscepta severitate experiendi
que dura sua libidine procedebat Itaque cum iam ab ortu filie duodecimus annus
elapsus esset nuncios Romam misit qui simulans [simulatas] inde litteras apostolicas referret
quibus in populo vulgaretur data sibi licentia a Romano pontifice ut pro sua [suorumque] quiete ge-
cium quiete primo matrimonio relicto aliam ducere posset uxorem Nec operosum
sane fuit alpestribus rudibusque animis quodlibet persuadere Que fama cum ad
Briseldis notitiam pervenisset tristis ut puto Sed ut que semel de se suisque
de sortibus statuisset inconcussa constitit expectans quid de se ille decerneret cui
et sua cuncta subiecerat Miserat quam iam ille Bononiam cognatumque roga-
verat ut ad se filios suos adduceret fama undique diffusa virginem illam in
coniugium sibi adduci / quod ille fideliter executurus puellam iam nubilem ex-
cellente forma preclaros que historia ornatu conspicuam quam simul fratrem eius annum
septimum iam septimum agentem ducens cum eximia nobilium comitiva statuto
die iter arripuit Hec inter Bwalterus solito ut uxorem retentaret
ingenio doloris ac pudoris ad cumulum in publicum educte coram multis
Satis inquit tuo coniugio delectabar mores tuos amabam non originem re-
spiciens Nunc quoniam ut video magna actus [omnis] omnis fortuna servitus magna
est non michi licet quod cuilibet liceret / agricole cogunt mei et papa consentit
me uxorem alteram habere Iam quam uxor in via statimque aderit Esto igitur
forti animo dansque locum alteri et dotem tuam referens in antiquam
domum equa revertere mente nulla homini perpetua sors Contra illa ego
inquit mi domine semper scivi inter magnitudinem tuam et humilitatem meam
nullam esse proportionem meque quam numquam tuo non dicam coniugio sed servicio

digna dixi. In hac autem domo in qua tu me dominam fecisti deum testor semper ancilla permansi
De hoc igitur tempore quo tecum multo cum honore longe supra omne meritum meum fui deo
et tibi gratias ago de reliquo parata sum bono pacatoque animo paternam domum repetere
atque ubi pueritiam egi senectutem agere et mori felix semper vidua atque honorata
que viri talis uxor fuerim. Nove coniugi volens cedere que utinam tibi felix ad-
veniat atque hinc ubi iocundissime degebam quando ita tibi placitum non invita dis-
cedam. Atqui iubes dotem meam mecum ut afferam qualis sit video. Neque enim
excidit ut paterne olim domus in limine spoliata meis tuis induta vestibus ad
te venerim neque omnino alia michi dos fuit quam fides et nuditas. Ecce igitur ut hanc
vestem exuo anulum quoque restituo quo me subarrasti. reliqui anuli et vestes et
ornamenta quibus te donante ad invidiam aucta eram in thalamo tuo sunt. nuda e
domo patris mei egressa nuda itidem revertar nisi quod indignum reor ut hic uterus
in quo filii fuerunt quos tu genuisti populo nudus appareat. quamobrem si tibi placet
et non aliter oro atque obsecro ut in pretium virginitatis quam huc attuli quamque non re-
fero unicam michi camisiam linqui iubeas carere quibus tecum uti soleo que ventre
tue quondam uxoris operiat. Abundabant viro lacrime et contineri amplius iam non
possent. itaque faciem avertens. et camisiam tibi unicam habeto. verbis trementibus
vix expressit et sic abiit illacrimans. Illa coram cunctis sese exuens sibi unicam
retinuit camisiam qua contecta nudo capite nudisque pedibus egreditur atque ita
prosequentibus multis ac flentibus fortunamque culpantibus siccis una oculis et ho-
nesto verenda silencio ad paternam domum remeavit. Senex qui has filie nuptias
semper suspectas habuerat neque unquam tantam spem mente conceperat semper quod hoc venturum
cogitaverat ut satietate sponse tam humilis exorta domo illa quandoque vir tantus et more
nobilium superbus abiceret tunicam hispidam attritamque senio abdita parve domus in parte
servaverat. Audito ergo non tam filie redeuntis non tacite quam comitum strepitu occurrit in limite
et seminudam antiqua veste cooperuit. Mansit illa cum patre paucos dies equanimitate
et humilitate mirabili ita ut nullum in ea signum animi tristioris nullum vestigium
fortune prosperioris extaret. quippe cum in mediis opibus inops semper spiritu vixisset atque
humilis. Iam Panici comes appropinquabat et de novis nuptiis fama frequens erat
premissoque uno e suis sociis die quo Salicias perventurus esset accepit. Pridie igitur
Walterus ad se Griseldem advocatam devotissime ut venienti cupio ait ut
puella que cras hic ad prandium ventura magnifice regie excipiatur virique et matrone
qui tecum sunt simul quoque nostri qui convivio intererunt ita ut locorum verborumque hon-
integer singulis pro dignitate servetur. domi tamen feminas ad hoc opus idoneas non habeo
proinde tu quamvis veste inopi libenter. mo inquit illa sed cupide hoc et quecumque tibi Ac tibi que mores meos optime nosti suscipiendorum ordinandorumque hospitum curam sumes
placida sensero faciam semper nec in hoc unquam fatigabor aut lentescam dum
spiritus huius reliquie ulle superent. Et cum dicto servilia mox instrumenta
corripiens domum verrere mensas instruere lectos sternere hortari quoque alias ancille
in morem fidelissime. prime lucis hora tercia comes supervenerat certatimque
omnes et puelle et germani infantis mores et pulcritudinem mirabantur. Erat quoque
qui dicerent prudenter ac feliciter permutasse quod et hec sponsa tenerior esset et
nobilior et cognatus tam speciosus accederet. Sic quod fervente apparatu convivii ubique

inter omnia sollicita Griseldis nec tanto casu deiecta animo nec ab insolite vestis pu
dore confusa sed sereno vultu obvia puelle bene venerit inquit domina mea. De
hinc ceteros dum hominibus leta facie et verborum mira suavitate susciperet et immensam
domum multa arte disponeret ita ut omnes et presertim advene unde ea maiestas
morum atque prudencia sub tali habitu vehementissime mirarentur atque ipsa in primis
puelle pariter ac infantis laudibus saciari nullo modo posset sed vicissim modo
infantilem modo virginea elegantia predicaret. Gwalterus eo in tempore quo in mensa
assidendum erat in eam versus clara voce coram omnibus quasi illudens quid inquit
tibi nunc de hac mea sponsa satis pulchra ac honesta est. plane ait illa nec
ulla pulchrior nec honestior inveniri posset aut cum nulla umquam aut cum hac
tranquillam potius agere ac felicem vitam utique sic cupio et spero domini te bona
fide precor ac amoneo ne hanc illis aculeis agites quibus alteram agitasti
Nam quia iunior et delicatior nutrita est pati quantum auguror non valebit
Talia dicentis alacritatem intuens atque constanciam tociens tamen acriter offense mu
lieris examinans et sorte indigna non sic merite miseratus ac ferre diucius non
valens Satis inquit mea Griseldis cognita et expectata michi fides tua nec sub
celo aliquem esse puto qui tanta coniugalis amoris experimenta perceperit simul hoc
dicens caram coniugem leto stupore perfusam et velut sompno turbido experrectam
cupidis ulnis amplectitur Et tu ait tu sola uxor mea es aliam nec habui
nec habebo Ista autem quam tu sponsam meam putas filia tua est. hic qui cognatus
credebatur tuus est filius qui diversim perditi videbantur simul omnia recepisti Sci
ant qui contrarium crediderunt me curiosum atque experientem esse non impium probasse

coniugem non dampnasse occultasse filios non mactasse. Hec illa audiens pene
gaudio exanimis et pietate amens iocundissimis cum lacrimis suorum pignorum
in amplexus ruit fatigabat que osculis. pio que gemitu madefecit. Propterea
que matrone alacres et faventes circumfuse vilibus exutam suis solitis vestibus
induunt exornant que plausus que letissimus et fausta omnium verba circumsonant
multo que cum gaudio et fletu ille dies celeberrimus actus est celebrior quam
quondam fuerit dies nupciarum multos que post per annos ingenti pace et concordia
vixere. Et Gwalterus inopem socerum quem actenus neglexisse visus erat ne
quando incepte obstaret experientie sua in domum translatum in honore habuit filiam suis
magnificis impensis atque honestis collocavit. filium que sui dominii successorem liquit
coniugio letus ac sobole. Hanc historiam stilo alio retexere visum fuit non
tam ideo ut matronas nostri temporis ad imitandum huius uxoris pacienciam que michi
non imitabilis videtur quam ut legentes ad imitandum saltem femine constanciam excitarem
ut quod hec viro suo prestitit hoc prestare deo nostro audeant qui licet ut Jacobus
ait apostolus Intemptator sit malorum et ipse neminem temptet probat tamen ut sepe
nos multis ac gravibus exerceri sinit non ut animum nostrum sciat quem sciuit antequam
crearemur sed ut nobis nostra fragilitas notis et domesticis indiciis innotescat
abunde constantibus viris ascripserim quisquis is fuerit qui deo suo
sine murmure quod pro suo mortali coniuge rusticana hec muliercula passa
est perpetuam letissime coronabitur Amen.
Explicit epistola domini Francisci de insigni obediencia et fide uxoria.

Bulla translationis Concilii Basiliensis in Ferraria.

Eugenius episcopus servus servorum dei Ad futuram rei memoriam. Doctoris gentium ad-
moniti saluberrima suavissimaque doctrina. hortantis ut solliciti simus servare uni-
tatem spiritus in vinculo pacis, ad ea maxime continue aciem mentis nostre et indefessa
sollicitudine. curam et cogitationem conatusque omnes intendimus. per que in corpore mistico.
scilicet ecclesia perpetua caritas et pax inviolata permaneat. Et si qua membra dissen-
tiant. ea commode corpori reinserantur suo. ut demum sacrosancti spiritus gratia. qui est patris
et filii amor atque conditor. mediante omnia sub Christo capite unum in ecclesia corpus
efficiantur. Unita etiam per firmam unitatem in Christo societas semper et pax que est spiritus
unitatis vinculum. sincera caritate et gaudio animorum continuatione fruetur, omnisque discor-
die et scissure fomes penitus extinguatur. Hanc dudum in minoribus constituti.
divisionem orientalis et occidentalis ecclesie. quippe ex qua multa innumerabilia et
christiane religionis detrimenta provenire videbamus. ferentes egerrime summopere ac mo-
lestissime, agentes quoque pro viribus nostris ut tolleretur. institimus multum in Con-
stantiensi Concilio primo. tum etiam apud felicis recordationis Martinum papam quintum
predecessorem nostrum. satisque laboravimus. ut sublato pariete de medio. utriusque
ecclesie unio proveniret. Ubi vero ad apostolatus apicem assumpti. honestissimo huic
et pio desiderio viribus nostris debitum ex iniuncto nobis desuper cure pastoralis
officio accessisse cognovimus eam rem ardenti desiderio et tota alacritate suscepimus.
Ac primum quidem adierunt nos pro unionis studio et diligentia oratores carissimi in Christo
filii Iohannis Grecorum imperatoris et venerabilis fratris Ioseph Constantinopolitani patriar-
che. Cum vero missi consequenter nuntii nostri Constantinopolim. habito quoque tractatu
diligenti, tandem fuit consensu omnium placitum. ut ex antiquo instituto. pro celeriori
et faciliori expeditione tante rei legatus de latere. cum prelatis et theologis ac do-
ctoribus tante digne materie tandem. necessariis Constantinopoli a nobis mitteretur, in eam
quoque conclusionem Imperator Trapesentinus et Armenorum patriarcha et alii quamplures
pari voto consenserunt Necdum ad nos conclusio huiusmodi deliberationis pervenerat.
cum alium longe diversum unionis modum in Basiliensi Concilio in decreto firmatum.
missi ab ipso Concilio oratores. ut apparebat. retulerunt a nobis. Displicuit quidem
iam tunc quod sedi apostolice parum deferri videbatur. ut de re tam gravi et ardua tot
mensibus agitata contra honeste et antique consuetudinis normam. nichil antea
nobis consultis ipsum Concilium inchoasset tractatum. Audita tamen predicte unionis sic quoque
ne dissensio ulla intercederet. optatissime nobis rei ruptura sequeretur. licet deli-
berationi alia longe diversa. et illa expeditiorem ex Constantinopoli in dies affe-
ctura verisimiliter expectaremus sicuti et factum est. post eam conclusionem ipsius Concilii
prebuimus nostrum assensum. subsequentibus Grecorum oratores cum instantissime postularent
ea capitula a nobis confirmari, in quibus Imperator et patriarcha predicti cum ora-
tore nostro convenerant, Hortati a nobis fuerunt et attentius admoniti ne negotio
in varietate exponerent, ne vero redissiderent auspice deo pape ac per votis
successura omnia, nobis grata esse via omnium per quam ea res tam sancta tamque ne-
cessaria optatum effectum esset habitura Neque operam et operam nostram ullo tempore
nunquam desistentes assensum. perinde quod ab ipso Concilio iuxta ad ipsos Imperatorem et

patriarcham ut decretum illud ratificaret postularunt. Comperto autem ex oratore nostro nos
decreto illi consensisse, et ipsi consensum dederunt, alias ut profitebantur id nulla ratione
facturi. His itaque peractis eiusdem unionis desiderio nos magis ac magis incensi, de
venerabilium fratrum nostrorum sancte Romane ecclesie cardinalium consilio et assensu, dilectos
filios nostros Nicolaum tituli sancte Crucis in Jherusalem et Johannem tituli sancti Petri
ad vincula presbiteros cardinales nostros et apostolice sedis legatos Basileam misimus,
eis inter cetera facultatem dantes omnia et singula tractandi et agendi que necessaria
unioni quodlibet (?) profutura viderent. Institerunt illi ut locus eligeretur nobis et
Grecis accommodus, quo ad optate unionis finem maturius posset perveniri. At
licet ob difficultates plurimas quas gignebat inordinatus quorundam motus ac
repugnantie voluntatum parum spei de conficiendo dicte unionis negocio haberetur, nos
tamen nequaquam a spe et intentione nostra omnino decidimus. Quoniam nonnullos ex
ipso concilio ad eam nominationem loci processisse cognovimus, quam iustis et rationabi-
libus causis ratam haberi neque potuimus neque ullis rationibus possumus. Civitatem
enim nostram Avinionem in decreto non nominatam non comprehensam, et a Grecis
ipsis expresse et supremo (?) repudiatam, nobis etiam irrequisitis (?) quantum in se fuit elegerunt,
non satis advertentes quantum ea res importat mali, quantum vero predicte unioni
inferret detrimenti, contra concilii decretum, contra Grecorum instantiam, contra denique
precipuum nostrum desiderium, tanta facilitate presumpta. Est quippe locus ille nobis parum
commodus et provinciis multis ac regnis regibus quoque et principibus non modo ingratus,
verum et situ ipso spacio non satis tutus civibus ac rebus. Illa loci nominatio nullo
pacto fuit admittenda, cui nisi auctore domino obviassemus, ut ex certis auctoribus
et prioribus de ipso concilio viris certiores facti fuimus, actum esse de ecclesiastica
pace et optatissima illa unione. Denique ex Grecorum oratoribus, quorum alter ad
nos, alter ad Basiliense concilium profectus est, mandatis patribus inspectis utrobique tra-
ditis cunctis palam fuit, ipsos imperatorem et patriarcham profiteri in summa locum scilicet
esse eligendum qui nobis et illis esset accommodus, aperte protestantibus nisi nos
in loco adessemus imperatorem ipsum et patriarcham nequaquam accessuros. Con-
questus est graviter orator ipse, quod ad eum evocarentur locum qui esset remotissimus
et propter navigationis longitudinem periculo maris ipsum piratarum quoque esse infestum, ac
ideo Grecis esse suspectum, sed primis esset illis suspectissimus ex parte status, nisi
conditiones in decreto apposite firmarentur, locus quoque ut prefertur eligeretur idoneus,
ecclesie Latinorum imputandum quod optata tanto quoque studio et labore quesita unio
non sequeretur. His omnibus intenta meditatione et diligenti deliberatione per-
satis, providendum omnino visum est ne Greci apposito iure desisterent, ea
ferme omnis fuit summa, non modo unionem ipsam nisi aliter provideretur non secuturam,
verum in ipsa quoque occidentali ecclesia novitates noxias et scandala plurima emersura. Ne-
cessario itaque nobis tanto constitutis articulo, tam variis casibus, tam multis omni ex
parte se opponentibus periculis pro viribus occurrere cupientes, de venerabilium predictorum fratrum
nostrorum consilio et assensu venerabili fratre Johanne archiepiscopo Tarentino ad
ipsum Basiliense concilium destinato, dilectis filiis Johanni tituli sancti Petri

ad vincula, et Iuliano sancte Sabine presbiteris Cardinalibus apostolice sedis legatis, ac ipsi archiepiscopo per litteras commisimus atque mandavimus, ut per passionem Ihesu Christi ad evitandas omnes dissensionum materias exhortaretur venerabiles fratres et dilectos filios in ipso Concilio existentes, vellent ob laudem et reverentiam dei et salvatoris nostri Ihesu Christi et per effusionem sui sanguinis, pro pace et felici tantarum rerum consummatione, locum eligere pro Grecis conferendo Concilio qui congruus esset Grecis et nobis aptus atque acceptus, sublatis disceptationibus et dissensionibus omnibus subductis de medio, ambulantes in rectitudine et simplicitate cordis, iactarent in deum cogitationes suas, ac de deo confidentes in suis consiliis caritatis legibus obsequerentur, que iuxta apostolum non irritatur, non cogitat malum, non querit que sua sunt, non gaudet super iniquitate, sed econtra paciens et benigna est, debebant omnes qui ecclesie dei negociis tractandis insistunt superiores esse modo.

Eugenius episcopus servus servorum dei ad perpetuam rei memoriam. Consentiente ad infrascripta carissimo filio Paleologo Romeorum Imperatore illustri et loca tenentibus venerabilium fratrum nostrorum patriarcharum et ceteris orientalem ecclesiam representantibus. Letentur celi et exultet terra. Sublatus est enim de medio paries qui occidentalem et orientalem dividebat ecclesiam, et pax atque concordia rediit, illo angulari lapide Christo qui fecit utraque unum, vinculo fortissimo caritatis et pacis utrumque iungente parietem et perpetue unitatis federe copulante et continente. Post quam longam meroris nebulam et dissidii diuturni atram ingratamque caliginem, serenum omnibus unionis optate iubar illuxit. Gaudeat et mater ecclesia, que filios suos hactenus ab invicem dissidentes iam videt in unitatem pacemque rediisse, et que antea in eorum separatione amarissime flebat, ex eorum modo mira concordia cum ineffabili gaudio omnipotenti deo gratias referat. Cuncti gratulentur fideles ubique per orbem, et qui christiano censentur nomine matri ecclesie catholice collaetentur. Ecce enim orientales occidentalesque patres post longissimum dissensionis atque discordie tempus se maris ac terre periculis exponentes omnibusque superatis ad hoc sacrum ycumenicum Concilium desiderio sacratissime unionis atque caritatis reintegrande gratia leti alacresque convenerunt, et intentione sua nequaquam frustrati sunt. Post longam enim laboriosamque indaginem, tandem spiritus sancti clementia ipsam optatissimam sanctissimamque unionem consecuti sunt. Quis igitur dignas de beneficiis gratias referre sufficiat, quis tante divine miserationis divitias non obstupescat, cuius vel ferreum pectus tante superne pietatis magnitudo non molliat. Sunt ista prorsus divina opera, non humane fragilitatis inventa, atque ideo eximia veneratione suscipienda et divinis laudibus prosequenda. Tibi laus, tibi gloria, tibi gratiarum actio Christe fons misericordiarum, qui tantum boni sponse tue catholice contulisti atque in generatione nostra tue pietatis miracula demonstrasti, ut enarrent omnes mirabilia tua. Magnum siquidem divinumque munus nobis deus largitus est, oculisque vidimus quod ante nos multi cum valde cupierunt aspicere nequiverunt. Convenientes enim Latini et Greci in hac sacratissima ycumenica synodo, magno studio invicem usi sunt ut inter alia

Hec bulla unionis est scripta in fine Concilii libri

etiam articulus ille de divina spiritus sancti processione summa cum diligentia et assidua cum inquisi-
tione discuteretur. Prolatis vero testimoniis ex divinis scripturis plurimisque auctoritatibus
doctorum sanctorum orientalium et occidentalium, aliquibus quidem ex patre et filio, quibusdam
vero ex patre per filium procedere dicentibus spiritum sanctum, et ad eandem intelligentiam aspi-
cientibus omnibus sub diversis vocabulis. Greci quidem asseruerunt quod id quod dicunt
spiritum sanctum a patre non hac mente proferant ut excludat filium, sed quia eis
videbatur ut aiunt Latinos asserere spiritum sanctum ex patre et filio procedere tamquam ex
duobus principiis et duabus spirationibus, ideo abstinuerunt. Non se hac mente
dicere spiritum sanctum ex patre filioque procedere ut excludat patrem quin sit fons ac
principium totius deitatis, filii scilicet et spiritus sancti. Aut quod id quod spiritus sanctus
procedit ex filio, filius a patre non habeat, sive quod duo ponat esse principia seu duas
spirationes, sed quod unum tantum asserunt esse principium unicamque spirationem spiritus
sancti prout hactenus asseruerunt. Et cum ex hiis omnibus unus et idem eliciatur sensus
veritatis, tandem in infrascriptam sanctam et deo amabilem eodem sensu eademque
mente unionem unanimiter concordarunt et consenserunt. In nomine igitur sancte trinitatis
patris et filii et spiritus sancti hoc sacro universali approbante Florentino concilio
diffinimus ut hec fidei veritas ab omnibus christianis credatur et suscipiatur, sicque
omnes profiteantur quod spiritus sanctus ex patre et filio eternaliter est, et essentiam suam
suumque esse subsistens habet ex patre simul et filio, et ex utroque eternaliter
tamquam ab uno principio et unica spiratione procedit. Declarantes quod id quod sancti
doctores et patres dicunt ex patre per filium procedere spiritum sanctum ad hanc intelligentiam
tendit, ut per hoc significetur filium quoque esse secundum Grecos quidem causam, secundum Latinos
De spiritu sancto procedente a patre et filio
vero principium subsistentie spiritus sancti sicut et patrem. Et quoniam omnia que patris sunt
pater ipse unigenito filio suo gignendo dedit preter esse patrem, hoc ipsum quod
spiritus sanctus procedit ex filio, ipse filius a patre eternaliter habet, a quo eternaliter etiam
est genitus. Diffinimus insuper explicationem verborum illorum filioque veritatis de-
clarande gratia et imminente tunc necessitate licite ac rationabiliter simbolo fuisse appo-
Fine in azimo sive in fermentato [illegible]
sitam. Item in azimo sive fermentato pane triticeo corpus Christi veraciter confici,
sacerdotesque in altero ipsum domini corpus conficere debere, unumquemque scilicet iuxta sue
ecclesie sive occidentalis sive orientalis consuetudinem. Item si vere penitentes
in dei caritate decesserint antequam dignis penitentie fructibus de commissis satisfece-
rint et omissis, eorum animas purgatoriis penis post mortem purgari, et ut a
penis huiusmodi releventur prodesse eis fidelium vivorum suffragia, missarumque
sacrificia, orationes et elemosinas et alia pietatis officia que a fidelibus pro
aliis fidelibus fieri consueverunt secundum ecclesie instituta. Illorumque animas qui
post baptisma susceptum nullam omnino maculam peccati incurrerint, illas etiam
De animabus [illegible] purgatorio [illegible] in peccato mortali decedentium
que post contractam peccati maculam vel in suis corporibus vel eisdem exute corporibus
prout superius dictum est sunt purgate in celum mox recipi et intueri clare
ipsum deum trinum et unum sicut est, pro meritorum tamen diversitate alium alio per-
fectius. Illorum autem animas qui in actuali mortali peccato vel solo originali
decedunt mox in infernum descendere, penis tamen disparibus puniendas. Item
diffinimus sanctam apostolicam sedem et Romanum pontificem in universum orbem

tene primatum, et ipsum pontificem Romanum successorem esse beati Petri principis apostolorum et verum Christi vicarium, totiusque ecclesie caput, et omnium christianorum patrem ac doctorem existere, et ipsi in beato Petro pascendi regendi ac gubernandi universalem ecclesiam a domino Jhesu Christo plenam potestatem traditam esse, quemadmodum etiam in gestis yc-umenicorum conciliorum et in sacris canonibus continetur. Renovantes insuper ordinem traditum in canonibus ceterorum venerabilium patriarcharum, ut patriarcha Constantinopolitanus sit secundus post sanctissimum Romanum pontificem, tercius vero Alexandrinus, quartus autem Anthiocenus, et quintus Jerosolimitanus, salvis videlicet privilegiis omnibus et juribus eorum. Datum Florencie in sessione publica synodali in ecclesia maiori celebrata Anno Incarnacionis dominice 1439 pridie Nonas Julii pontificatus nostri Anno nono.

In Bulla predicta sunt subscripti papa cum septem Cardinalibus qui presentes fuerunt cum duobus patriarchis, Octo archiepiscopis, xl episcopis, et xlii abbatibus.

Romanus pontifex successor beati Petri, caput ecclesie, pater christianorum

patriarcha Constantinopolitanus secundus post Romanum pontificem, tercius Alexandrinus, quartus Anthiocenus, quintus Jerosolimitanus. Anno 1439 dato Florencie

Francie et Anglie regum [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

Timor que ab olim habuimus beatissime pater iam proh dolor evenit, et quod verebamur accidit, dum Basiliensis via pacis loco, qua toti mundo conficienda sperabant, in publica christianorum omnium perturbacionem maximum et perniciosissimum hoc scisme incendium parturit. Heu beatissime pater cetus iste dure diutine est. Meminimus quidem tres ferme iam anni sunt cum videremus quod ipsi per vias non bonas tenderent, immo currerent, quo progressi nunc sunt, quantum possibile nobis erat exactissime et diligentissime tum literis, tum nunciis dissuasimus eis periculosos et terribiles metus suos, eosque ab inniti et periculosi huius inchoato processu, ut desisterent ab omni via mala prohibentes pedes suos, vigilanter dehortati sumus. Et carissimum preclarissimum nostrum Sigismundum tunc Imperatorem Romanorum, cum ceteros orbis terrarum principes prelatos ut indignum gloriosissime sanctitatis opas suas accomodarent nunciis et epistolis et oratoribus solicitate adhortati curavimus, optavimus. Deinde vero qui patrum sic blandirent sibi, quod extimarent principes ortodoxos tanta racione aut negligencie penuria, tanta vero stoliditate mentis aut ignavia concludi, ut obtemperandi reperant voluntariis conatibus vel ausibus temerariis seu presumpcionibus eorum quod racionis et pericula tunc per nos despecta considerare vel noluerint, vel non curaverint, quin pocius nosse debes indubitanter prefatos ipsos fore principibus detestandos existimandos ac persequendos velud sedicosos et utriusque pacis tam ecclesiastice quam civilis procul dubio violatores, quemadmodum in literis tuis cuncta plenius innotata est. Verum hii ferrei viri nimis tunc ipsis Basiliensis missis plenius cuncte nimis quidem, sed nec Regum principum prelatorum salutaribus monitis et ceteris filiis hortamentis patribus acquiescere, aut aures inclinare curantes, sancti et abiectis omnibus se incorrigibiles reddiderunt, et hodie frena laxantes in omnem impetum voluntatis motus suos volutatos duntaxat direxerunt, ipsi inseque-dos quanto quam amplius vel racione vel prece pulsati sunt, ipsi nichili pendentes omnia, obduerunt magis mirandarum eorum duricies, miranda presumpcio. Cuius cum nec proxima peccatum non emolliret, ac in fide et devocione eius sacre Synodi cui presideris non trahent, nunc tot provincia ibi consilia concere

bta et diuina opa, ut illa duo scissima no dubia, et quibz opiom nra nō erat ab infancia
sancte matris eccle seu visa seu audita maiorū grecorū vz et armenorū sitr reducavit
que psillo tpe dns p vos opari dignatz ē magnalia Quis itez tā comtrandi
ptinacis et obdurati animi credi possit ut tam ignominiose et dapnande metim
quin verius dapnate memorie esse malit ut iam dicta sume glosa et toti plebi
xpiane magnificanda et iubilanda pheminit relictis in nos deuota bnficia, tuz bto
katolico qz regen fruata, et cu tot pplorz acceptata tpudio ceterorū aliorū que ia
in stabilimentu patis ouetalis eccle in oppugnacom et resistentia hostiu crucis
xpi agenda supsunt que utiqz auxiliis Regum et pncipum in opus bone
opitulam dno ōsumae feliciter, anio obstinato psundis intuerte destrue mo-
liren. O bone Jhu quid est, qz in ignue dirtume, et gtumelia sponse se-
diciosos cornua sua sic exaltare pmittis Pauci sunt dies qz infelix ille qz
deti iam viri exexclut, qui et felicem se nomat eplas suas more suo bulla-
tas demisit quarū copiam inpnciare s. v. destinae curauimus verū nos
ut fideles semp et deuotus, sancte sedis aplice et vre btitudinis filius
Nunciu sm vacuu remittens evestigio p litas et tota nre dnacoi sub-
iecta, edicta nra bnsmisimus mandans omnibz subditis et fidelibz nris
in pura et deuota obem s. v. et sancte Romane eccle cuius qbuscuqz
monicionibz seu mandatis pq hiis inflexibilit psueuit Sgit bessime
pr mt habs turbinosas pcellas in dei miscracone in gsolacom gpturarū
in potencia malorū respirare et possumus et debemus Non enī abreuiata
est manus dni respiciet deus in fatie testamenti sui et mirabiles pssunt
elaciones maris cito spandz ē Mirabilis in altis dns statuet pcella in
aura In hoc ipm optet Reges et pncipes xpiani gvenniat, et vibz adu-
natis s. v. et petri katedre adherencia psent Nichil intremetes oio dont
ad pacifica vnitate scissma hec sismatis ssumat Ne vero filialis deuoco
sinceritas qua btitudine viam, et sacrosctam Romaz eccliam cuius regimi
dignissime psidetis Inclitissimorū pgenitorū morū in hoc sacra vestigia imi-
tantes gplectimur et veniam indubiu cupia posset veri. s. v. horu serie du-
ximus inotescendu, qz nos vna cu nris vasellis et subditis habemus
tenebimus et fuabimus sicut et hactenus sp fuauimus erga eandz s. v. et scaz
Romaz eccliam pura et sincera obediam reuerentia et deuocoz filiale, dabiqz
qz opam et solitudine qua possumus, tā erga pncipes qz alios, qbz hc suade
valebimus hoc ipm qz erga quosda exteros, et gnalit erga quoscuqz fideles
nros mre egimus, ut in eccle Rome obedia et vnite sb vra btitudie, vrorū
qz pq vos succorū maneat et psueuit illa pp speci fimitate retenta nos
ut fiducia qd in eventu qz gtingat, qd deus auertat, qz dns ppt peta hom
pmittere vnitas eccle integritas et compago no actemz fruari valeat sic op-
tatis et optimus omez semp impende velitis solicitudiez et adhibe, et
cura ad vnite hmoi vhs modis et mediis qbcuqz gruis aptis et honestis
pro pace tnglitate et salute xpifidelium reintegranda, et ad abusus quibz
eccle status nt existimacō ledit et denigrat, tollendos d medio et corri-
gendos ad quorū fructuosa execucom diu pram ut s. v. inspiciet psuet et
muniat verus eccle sponsus dominus nr Jhus xpus Amen.

Copia lre d. Henrici Regis Anglie et Francie sup adhesion. dno Eugenio ppe facta etc.

Nicolaus Luscus optimo genitori domino Anthonio plurimam salutem dicit. Venit ad me famulus
quem Barbarasius mittebat cum litteris tuis die Veneris hora tempestiva qui michi optimum
attulit nuntium te scilicet ab omni morbo liberatum. Quare michi tantum iniecit animo letitiam
ut nulla dies mestitia tota deleta videatur. Ego non potui non toto gaudio gestire.
Video iam te pater ab omni solicitudine penitus liberatum, nec solum a tenebris in lucem sed
a morte in vitam quodammodo devenisse. Pro eo cum familiarem [illegible] curam in iter
suum dirige, qui profecto nisi diligens extitisset iam abierasset. Erat enim ille in [illegible]
litteris faciendis scriptum ut parum cum Francolinum adesset [illegible] et ipse Padum
in Padinam [illegible] credens eundem sibi parvum esse cum huius [illegible] nomen
ignorabat. Atque accepto consilio post celebrata tecum more christiano officia tum
ante vestris [illegible] aut [illegible] se in thabernam vinariam contulisset et presens est suus pa
ter quem alio tempore recomendavi tibi librorum lator [illegible] est tu cum [illegible] gratias te [illegible]
[illegible] et deo [illegible] ut [illegible] nobilibus a summo [illegible] dignitate
[illegible] ad ductum [illegible] petes [illegible] ducatos illos qui a librorum emptione super
fuerint oro te [illegible] mittas. Scripsit ad me [illegible] bonus ille vir Dux
[illegible] simulator ac dissimulator optimus sed parum pendens [illegible]
michi tum ex Florentia discessi [illegible] ad eum remittam et petisse
saepius cum de Francisco [illegible] sibi vendidisse me [illegible]. Nescio
quid [illegible] ego [illegible] accepi nec librum aliud. Deinde
miror [illegible] Fran. [illegible] me [illegible] michi habeam verum omnia fingit
cum [illegible]. Ad eum ego scripsi [illegible] consilia Francisci fratris
et cum de libris quos habes optime admonui. Colloquatur velim Fran. [illegible] Thome
et interroget quis liber ille [illegible] velit [illegible] desinat me obtinere ne et
ego [illegible] te obtinendam. Domino Paulo de Vitali [illegible] possum me comenda. Item
domino Scipioni [illegible] quos vales. Vale ex Bononia.

Si potes scire quid a te maxime velim summa est ut mores amicitiam meam
facias [illegible] ego tuam. Scis quid amavi te aut quid [illegible] Namque nullum
fuit [illegible] mea comodum quod pro te non negligerem neque incomodum quod pro te non [illegible]
[illegible] ubi hoc [illegible] tuo intellectu accede. Nescio quo alio tuo [illegible] aut [illegible]
signis maioribus tibi declarare potuerim quam te et diligere et observare [illegible]
me amas et caram habeas nescio quam causam satis ydoneam afferas. [illegible]
[illegible] semper optarem aliud [illegible] hoc uno et si a te non velim
in amore superari tum parem te michi esse maxime cupio.

Littere tue magnam michi tulerunt molestiam cum [illegible] te ex animo et valde
observo tu vero michi videris amicitiam meam subaccusare, nec satis intelligo
[illegible] verba tua [illegible] vellem posse animo imparare et [illegible] tibi
modestius sed [illegible] me cogis cum bona venia tua vellem [illegible] michi
quid tibi in amore non respondeam [illegible] quod te amando non antecessi aut [illegible]
amicitie ignorat aut male ab aliis audiuisti. Neque nego te velud [illegible] amicitia
mea [illegible] nec [illegible] ista tua comemoratio [illegible] nisi me plane
[illegible] ut michi videris [illegible] in te dicere possem in hoc loco [illegible] [illegible]

multa narrare quibus recognosceres numquam me tibi vel officio aut benivolentia
cessisse. Sed non committam ut beneficiorum meorum videar maiorem rationem habere
quam amicitiae. Nichil enim michi videtur minus amicitia esse quam sui officii meminisse, me
et alterius oblivisci. Certent ergo me amando nullo umquam te beneficio afferentem
fuisti semper in his rebus attentissimus que usui non accederent. Nullum ego pro
te laborem, nullum periculum pro tua salute suscepi. Unum est quod a me
velis in quo me attingis tempore omnia a te palam scribi. Et est ut dicis amicorum
proprium omnia inter se aperta habere si quid erit quod a me sit corrigendum. Dabo
operam ut quo tardius te amando processerim fui coacturus non solum hanc moram
prosequendo corrigam sed aliquotiens etiam antecedam.

Gaudeo plurimum ac letor ita a te sensum esse ut nichil a me sine causa fieri
putes. Ego enim et si multorum verebar suspiciones quod a me causa antiquioris familiaritatis
meam recepi verebar, tamen tum ad incredibilem animi tui sapientiam iudicium meum
referebam, nichil erat quare id a te improbari putarem. Nam tum et meos nosses
mores et illius naturam non ignorares, non dubitabam quid de hoc facto meo in
eo iudicaturus esses. Non ergo has ad te litteras perscribo quo novam tibi de rebus
a me gestis opinionem faciam, sed ut per eam aliter homines nunc de me sentire
intelligeres, tu cum probe causam meam nosti defensionem meam suscipias. Hoc si
feceris nichil est quod ultra officium tuum requiram. Vale et [illegible]

Et si antea litteris et sermone multorum non satis probari factum tuum intelligerem,
animum tamen meum multa indicia confestim nullo facto michi persuadebam ut in ea
re temere quicquam factum a te putarem. Sed quam difficile sit persuasum hac
in urbe posse ex animis hominum evellere eam opinionem que semel insederit,
ut sis prudens nichil est opus te admonere. Ego tibi omne studium polliceor
et quantum in me erit efficiam ne quisquam morem tamen ea re tibi succedat.
Quod si nulla ratione poterit his persuaderi nichil obmittam ut vel illatum
omnia manu fuisse ego vicem tuam dolebo, tuum erit non tam officium ut videar
eventum quid sit equo animo expectare. Vale.

Nisi scirem de qua re et apud quem agerem non auderem certe persuasum hoc
tempore quicquam a te scribere. Scis quam varie sint hominum suspiciones et quam promptissime
lingue ad maledicendum. Sed cum firma cause mee sit equitas et tu ille sis
qui nichil possis nisi equum facere bono animo causam meam commendabo. Non
dubito multos esse homines qui arbitrentur quadam avaritia impulsum ut
de antiquis sedibus et cunctis bonis diu possessis velim quendam Fabium
pellere. Ego non ita institutus sum ut nullius hominis locupletatem meo modo
umquam appetiverim sed de iure suo alteri cedere propter hominum invidiam aut timidi
hominis aut stulti videri esse. Satis enim michi erit quod dicere non iniqua apud
iudicem expertissimum credam. Tu autem a consuetudine et natura tua non recedes

et ergo michi a te nisi quod tua equitate dignum sit requiram. Vale.

Si mee legibus non abhorreret ea tua bene te sperare in loco non eam sum ille qui
rumores sperare aut hominum famam tam equitatis provocat. Nec ignoro veterem
institutionem magis oportere iudicium attende quid sit iure postea quam in opinione sed ut
probe semper caveri ne rumores vincat ante equitatem ponerem ita providentie tibi
consulo ne aliqua culpa tua hec opinio de te concepta videatur. Ceterum quod aut ingenio
meo aut studio a me provideri potuit michi de tuo iure novum preter invidiam tradere
totum illud sollicitudine futurorum tibi pollicerer. Illud vero pro tua sapientia circumspicies quam sit
ratione et fortunis tuis et modo neminem bene consulas. Vale et me ut soles ama.

Responsiva etc.

Guarinus ... v. d. n. salutem plurimam dicit. Singulare habeo gaudium cum
tuo et iudicio tantum me fecisse sentio quantum tua gravis et erudita testis advenit
epistola ut ... ceteram talium virorum familiaritate quam in aliis quidem ...
nunc autem tua insignis apparuit humanitas cum eum me quem amare cepisti diligere
pergis. Ego vero te colere et venerari non desinam. Ceterum adres tuis carissimis nepotes
petrum nicolaum sicut vinculum quos cum in fidem meam receperim non deteriores
reddere cura studiisque contendam. Quod quidem quo ago vir prudentissime informandi tibi
cupiditas et ardor quidam me pene fecit temerarium et immemorem mee conditionis
denique ego meum quam difficillimum sit et laboriosum adolescentes eos in curam
et educationem recipere qui amplo in statu in quibus me delicias emitti non tam
pares quam imperare didicerunt. Porro autem apud me fabulas et mendicitas
famas et olera semicocta degustaturi sunt. Et ab alto deliciarum culmine
in quo nati educatique sunt ad mediocrem victum scolasticum et consuetudinem summa
deducendi vel potius detrahendi sunt. Usque adeo in teneris assuescere multum
esse magis ut testatus est. Quod si ciborum asperitatem victusque asperitatem
sobrietatem gaudia visus domesticorum suavitas leviora fit. Me reformidet
tuos ad me nepotes paterno excipiendos gremio demandare. Ceterum vero rerum
virum insignem atque doctissimum Antissianum suum et gratissimum in hominem d. pallatum
tibi conciliatorem adhibeo tu. Vale et me ama.

Thomas Vincentinus domino n. Reddite sunt michi littere tue in quibus
vis magna quedam tue in me caritatis apparuit. Mirabar equidem aggregi sic
vir qui in scribendo pro consuetudine tam tardum se esse. Subdubitaram pro-
pter magnitudinem negociorum quibus quotidie implicatus es obrueris. Deinde
suetnie minimum familiaribus negotiis tuis distentum ut aliquid temporis quo
amicis morem gerere posset suffurari non queat. Postremo me dolore aliquo
laborantem quod pro rebus morem afferre solet. Ubi vero suavissimas litteras legeram
tum tardius quam sperato accusabam illico cognovi. Ceterum vehementer gaudeo
atque triumpho quod quidem non tua sed tabellarii negligentia patratum est. Soleo

deinde liberius facis mediocres viros ex amicis amiciores reddere. Sed quid inter te
et Guarinum viros clarissimos et utriusque amatores mea opus est intercessione. Hoc tibi vere
affirmo Guarinum nostrum tuis egregiis virtutibus a deo inclitissimis et inflammatum ut nichil magis
quam te ut parentem et colit et absentem observat. Certa sunt inter vos vere amicitie fundamenta
adeo valida ut nullo impetu nulla vi nullo denique discussu labefactari infringi re
poterunt. Habes igitur amicum, vir quod tota mente petisti. Reliquum est ut me tibi omnibus
in rebus eum plurimum commendem ut quicquid iusseris iussa quippiam exequar. Vale me
pro tanto ego sum vel illum me totum quo impares. Vale et me absentem ama.
Roderico paulo ceterisque salutem verbis meis impertito. Vale longum. Ex Bononia in [illegible]

Guarinus E. v. do. n. salutem. Subditus Pauli discessus viri tibi diligentissimi fecit
ut iis sine meis ad sapientiam tuam litteris rediret. Nam nec ipsius iter tardare volui nec ea
hora scribendi copia dabatur. Occasio filiolo nostri medio in pectore collocavi et filiolum tuum an
tesse suo vidi adventu. De meo vero animo plura non dicam cum vere quid non tam verbis
quam opere videar indigere. Unum michi necessarium videtur ut significes tibi certior me de salute
quam opere videatur [illegible] et cum tui salutem et
scias quo tranquilliore vivas animo [illegible] principes [illegible] et [illegible]
morbi cura demandata est explorate habes medicinam esse [illegible]
adesse quod sic fieret et [illegible] [illegible] quippiam quod
nolit deus adversi ingruerit mox ad te melioris [illegible] tuis meis valeas quam
ut dico sic habeto. Spem do ut nostra cuncta suppeditent adolescentulo vero ut
a paulo commonefactus sum. Vale vir insignis et me ama. Ex [illegible]

Guarinus clarissimo viro domino N. salutem. Certum tu michi quamvis barbarum
et michi molestum esse pertimescis. Utinam vero tam barbari ceteri sint barbari
tu more suavitate tu dicendi lepore tu consuetudinis affabilitate benignaque dabilis
commendans omnem prorsus barbariem exuisti vel potius repulisti. Conveniat me
haud plerosque causam [illegible] oro. At ne bona tibi vel ingenio vel doctrina
vel virtute innata cupita confirmata parvi facias obsecro me minus idoneum
honore estimatorem esse videar et me tuam dulcedinem [illegible] primis [illegible]
recte ergo. Profecto ubi adolescentis ipsius docilitatem facilitatem ingenii mandatorum
obsequentiam [illegible] animadverti et experiendo cognovi Ytalicum tuam
adoptavi ut nichil ad corporis comoda et necessitatem tum vero animi ornamentum
pertineat obmittam, quod cum sponte mea faciam tum vero tua denique coget [illegible]
quamque fallam omni studio vigilancia contentione conabor. Et cum plura verbis
[illegible] ex confiteor velle videar, tum opere vincenda sint verba finem faciam scribendi.
Vale vir eximie valeamque et nos valeat et [illegible].

Guarinus Veronensis suo Andree pallacio salutem. Constitui crebras ad te litteras
dare ut vel hac parte amicitie de nobis esse desinat signa de hoc morbo
tibi foret innata suspitio. Valeamque igitur omnes valeant et [illegible] [illegible]
libere respondeam tuis litteris materias. Nunc audistine tritum illud sermone
proverbium: litis et [illegible] alterum committere semper esse miseriam. Dolue igitur

vel prime ab litterarum finem carpe / Feci multa Iohannes vero Polon qui illi vita
corporis salutis et medicine putavi / sine cuius ministerio et commodis animo servire [illegible]
potest et medicis afflicto et lasso vexari vide inquit / Capsam cum diploidem [illegible]
taliquas camisias comparam studeo quod ab destructione [illegible] gestet / Ita quod diligens
contemplans docilis est / Salustium gustare feci [illegible] quod tibi qui caput lectibus [illegible]
implicitus in tuis nobis visus utrum morbus [illegible] proposito tuo tam [illegible]
et mollem [illegible] tuo implebat ad vos igitur volo ut tuas istas animi mole
stias et augeres [illegible] nos salubrius quod condias Vale et me ama dulcissime Pallas /

Guarinus carissimo Pallanti salutem / Quod ex parte tua in me effluxerit et sese
benivolentia / quam vel primus litteris ad me apparuisti et ad oculos posuisti
qui [illegible] instare [illegible] obtestari voluisti ut meam in tuto ponam
salutem in qua et multorum reposuisti incolumitatem dicens et ipse credo vehementer quo
tibi habeam fidei et tamquam prudenti et diligentiori sim ad multorum incolumitatem
in me ut scribis conservandam / Ego igitur oculos non quidem dormitantes vigilabo
ut [illegible] / si quid esse erit tum interim et aliorum et G. capella [illegible] mihi triste
sentiam esse Iohannem domini Nicolai nepotem accepi in fidem atque curam meam. [illegible]
necessaria suppedito capsam cum Bononiam [illegible] Vale

Guarinus suo Pallanti salutem / Litteras [illegible] domini Nicolai manu tua scriptas
accepi quibus te Nicolaus vel Nicolaum in te vel ambos in ambobus legi audivi
et amplexatus sum [illegible] accepturumque servabo Iohannem eius nepotem quo nil
[illegible] et ad bonos mores aptius vidi / sed cum illum revocare statuit ad vos
redit et videt consilium domini Nicolai ut prudentis et honesti suspecti laudo Nam
[illegible] in rebus [illegible] nimis esse suspectum quod parum diligentem / [illegible] igitur ut [illegible]
et admiror ita malignum auctorem [illegible] qui hanc excitavit malitiosam
suspitionem Quod facit avaritia [illegible] cum in turba simul essent omnes
[illegible] Bononiam cum causam adventus [illegible] reprehende consilium cepit
et [illegible] hanc inde carpe more sese suscepturum adolescentem domi et educare
pro eius nobilitate pollicitus est / Is ergo ut hic fuit [illegible] ut cepat et
ipse quosdam morbo [illegible] est quod fletum est Nam G. capellanus eius [illegible]
est [illegible] indagare ad unguem [illegible] est negotium / et compertum quendam
pauperis fortune virum frigore captum caput [illegible] atque [illegible] et [illegible]
[illegible] / Quid plura principes [illegible] horum [illegible] hic [illegible]
manet [illegible] illustris [illegible] uxor [illegible] est [illegible] acquisita quod fletum
non esset si quid timendum obtigisset / Laudo tamen consilium et adolescentem ad
tempus remitto ea lege ut michi quam primum revocato restituat / Statim enim
[illegible] et domino Nicolao omni cura et diligentia [illegible] et virum ad talia
ab incunabulis formare Vale dulcissime et domino Nicolao me commenda

Thomas Vincentinus Andree pallaceo fratri amatissimo . salutem . Iamdudum mecum ira
[illegible] et prandium instat . Ceterum potissimum de causis pauca in presentiarum
scribere constitui . Primum scito Kaleto (?) nichil amplius de W. ne suspiceras eum
quem quidem [illegible] [illegible] . illum penitus dedicam ut melius discat et grave
[illegible] comes [illegible] [illegible] ab amis . [illegible] ut bene valet et eius frater
ambo tibi plurimam scribunt salutem . Postremo hec unum supra quod verbis
delusisti satis et non sed iam [illegible] ut ad nos quam ocissime advoles ut
[illegible] ne possimus per olim [illegible] . Cum veneris tecum apportes velim
zonam et [illegible] rubeo [illegible] que caltaris meos exornare possit . Ipse facere
nimie recepit

Maxima causa me impulit ut hoc tempore ad te scriberem . Nam cum te maxime rebus
detentum esse audirem certe negocium meum in aliud tempus distulissem, nisi et rem tale
fuisset ut semel a me neglectum nullius hominis neque consilio neque auxilio postea cor-
rigi posset . Scies itaque si te maxime recte agitantem ut in appellando puto te
memoria tenere, quibus verbis Tironis usus sit in [illegible] [illegible] [illegible]
utrumque meum convenisset . Nam cum ipse bono animo se mecum in gratiam redisse
affirmaret, neque in se ullas animi reliquias odii superesse dicebat, tamen me
misisti non solum [illegible] animo sed etiam odiose . Nollem amplius hoc [illegible] de eo
suspicari . Ego vero cum et illius verbis et tue auctoritati magnam haberem fidem, ex
memoria iniuriarum ac [illegible] que inter nos fuerunt penitus ex animo sustuli .
quod inde factum est melius audies ex Thoma isto quem ad te mitto cui non solum litteras
dedi sed etiam mandata que suppleat ea ad te perferret . Postea enim quam tu a nobis
discessisti rebus ut putabas inter me et illum compositis intervenit Saturninus iste
et sui seditiosissimi , et omnia perturbavit et tantum excitavit odium ut fortune mee
[illegible] deteriori loco steterit . Nam quemadmodum in morbis dici solet malum recrudescit aliquando
asperius quam incepit . quod a nullo certe alio medico sanari potest quam a te ipso . Ceterum si me
salvum esse vis et fortunas meas incolumes [illegible] ut ad nos advoles oportet
cum celeritate nisi vis me esse [illegible] . Unde nullo tempore non dico amici sed ne ipse quidem
salus etiam si cuperet posset me eximere . Vale etc.

Quantam molestiam animi perceperim cognita Tironis levitate ex hoc potes cognoscere
quod nisi mea respublica me [illegible] palam revocasset certe non solum has litteras
conscriptas essem , sed multo etiam illas antecessissem . si ergo fortunis tuis ut oportebat
non affui nunc accusabis officium meum , quod ego maxime cuperem animo tuo satis
fore [illegible] preter [illegible] civitas ex medio cursu quo ad te tendebam plane me
invitum revocarunt . scripsi autem ad Tironem quibus verbis optimis ac etiam illud
dicam me putare sibi tamen eam rem tecum habendam esse quantum mea que cum
que inter nos composita fuerunt auctor atque sponsor fuerim . hortatus sum eum
multis rationibus ut rem integram ad meum adventum differret . Concedet quod illud
amicitie que primum [illegible] [illegible] [illegible] postea cum illo iam fuit [illegible] ad memoriam [illegible]
cum pluribus verbis ut plus auctoritatis [illegible] se mee in illo esset . et respectu

antique benivolentie quam seditiones et odia Saturnini. Quod si impetratum fuerit
ab eo, magnas et me et eorum gratias pollicitus fui. Si vero spem meam implere
consilia hominum seditiosorum vicissent, intimatus sum illi nichil obmissurum quod ad
defensionem tuam et existimationem meam pertinet. Puto plus michi illum crediturum
quam Saturnino. Que res si consilium meum fefellerit faciam ut illum facti sui pe-
niteat. Expecto in dies litteras suas. Si quid interim ab eo gestum fuerit quod tibi
incomoda accedat ~~quod tibi incomoda~~ tu me certiorem facias. Vale et me

Non parva res est neque usitata de qua iam dudum scribere ad te constitui. Homines
cum quibus in provincia nostra cura tuarum rerum et eorum que ~~debet~~ tuis rebus
faciet commiseras, videntur a te magis ac magis in dies alienari. Verentur
enim omnes ut nunc ipsum uno verbo dicam quod lupos ovium custodes fecisti. Suspicabar
quid nos qui hec tum sinunt res tuas aut tuorum profligaturos non posse ab hiis
qui semper tuis comodis adversati fuerint. Si pertinens tamen ut oportebat adverti
cassent, sed inde periculum est unde presidium expectabamus. Nam hii boni
viri primo presidiis deinde palam non solum ad res non tibi bene valuntur re-
primo incliniare sed etiam se illorum ducere consentiunt. Opus est itaque maturare
quod hiis remedium adhuc potest curari ne tibi accedat id quod solet hiis evenire qui
morbo medico marcescunt. Vale et me ama.

Numquam maxime in tanta curam ac in ipso itinere veni de quo ex vestris rumores qui
certo ad me de rebus meis afferebantur. Tum cum forte michi scripsisset tabellarius
tuus cum littere quas ille reddiderat michi dederat, nolim ipsum sine meis
redire sed ut ad ea veniam que ut fortunis meis et meorum minime prospicia
et scelere patrie scripsisti omnia sicut cognoveram ita scelere. Maturassemque
maiori celeritate discessum meum nisi fuissem maxime [illegible] unus de tuis
nichil vero valui ad ea respondere que cotidie michi nuntiabant ne forte
perderentur consilia mea hiis quibus minime esse nota volebam. Verum vero cum
tum habeam fidei prudentie tue simul quam in me benivolentie quantum pro re
nemo te est ut quam [illegible] hortor ac moneo ut eos qui partes meas consentiunt
sapientes ut solet de meo adventu certiores facias. Persuadeasque illis me non
primo de bonis meis rationem repetiturum quam eas in integrum restitutas video.
Plura ad te scriberem nisi sperarem propediem apud te esse et tabellarium tuum
celerius me consentiens. Vale et me ama.

Quid de me sentias facile conitto ex turpitudine hominis et infamia eius
qui animum tuum a me alienare voluit. Quamvis enim causa mea a te non satis
perspecta esset, tamen ex eius vita qui me apud te falsis criminibus insimulavit
potes intelligere famam bonorum non solere nisi ab improbis lacerari. Non
ergo si qua de me dissipata fabula est, contemne apportata. Preterea
quod nullius hominis a deo perversa vita est quin aliquid tamen de illo confingi posset.
Illud michi satisfacit ita moribus hominum vivere et nemo me iuste criminari
posset. Si quid de hac re plura ad te scribam cum ipse expertus sis

in nostra civitate semper homines fuisse qui aliorum fame insultant et se putant eo commenda
biliores fieri quo pluribus ab eis detractum sit sed tu pro tua prudencia non solum consi
derabis de quo aliquid dicatur sed etiam a quo homine, nec cuius vita improbata sit eius
orationi fidem adhibeas. Vale

Satis spectata est integritas tua nec ullo tempore putavi de tua vita dubitandum. Si
quid autem de te michi narratum sunt quod ad famam tuam pertinet non tamen tam
indicium meum cum eo cum te et forte magis quam credis, non quod magna familiaritas
sint sed quia michi de te alii quidem de optimo cive indicarunt Illud autem scribam
neminem tanta modestia esse aut tam frugi cuius vite non invideatur et maxime
ab hiis qui ipsi in [ ] vitiis essent. Horum hanc et vitam semper improbavi
ita nichil eorum orationi fidem tribuo. Maxime puto bonum hominis esse non facile
de alio credere quod ipse non admisisset, est enim semper oratio eorum suspecta qui
prompti sunt ad maledicendum de alio, cum vel invidia id faciunt vel aliquo
alio dolo, et si non verum tamen simile veri sit. Scio quidem me hominis istius esse
nec te ignorare scio satis hominem de quo scribimus cognosco virum in
civitate in qua vita nostra civium omnibus nota sit et quo quaestu quesivit
vitam aut quibus moribus sit. Nemo est qui nesciat quod ad rem tuam pertinet
veniet homine a me etiam multo antequam litteras a te accepissem efficio tibi placeo cognosces
me tam verus tuus amicus esse et benivolentia nemini tuorum cedam. Vale

Si tibi satis prospectus est animus meus qui te michi initio reddere voluit. Nunc
primum ex me cognosces ut atterri michi homini illius cognita in eius posse
iudicio quanta sit ei fides habenda. Hic enim de homine hoc habeto ita vitam
illum ab adolescentia constituisse ut parva crescente tempore etate a nullo sit passus
aliquo in genere flagicii se vinci. Cum horum loco satis illustri natus esset et in
civitate florentissima in qua facile sibi erat maiorem suorum gloriam et dignitatem
tenere, maluit apud illos turpissimam vitam agere qui eum cum libidine et
in temperancia opes maternas brevi tempore consumpsisset, ad has denique artes se contulit
ut sic fortunis aliorum insidiaretur. Nunc igitur sibi quaestum miserum invenit ut sic ille
opes amplissimae cum adhuc eis abundaret nemini bono usui fuit, ita modo
sue inopia multis gravis est, suadeo tibi ac plane rogarem ne eiusmodi horum
audires, cum aliquid de me male refferet nisi te optime cognoscerem, cum non possunt
nisi fieri homines placere, habes qualis hic homo sit sed quantum ei credendum tu
re tam improbato putans aliud apud te cruciset pro tua modestia que summa
est prospicies. Vale

Reverende in Christo pater domine mi colendissime. Scribit michi crebro v. Reverenda p. omnibus
quidem modis humanissime, nunc seria, nunc iocos miscendo, quibus ita oblector, ut sepe fa-
stidiis cure stomachatus, rare lectione recreer, et illarum presertim, que penultime apud me
sunt, quibus nunc paucis respondebo, primumque res graves attingam, post si videbitur
satisfaciam salibus. Tria sunt que pondus habent maius, primum est quod in facto meo
actum scribitis, tum de novatione stole renovata, tum de verbis pancratio factis, pro quibus
rebus gratias agerem p. v. Reverende, ex tamen hoc officio prodisse non ambigo, nisi iam benivolencie
violare viderer, que gratias non verbis sed factis reponi vult. Secundo prestat p. v. Reverende
aliorum expectare mercedem, quam ego possim reddere. Nam cum rem dei agatis, in eo quam spem
vestram iactam esse quis dubitet, hoc enim sapientes faciunt, quorum vos unum primitatem vestram
nemo ponit. Cognosco ego quia prudenter cogitatis, facitis quod spem in domino reponitis.
Ille namque abunde retribuit nec cuiquam frustratur premio virtutis. Non tamen ideo immemores
sunt me dederit erga p. v. Reverendam, cuius affectum magis pendo quam rem. Cum pancratius nunc
operatum meum nichil egerit, ex quo sperare possim, subditorum meorum levamen, nec confido
quod demolitio operis fiat, super fundo meo constructi, quam meus donacionem revocatam pretulerit, sed
magnificatio autem vestram ad peticiones nostras movisse promptissimum. Tercium est quod vos
deposuimus ut apud regiam maiestatem supplex sim in favorem magnifici domini pallatini
impetremusque litteras ad Capitaneos Iaurienses ne molestiam illi in sua possessione inferant
principisque et fuisse et esse amicum significatis, et primo loco apud serenissimum Polonie Regem
haberi, multumque expedire putatis ad pacem Hungarie pertractandam sibi complacere.
Cum namque hic clavum regat, quo velit ratem impellat, secundum hec verba maiestati
regie scribitis. Ego Reverende pater fateor postquam novi dominum pallatinum, nec iam est vetusta
nec eius semper vestri esse affectum. Illumque fratris loco et amasse et complexum fuisse,
nec ab hoc animo sum alienus, memor et suorum erga me meritorum nec meorum erga
ipsum ipsum oblitus, statimque promus sum desiderii eius, quoad possim parere, nec eam
ob causam regiam maiestatem ipsam obhorrentem inveni, sed avidam tum pallatini
comodis subvenire, tum vestris peticionibus annuere, ideoque accersitis mox Iauriensibus et
burgdam, qui forte aderant, scrutinium super negocio illo habuit, reperitque non
posse se de rebus quas postulatis ad presens intromittere, sed non cessabo conferre operam
et operam ut aliquid faciam, quod sibi sit ad vota ventura, sed oportet quod talia que
iam sunt vetustate intrita, per bonos mores adaptentur. Et si rem meam cum
hac parificare velitis, et ego dixeritis idem michi fieri. Respondeam non esse parem
causam, eius qui bellis interfuit, et alteram partem secutus alteram impugnavit,
cum illo qui civili bello fragranti se subduxit, nec videre voluit regimen
quo regnum incenderetur, studio pacis semper intentus. Tercio loco oratis literam
poscebatis comitatum pallatinum Alberto de Bonacossis Ferrariensi ex regio
concedi munere. Sunt iam peccatis vestro nomine et regie facte sunt, sed nichil est quod
alioqua difficilius impetretur. Nemo adhuc dignitatem istam optinuit, nisi magne
nobilitatis vir, regique visus, et hic nondum concitor fuere. Volt in hac re confirmam
et oppinor Sigismundi Cesaris concessionem, restricta et parca donacionum compescar.
Nec sane indigne. Namque si fateri volumus verum, nimis possum hec honesta et
ampla dignitas repperitur concessa. Non tamen propterea despirando amico vestro dixerim.
Nam si contigerit verum Reverende patrem, rursus esse apud hunc principem, non negabit

ut existimo personae vestrae, quod huic non est concessum. Dixi rem hanc in aliud tempus differendam,
quia non est quod epistola valeat impetrare aut per domesticos obtineri. Jamque
de serie sat, quorum scopulis retromissis, planum pelagus ingrediendum faciamus.
Iocatur mecum v. r. p. audio libenter iocos, atque non implacari a philosophis didici,
qui medios inter rusticitatem et scurrilitatem iocos posuere ac damnavere extremis media
probant. Iocemur igitur audacter. Verum est quod v. p. ait respondendum est aliquid exercitum
me quod contra Theucros ductum sternit, sed adeo leniter ut verear ne adveniente archangelis
festo improperet mihi quod alias vehementer dixistis. Ut enim tempus venit memineritis
eorum quae dixi vobis. Nempe nondum existimo hac aestate adversus Theucros exercitum. Nec
contra tanta spe ducebamur ut vix tam cito credere. Verum attingere, quippe si primus
in armis omnis Hungaria surrexisset, haec vobis improperari timerem. Quaeritis quod
an potius mendacem velim quam verus inveniri propheta. Utiliusque haec me dicturum quam
veritatem putatis. Nec ego alterius sum opinionis. Namque ut animi mei nucleum
pandam, cur ego non potius falsus, cum totius christianitatis utilitate et honore
velim videri, quam verax cum damno et dedecore nominis christiani. Non sum tam
amans famae meae, nec tam rumores pono ante salutem publicam. Utinam falsus
vates, utinam falsus praedicator semper dei fiam comperiar. Sed non ego meos
contemnendam. Scio me multos habere amicos, quibus carior quam mihi sum. Vereor
ne illi plus mei, quam sui cupidi famae sint. Timeo ne ut meum nomen illaesum
servent, suum contaminent. Ego illis afficior et illi mihi, quasi Pylades et Horestes
ita sumus. Servare Horestem Pylades et Pyladem malebat Horestes, cum alterum
ambobus opporteret. Inter nos famae in re certamen est, et alter alterius magis cupiat
honorem. Et sane optime me magis expediret, cum regnum Hungariae tam famae
vestrae potius quam latissima sit. Nec ego qui saepe in expeditionibus bellicis adversus
Theucros pro salute Hungariae et facultates exposui, et corpus cum effusione sanguinis
exponere paratus fui. Nunc parvam famae dum vos agi eadem, sed cogar mentiri ut videar vide
et vates haberi et praedicator veritatis admirandus. Quod ne in hac re fiat deum supplex atque oro
post Sulmingium praedicta magnificum Johannem waywodam et si omnes deserant solum velle cum
Transilvanis aggredi Theucros, cuique iam equites curruque boemico more instructos habere
pro quorum expeditione sexaginta milia florenorum exposuit, ad quem iam iter fecisset nisi
peditum comparandorum curam ad cuius necessariorum vobis mandasset, quibus non facile
ducitis apud vos reperiri. Subdelegaret mihi diligentiam hanc nisi brevitas temporis
impediret, quia stat sententia quod celerius castra moveret. Nec rursus in me fidem haberetis
quod in rem essem promus, tum Vihenenses timeretis qui tres galeas et loricas totidem duo
ab eis recederetis igne asportare tulerunt. De meo animo iam dictum est. Nichil est
quod inde vos dubitare opporteat. Credite mihi, nemo Polonorum quam ego rem promotior
esset, nec Vihenenses obstarent, qui pecunias ubertim afferri viderent. Hi enim
adeo viris armis molesti fuerunt quia videbant tribus loricis non posse Europam
tutari, sed adversus australes arcus tres Ungaros reddi tutos. Sed vero
de tempore inscribitis ad quod ego incontrarium suscipio, quia meam sollicitudinem et affectum
quo ducor in hoc opus nescitis, non audere mihi mandari ut pedites conducam
timere, namque ne prius veniret quam ceteri essent instructi exercitus, excusari quod potius

sine peditibus non moventur quam in paratis argenti voltis. libet iocari. libet ridere.
et animum tristem facetiis relaxare, nec inter sales intempestive nominati erunt
vos ultimis litteris quibus per superiora satis responsum est. narratis d. Cardinalem
venetiarum apostolice sedis legatum pro classe maritima venetias appulisse. Jamque
dare commissionem suo operi. Aperte ex Romana Curia litere misse sunt, quibus
significatur parum spei fore in venetis. Videtur enim in Regem aragonum spes omnis
conversa. Namque ducemque Burgundie ex Nicia missurum classem putant, ante
cuius adventum satis spacii erit ad movendos pedites, sive apud nos eos velitis querere
sive apud polonos. Oportet namque ex Nicia ituros in hellespontum, inferum
mare percurrere, tollere se gurgitibus crete, tum creticum tum Jonium, tum carpathium
tum egeum percurrere pelagus, multi scopuli vitandi, Carrama fugienda, circuenda
peloponensus, vadenda Epirus, tum pliades hyadesque timende, et sydus helene
perniciosissimum navigantibus, et nichil in yeme formidabilius mari. quod qui ingressus
non est nescit quid sit periculum, et frustra Neptunum accusat qui bis naufragium
patitur. Videtis quantum temporis ad conducendos pedites vobis largior. mittendum militum.
Et non ante adventum classis ingentem misero peditatum, cruci me obnoxium dedo. Ex
Basilea quod non deest nobis materia iocandi. Illi enim Cardinales qui tantopere auctoritatem Ecclesie
et generalium predicabant conciliorum, ut mori pro illa velle viderentur, unus sine Regis litteris quibus
non morer, sed pro aliorum beneficiorum mandatis Basileam dimisere. sapiunt quippe parvus
quam plebe voluit care. non tamen procul abierunt, sed apud Solodorum resident, secundos
nuncios expectantes, recedunt enim inviti. sed magis stringit bursa quam honor, quod
cum salvis infamia nummis. Talis fertur concordia inter S. dominum nostrum et Regem Arago-
num. Serviet Ecclesie cum quatuor milibus equitum, et mille peditibus. Item dabit pape opidum
Leonisse et aliqua alia loca prope Aquilam, que sunt passus ad Regnum. Item tenebit
dominum nostrum pro indubitato summo Pontifice. Ecclesia parte sua coronabit dominum Regem ad
vitam suam, nec dabit ei impedimentum quominus possessione Regni pacifice utatur. Item
dabit sibi vicariatum Comitatus beneventanum, et aliquas terras. Credo eam
satis lusum esse. Ideo et nominatibus et iocis facio finem, supplicans omnia salibus
ascribi, nichil stomachibus, quia procul ab hijs sum, nec unquam animus nisi sale
conditus est. Recommendo me p. v. Reme, ad cuius mandata sum meo ex more
atque debito promptissimus. Dat. in Novacivitate die ultima mensis Augusti anno
etc. xliii°.

Reverendissimo in Christo patri et domino domino J.
Sacrosancte Romane Ecclesie Cardinali
sancti angeli domino meo colendissimo.

Gaspar dominus Novicastri
Imperialis Cancellarius Egre
et Cubiti Capitaneus



Et si monitore non agebam quin me de tua amicitia certiorem faceret, tamen avide litteras tuas legi non quod de animo tuo dubitarem sed quia me certiorem fecisti de pravis moribus hominis de quo ad me scribis. Cum enim ad hoc tempus omnia sibi accidisse putarem iniuria fortune magis quam suo aliquo vitio, sepe calamitatibus eius misertus sum, nec inducere poteram in animum hominem qui ex florentissimis opibus maiorum suorum tam brevi tempore ad miseriam productus fuisset, nunc alterius fortunis insidiari aut alterius prosperitati invidere velle ad detractionem. Cum sepe legissem fortunam adversam miseros homines sui cognoscentes facere, sed hoc in his hominibus verum esse putabam qui errore aliquo vel adolescentia inducti ad paupertatem veniunt. Hominem non arbitrabar tam iniquo animo esse qui in his rebus que nulle commodo sibi accidunt non deponeret maliciam suam et mallet se indignum sua fortuna videri. Sed postquam tuas litteras perlegi plane enim intellexi non amentia aliqua aut errore sed invidia quadam et dolore ad hoc impulsum. Eos itaque ceteris in rebus caveas si quid unquam arte consilium fuit, in tua quidem re nichil est quod fidem homini qui hodie vivat possim habere, nisi consentiat cum his que olim michi de eo persuasi. Sed quid autem de illo homine consilium ab eo fuisset facile potuissem aut errare aut labi. Sed ego tibi gratias ago qui non es passus me ignorare cuiusmodi vita aut moribus his esset. Si non est, si quid aliud in ceteris rebus cognosces quod ad me pertineat facias ut cepisti me certiorem. Vale et me ama.

De excusatione alterius hominis.

Qua vita sit aut quibus moribus quidam Publius non satis compertum habeo, sed tamen ita iudico ut primus ante iudicium sciendum sit de Paulo Sergio qui illum apud te accusavit quidem ut illum tibi ab illo commissum in te credas. Nuper enim ut audio accusationem machinatus in civitate enim usus fuit ut ingressus his annis sine consilio publico a tuis inimicis esse gestum. Multa alia his addit que te illum tibi inimiciorem faciat, alios ex tuis finibus dicit ab eo pulsatos esse, alios inde fundis suis eiectos spoliatos enim multis suspicionibus et coniecturis. Tu vero quia cognitionem huius ignoras omnia putas ab illo bono in te animo dici et ea non dubitas perfecta esse que homo iste nequam et petulantissimus de homine fortasse innocente confinxit et tibi narravit. Sed ut tuo aspectu ne intromissum ne parvulo pro-ei temere credas. Scito Belnam istam plurimum illam a nobis eiecissemus tentasse tantas discordias et seditiones in nostra civitate quod nulla res esse tam firma societas aut amicitia qua lingua non labefaciat. Nemo tanta erat modestia quem vir homo iste ceterorum ingenium accomodaverit non digna parte perficeret. Sed postquam ceperunt homines intelligere nullum domesticum malum esse in civitate nullum esse publicum cuius iste impulsor et suasor non extitisset. Tanto enim odio conspiratum est in eo ut parum affuit quin manibus vulgi discerperetur. Illum ergo velut reipublice pestem a nobis eiecimus, sed preterea ex civitate perturbandum et magno clamore publico interdiximus et expellendum. Is cum apud finitimos nullum sibi receptaculum aut latebras invenisset ad nos rediit nec adhuc superiori fortuna deterritus est, ut vides, qui ad antiquum morem suum redeat. Sperant posse tuam benivolentiam facile sibi conciliare si se his maniis ostendit quos illo tuos hostes affirmaret cum alia de insidiis publicis de libidine sua composuit. Et tu cum hec dicit nullo teste nisi se ipso utitur, nullam affert tamen coniecturam, nullum signum quod in quemvis non posset cadere. Una res illi audaciam ad accusandum facit quod is qui accusatur non est ibi satis notus, et sic te impedit dolore et iactura tuarum rerum ne omnem rem velis a principio cognoscere. Sed nisi caveas hunc ludum tibi faciet quem sepe

35

nos magno malo nostro experti sumus Est enim homo pestifer et omnis malicie artifex et fabricator omnes tibi ex amicis inimicos faciet nec conquiescet donec pestem quam a nobis depulimus et urbi tue et omnibus penatibus intulerit Quare si sapis non solum ei fidem ullam habebis sed nostro exemplo id agas cum tuis civibus ut hunc hominem a vobis expellatis Hec ad te scripsi non passione aliqua aut odio in Sergium neque benivolencia ulla in quitquam publicum sed omnia recto consilio feci Et quia te valde amo facias quod tibi visum fuerit Sed ubi consilium meum sequi volueris uel temere de publico credas iudicabis quod illum nullum tuo odio sequitur nisi etiam et de accusatore et aliis testibus quorum vita honestior sit usus in eum adversarius eius fuit illum eadem admisisse diceret Vale

Responsum

Quod me de natura et moribus Sergii admones tibi gratias habeo. Velo enim magis hoc patrium mandatum videtur michi quam consilium Scio te nunquam inductum esse uel odio Sergii vel benivolencia publica ut hec ad me conscriberes cum alter iam sit ante publice emissus alter vero neque familiaris tibi neque notus Nichil ergo te aliud ad scribendum impulit quam ista tua egregia voluntas et benivolencia tum in me ipsum tum etiam in nostram rempublicam Sed ut nosti nichil difficilius est quam innotescere quo quisque animo in nos sit presertim cum in amiciciam assumuntur homines qui in civitate nostra novi habentur Nichil enim preter verba proximi quibus saepe maximi animi motus et vicia teguntur Fit ergo ut facile ab eis fallamur sed nunquam magis quam dum aliqua compassione prevenimur cognitos aut non fugere et non recedere longe ut ab eorum omni societate et comitatu. Ita etiam ab oratorem homines est nostro iudicio quod amerer aut fugerem non negabo me nec Sergii allectum esse video Idem et in gestu modestiam et in omni sermone eius gravitatem quadam preferre Est etiam ut scis genus quoddam hominum qui extra sunt ut se nobis tradunt et quia omnia ut dicitur nova hominibus placent et maxime qui ad humana studia attendunt aut quod naturalibus affirmantur quas in rebus nostris affectus credimus Quibus rebus permotus civis omnino admisi que ille tanto ingenio fingebat Comitatum quidem non prius alia in publicum fuerant neque ad providentiam civium michi voluntas aberat quantum facultas ipsi fortis tulisset. Quamvis fortassis in eum ultus essem quam ille foret inimicus. Sed sibi se habet quod michi omnes mores eius detexisti prorsum michi tempus aptum ad nocendum fuit non committam per hanc ut huiusmodi tam presto credam nec permittam ut cives meos aliquando huiusmodi simulaciones decipiant facere intelligent quid sit dolo eos claudere a quibus ipse tam prolixe tam comiter acceptus fuit De tua vero illa in nostram rempublicam voluntate egregia. Scito me iam in senatu retulisse et exposuisse litteras quas ad me super hac re dedisti Mirum est quantas omnes tibi gratias egerint et quanta benivolencia te complexi fuerint. Laudabant enim tuum in primis quo te esse in colenda amicicia cognoscebant Deinde multo magis te amabant quod nostro periculo tamquam alteri rectori patrie caveas Ego vero omnia que ab eis dicebantur non solum probavi sed etiam quam quisque dixerat de te sine valde augebam Sic ergo discessum est ut publice in hoc omnes officium ingens quod tibi ipse omnes gratias ingentes dicerem. Sed cum ego multo maiores pro te mea tibi debeam itaque utrumque tibi gratias ago ut nunquam uel pro voluntate mea uel pro viribus meis satis tibi cumulatas posse referre videar Vale

Ad Universitatem Cracoviensem a Synodo Basiliensi data

Sacrosancta generalis synodus Basiliensis in spiritu sancto legitime congregata universalem ecclesiam
representans dilectis ecclesie filiis rectori et universitati studii Cracoviensis salutem et omnipotentis
potentis dei benedictionem. Sicuti beatus doctor gentium fidelissimos Thessalonicenses commendat qui
accepto verbo veritatis persistunt in fide non recipiendo falsos apostolos, nec ea que ab illis dicebantur
sic gratias agimus deo pro vobis memores fidei vestre et laboris, qui in hac tempestate
ecclesie qua eius impugnatur auctoritas exhibuistis vos fortes athletas et defensores veritatis
nec ventus agitationum mundanarum vestram potuit constantiam inflectere ut a via veritatis
vellatenus moveretur. Sic enim probat deus suos electos et fideles ut probatio fidei sit preciosior
sit auro quod per ignem probatur et coronam etiam illis reddat qui legitime certaverint
offerit quidem haud gratiam vestre universitati in hiis nouissimorum temporum turbinibus ipse mirabilis
in altis dominus ut lux veritatis per vestras preclaras doctrinas lucet in universo mundo. Et dum
satagente illo qui persequitur ecclesiam dei et eius auctoritatem atque fidem conatur evertere, perflaverunt
venti validi irruerunt que tempestates noctis tenebrarum, ut illam lucidam fulgidam vestre fide-
lissime universitatis extinguerent, nichil adversus eam efficere potuit qui dominus protegit illam qui
etsi permittat defensores ecclesie et veritatis in hoc seculo agitari, ipse non eum permittit aut veritatem
ipsam vinci aut ecclesiam superari. Nec fideles eius eadem ecclesia et veritate persenantes delin-
quet usque ad consummationem seculi quinymo et illis inestimabilem premiorum magnitudinem largietur.
Non nescii sumus quantam adversum vos prevaluit superioribus diebus hostis humani generis, pacientiam
et constantiam vestram cognovimus quam non satis commendare et laudare valemus tenorem que litterarum
vestrarum directarum regie dignitati vidimus, quas et prudenter et fideliter edidistis sicuti
illi qui vere ipsius salutem et honorem diligunt, querentes non que vestra sunt, sed que ihesu christi
de via quam sequi decet eadem regia dignitas, ne aut a veritate quam viri docti et periti
in lege domini sequuntur deviaret aut ut saltem deliberationes aliorum catholicorum
principum expectaret. Et nos per misericordiam dei speramus principes ipsos post longas in hiis rebus
fluctuum animorum suspensiones iam plenius de veritate rerum informationibus acceptis ea fore delibe-
raturos que sint ad honorem dei, confirmationem fidei orthodoxe et auctoritatis ecclesie ac christiane religionis
gionis publicam salutem. Neque enim ad alia tendimus nec ea que nostra sunt querimus, sed dum
in hanc sinodum auctoritate duorum precedentium conciliorum decreto que summorum pontificum
accedente omnium principum et prelatorum orbis et principum orbis catholici consensu, vocati sumus
attendentes veritas urget nos ut quantum in nobis est ipsius ecclesie fidem et auctoritatem iusticiam que et
veritatem sustineamus et defendamus. Nec ipse quasque adversitates huius sedis illa confundi et
conculcari patiamur non de viribus nostris sed de auxilio ipsius salvatoris nostri ecclesie sponsi confidentes.
Nam et omnes aperte conspicere possunt quanta ruina ecclesie imminebat si hoc sacrum concilium
tantis auctoritatibus congregatum tantisque incorporationibus fulcitum tot annis continuatum firma-
tum deiectum prostratum et insanabiliter dissipatum fuisset, prevaluisset que adversus ecclesiam manus
prosternens eam, qui se opposuit contrarium et adversum christo deo nostro volenti reformare
ecclesiam suam et homines creare in salutem dum per enormitates abusuum et viciorum
nimis auctorum contra legem ipsius altissimi et sanctorum patrum instituta animarum periculorum varios
pravitationis laqueos inducebant, et ipsius sanctis legibus abiectis que sacris canonibus institutionibus
spiritu sancto conditis, postposita que evangelica vita doctrina, et divinis humanis que iuribus postpositis
ambitio avaritia symonia radices omnium malorum ecclesiastica negotia ultra modum
invadere et occupare videbantur. Itaque et habundante iniquitate labores huius sancti
synodi pro salutifera reformatione habitos ii absorbuissent atque in nichilum redegissent
si non adesset divine clementie provisio que ipse fidelium et electorum suorum salutem
ipsam sanctam synodum usque ad hos dies contra impetus hostis antiqui defendit atque
servavit. Nam etsi eadem sancta synodus sic conculcata et prostrata fuisset ex desiderio
adversarii ecclesie sacros canones eius decreta et iudicia in nichilum habuissent non iam
spes adesse videbatur celebrationis aliorum conciliorum nec diebus nostris nec forsan successore

modum temporibus pulsabatur illorum auctoritas. pulsant labores iam in iii tribus conciliis Constan. Senen. et hoc Basilien. pro universali Ecclesia pro reformacione habita, pulsat fere omnis Ecclesie ipsius decor. omne quod fidei firmamentum. omne robur discipline. omnis stabilitas iudiciorum Ecclesiasticorum omnisque pene religionis vigor labefactabantur. Scena de abusibus destruenda scismis et heresibus ac horrenda confusio in mundo videbatur. Misertus autem est Dominus Ecclesie ut non se eam exterminari qui et hoc sacrum concilium in longanimitate et paciencia persistere voluit, nec propter pestem gravem. iniurias. persecuciones aut quascumque impugnaciones dissolvi. Donec aliqua salutaris conclusio per ipsius domini graciam in rebus Ecclesie habeatur. Dum quod exortum est abhominandum ydolum preste doctrine volentes supra libitum unius hominis peccatoris auctoritati universalis Ecclesie, et ipsum extollere super iudicium eiusdem Ecclesie universalis. cum qua Cristus est usque ad consummacionem seculi, et cum qua manet spiritus paraclitus in eternum, suscitavit ipse instructores deus spiritum vestrum et aliorum literatorum virorum in universitatibus studiorum. ut veritatem annunciarent principibus et populis, ne seducti et in errorem per abduci permittent. In qua re tanto celebriora sunt vestra merita tanto quod gloriorem coronam vobis retribuet Dominus, quanto graviores temptaciones dudiores quod temptaciones insurrexerunt. dum constans fidem et constanciam vestram nullatenusque potuerunt superare, videntes quod principes atque populi vestram et aliorum peritorum virorum cognoscencium et amancium dominum. utriusque perseveranciam, nituntur adherere domino. sancte ut sane doctrine et veritati quam cum Ecclesia catholica docetis et predicatis adhibeant, Illos quod deserant qui propter commoda temporalia et terrenam adulacionem quod scienter ipsos ipsius fallacijs et figmentis a veritate conantur avertere. Etiam de proximo sperare conari dies magis felicia quod retroacta tempora. in quibus fides et Ecclesie auctoritas veritas quod et iusticia reflorescent, deserentur adversitatibus et erroribus universis, gaudebunt quod devociones vestre nostre que cum Ecclesia stetit in temptacionibus permansisse. Et ut de statu Ecclesie noticiam habeant ipse devociones hec sancta Synodus in suo vigore integre continuatur. Et dominus noster sanctissimus in bona valitudine degens persistens assidue pro rebus ipsius Ecclesie prosperandis magnos labores impendit. Debent quod omnino principes Almanie convenire in proximo festo Ascensionis, ut certam conclusionem in eisdem rebus sine ulteriori dilacione accipiant, sed hoc quod debent prius omnem ammodum que impedimentum dari potest ut illa convencio nullatenus frustretur. Illustris etiam Dux Burgundie nostros oratores nuper ad eum missos cum magna veneracione suscepit et eos magnis prosecutus est honoribus. disposuitque nos se missurum ambasiatam suam ad hanc sanctam Synodum, et alia meliora felicia quod in presenti non per multos dies pro auctoritate Ecclesie. fide catholica et publica salute fieri speramus. Itaque quemadmodum exhortatur sanctus Apostolus stabiles estote et immobiles. habundantes in omni opere domini semper. scientes quod labor vester non est inanis in domino. Ceterum habeat vestra caritas recommissum dilectum Ecclesie filium Johannem de Wladislawia Curatum Ecclesie prope in Crobia Poznanien. diocesis. Baccalarium penitenciarie huius sacri concilij scriptorem. cohabitorem vestrum. intuendo cum efficacie ut ad sua beneficia restituatur, quibus velud accepimus dicto spoliatus existit. Significando nobis merita singulata vestra que cordibus optimis prosequi curabimus, favente spiritu paraclito qui devociones vestras omni gaudio et prosperitate consolari. atque in omni felicitate dirigere et conservare dignetur. Datum Basilee xviij kl. Aprilis Anno a Nativitate Dni Mill° ccccxl°

Dilectis Ecclesie filijs Rectori et
universitati studii Cracovien.

Scribo ad te de concordia et pace que nuper magno consensu omnium civium nostrorum inter se celebrata fuit. Cum enim bella civilia exarsissent quod iam semel ac iterum partes inter se magnis viribus concurrissent, videbantur quod omnes non de preda sed de vita et sanguine certare. Statim quidem vis divina ut ego arbitror mentes omnium adeo inflexit ut nemo est qui non summe pacem et concordiam affectaret. Legati per itaque utrimque super hac re missi. Statim omnibus placuit depositis odiis renovare legem obnoxiam quam olim Athenienses duce Trasibulo tulerunt, ne ulla animo vel memoria offensionum extaret. Illi enim ob iniuriam oblivionem nimiae intitulabant. Orta est ergo tanta quies in civitate ut nulla usquam bellorum vestigia appareant. Hec tibi significare volui utpote qui bella civilia semper execratus fuisti. Nunc tanta pacis tranquillitate quanta an nescio an unquam legeris plurimum gaudeas ac me fortune congratulere. Quod nisi maior cura detineat, queso ipse accedas ut non iam per litteras sed in presentia hoc tanto bono sciens et videns nobiscum fruare. Vale et me ama.

ubi illustris glorie acquirende facultas videtur esse proposita, presertim
magnis ingeniis et ad laudem et virtutem excitatis. Michi vero
ut erratum esse a filio forsan concedatur, ita videtur fuisse castigationem
tuam trucem nimis atque inhumanam. Nam quemadmodum non omnes filiorum
excessus boni patresfamilias animadvertendos putant, ita etiam quedam
eo pacto vindicanda sunt, ut potest ad morum viteque emendationem eas
legum mentem voluit esse prelatam, non ut cives perdant sed ut efficiat
meliores, ut que omnis pena ad eorum quibus infligitur utilitatem
referatur. Leges enim medicorum more salutem civitatis debent respicere
et civium incolumitatem. At vero punitoris medici cura est non ad
salutem egroti, sed interitum spectantis. Nec minus imprudentis patris esse
videtur, malle filium puniendo ubi spes valitudinis sit perdere quam
servare. Et si medicos videmus etiam alienissimos homines morbo affectos
non destituere, quoad aliqua vite spes relinquatur, sed afferre remedia
quibus restituatur valitudo, nonne omnino sunt temptanda patri ut animum filii
labentem et egrotum ad meliorem mentem sua cura indulgenciaque reducat.
Profecto non minus pro amore quam corporum salute tenetur elaborandum. At vero
tu quandam insolitam severitatis formam in filii morbo pre te ferens
ad demonstrandum iusticie quam mentis sinceritatem id egisti, quam ante

Nemo pater admisit et vestigiis ad extrema et deplorata remedia descendisti.
Reiectus est a patre filius abdicatus relegatus reus captus iudicatus. Quid
hoc asperius, quid truculentius, et circa facinorosissimum extremum quendam
potuit excogitari. Si tamen te ille aliquando in fratres conspirasset, si patriam
hostibus tradere studuisset, si civili aut fraterno sanguine impias
fedasset manus, neque tamen ad expetendam a filio vindictam vehementer
extitisses. Vide quomodo nedum prudentis viri aut severi patris in maiorum
nostrorum exemplis imitandis nomen subire cupis, crudelis vel immitis
patris famam consequaris. Neque enim tibi aut Brutum illum superiorem
ante consules ponas, aut M. Torquatum, quorum alter natos ad penam
pulcram pro libertate vocavit infelix, ut Virgilius scripsit, alter trans-
gressorem sui edicti filium severus securi percussit. Non isti suam sed
rei publice pro incolumitate certabant, causamque agebant non suo sed patrie
nomine penam a filiis exigebant. Nolo enim existimes Torquatum illum
remota patrie utilitate que rei militaris disciplina continebatur tam asperum
aut acerbum in supplicio filii fuisse futurum. Non patrium edictum, sed rei publice
utilitatem et auctoritatem filius contempsit, neque ille parentis sed patrie salutem in
discrimine suo exemplo vertebat, non in privatam Torquatorum familiam sed
in universam urbem perniciosum exemplum contempti consulis inferebat. Itaque contempti
ut severitas tunc laudata est patris ob obliquam utilitatem, ita crude-
litas dominata extitisset, si ille severus suas non rei publice iniurias
ultus fuisset. Perscruteris licet veteres et novos annales, neminem prorsus
reperies patrem ob tam leve erratum tam graviter in filium animad-
vertisse. Tu solus novo exemplo inventus es, qui durius nedum
filii culpam mulctasti quam ceteri novas gravissimas hostium offensiones.
Quid enim per deum immortalem commisit quod esset tali pena vindicandum?
Non ille in rem publicam deliquit sed in parentem, non communem publicam venit uti-
litatem sed privatam, non aliorum salutem sed propriam in discrimine adduxit.
Nullos concitavit seditionum fluctus, nullos tumultus procuravit, nulla arma contulit.
Non tibi nocuit sed sibi, vel contempsit quod ceteri appetunt, vel aliis
concedenda reliquit, spernit ad tempus patrii dominii usum, alienis servire
maluit quam suis imperare. Adeo ne atrox hoc iudicandum facinus ut
extremo supplicio dignum putes. Ego quidem multos novi qui hoc potius esti-
mant laudandum, qui hanc erectam mentem ad prima virtutis summopere
extollant, qui vel parum errasse filium asserant vel leviter esse repre-
hendendum. Abiit ille tamen tuam voluntatem, contempsit edictum patris, at non
levi ex causa, non extrema spe ingentis glorie domum reportande, non =domum
dolo, sed virtutis gratia consequende. Nam omnia maiora quedam sibi pro-
ponebat ad honorem et decus natus adolescens quam forsan levia etas
ferebat. Idcirco debuit ira patris tamen efferuescere ad iniurias refferendas.

homine cogitasse oportuit patris esse agere filii causam tueri eius errores,
homine ipso humanitatis iure, ipsa caritate paterna, ipso nature precepto
que filios etiam discolos parentibus commendat fuit abs te ad mitiorem sententiam
declinandum racione adolescentie indulgendum, homine erroris racio habenda proprie
quid senciam ego hoc excellens ingenium, hanc egregiam virtutis indolem
hanc animi magnitudinem qua te, qua patriam, qua penas opes, qua cetera
qualium studia reliquit non culpandam, sed quodammodo laudandam, non
puniendam sed premio donandam duco. Si de parricidio quod est omnium scelerum
immanissimum filius aliquando cogitasset, leviori certe pena iuvenile erratum
ulciscendum fuit. Adhibitus olim Cesar Augustus in concilio a Tito
quodam Arrio qui filium in parricidio deprehensum de eo statuere de amicorum
sententia volebat, ut cuiusque liberum sit iudicium, tum postremum omnium censuit
relegandum, immemor non de quo censeret sed cui in concilio adesset.
O singularem et pene divinam sapientissimi imperatoris prudenciam. Videbat
ipse lege nature augustus et in manifesti parricidii reo, quo nichil
scelestius, nichil sceleratius excogitari potest, tum non extremum a patre supplicium
crudeliorem penam inventam, cladem filio irrogandam. Intelligebat patrum pietatem
omnium animi filiorum magnitudinem superare oportere, cognoscebat que delicta
ab aliis gravissime vindicantur esse a patre leniter castiganda, non est
enim eadem lex patribus in filios contra se delinquentes quam in reliquos
constituta. Adhibe hunc tu quoque virum in consilium amicorum, recita crimen,
penam ingere, sententiam statuere. Nempe qui parricidii culpam tam clementer
puniendam esse arbitratus, quanto clementius hunc filii excessum, aut voti
rem iniuriatoriam videbit, aut pro existimandum iudicabit, austeritatem
certe tuam ne dicam crudelitatem ad modum culpabit, qui adeo vehemens
atque acer animus contra te? levius delictum filii quam ipse parricidii fuit
scelus. Sed fac oro filium graviter deliquisse, admisisse aliquod
nefandum scelus, immane facinus cogitasse. Fac penam mereri, nunc se
se revocat facti penitet fatetur erratum veniam petit. Et quid adolescentes
a sene, imprudens a prudente, minus affirmato filius a patre numquid
est venia denegandum. Lapsus est quadam iuvenili levitate sed ad frugem
prestantem nunc ad mentem saniorem rediens pedem retrahit, delictum
recognoscit, supplex ad patrem ~~ad patrem~~ venit. Numquid est recurrendus. De-
flexit aliquam etatis cursu a recta via errabundus, nunc ad iter constitutum
atque ad meliorem frugem ut aiunt se convertens misericordiam filius implorat
a patre numquid repellendus dicemus. Adest rogat obsecrat filius lacrimis
patrem appellat exorans ut non omnino patriam reliquat caritatem ut ad
se redeuntem prius oculos flectat, vultum ne removeat, errati memoriam
deponat. Adeo ne ferreus eris atque inexorabilis ut te patrem obliviscaris

Ut veniam denique, ut aspicis filii obsecrantis preces. Si quempiam fuisse quondam
audires qui filium armis famam querentem qui se reliquisset in militiam quoque
profectus, tam gravi pena affecisset, petentem veniam patris clementiam repulisset,
si novi tuam humanitatem, sed prudentiam, sed doctrinam, damnares profecto patris
illius pravitatem duritiem, diceres filio esse parcendum, affirmares iuxta salvatoris
exemplum, quo retulit lectorem fuisse pastorem qui pro unica reperta ovem
quam et humeris domum reportavit, quam fuit ceteris nonaginta novem:
commendares quoque illius patrisfamilias galinum qui in reditu luxuriosi quondam
filii convivium struxit adhibita simphonia quo patris letitia ostenderetur.
iniuste Non iniuste poeta comicus introduxit Menedemum illum senem cum duritiem
atque asperitas filium adolescentem in militiam profectum compulisset se maceratum
in agris et torquentem, docens adolescentiam erroribus esse subditam, concedendum
paulum etati a patribus nec illos in filiorum delictis debere esse immites
aut inhumanos. Hunc secutus Cicero pro in oratione pro Marco Celio Celio
scripsit tribuendum esse aliquid etati, dandam esse aliquam adolescentie libertatem,
non semper rectam illam rationem superare oportere, sed vinci quoque a cupiditatibus
et voluptate. Sed nolo tamen contendere auctoritatibus et exemplis excellentium
virorum ne fiam longior, que multa possem in meam sententiam proferre. Id
liberius forsan quam mea conferat amicitia scribam: me percepisse hac de re cogitarem
paulo desiderasse prudentiam ac sapientiam tuam, qui pravam etatis filii nullam
futuri temporis visus est habuisse in tuis consiliis rationem, sed tamen nonnullorum
opinioni ne dicam suspicioni tuo dampno satisfacere voluisse. Nam pro tua
doctrina nosse debes plurimum posse in hominibus egritudines animi, nos quoque
subditos esse passionibus permultis, quibus non solum adolescentiores sed etiam
robustiores ac firmioris etatis viri haud facile obsistunt. Arduum est
enim obstare morbis animi undique circumfluentibus, et in omni etate obtemperare
rationi. Principibus vero id solet esse difficilimum in magna rerum licentia
ac facultate constitutis, obsequuntur enim plurimum desideriis suis, dum quod
cupiunt possunt, et quodlibet licitum putant, ut domini cunctarum rerum esse
videatur. Adolescentem principem compescere ardentiorem aliquem appetitum
et infra honesti metas sese continere. Itaque labuntur multi in varios ex-
cessus, qui nisi longius persistant, si se retrahant, non vitio sed
etati, non consilio sed errori videtur esse tribuendum. Etenim compertum est
nonnullorum lubricam adolescentiam extitisse qui postmodum viri clarissimi
et pace et bello evaserunt, hostes vitiorum, ut enim videmus aliquos
in certamine victos acrius reintegrare pugnam atque animosius ad ulci-
scendam iniuriam susceptam certare, sic nonnullos superatos quoque a vitiis etiam
atque constantie errore perfecto mox postea ad virtutem. Desperanda sunt
inquit Seneca deplorata ingenia ab hiis qui sanari possunt ea in quibus
spes inest sanitatis et coniectura quedam melioris indolis non exultanda
aut deprimenda sunt sed erigenda ac sublevanda quo possint emergere.

ad virtutem. Hec si versabis animo et cogitatione, non absterrebis nec repelles, sed
allicies atque adiuvabis filium. Existimas, cum sit ingenio et doctrina prestans
adolescens, posse illum adhuc evadere magnum virum, neque oblectabis ulterius
si qui sunt qui hoc vestrum dissidium minime molestie ferunt. Illud vero persepe
ac diligenter opinor, si tibi ac tuis recte velis prospicere, a te esse considerandum:
solere prudentium virorum precipuam curam ad id maxime incumbere, ut consulat
suorum posteritati, ut filiis firmas opes, longevam quietem, diuturnam pacem,
stabile imperium relinquat, que ubi absint labuntur regna nec se diutius
sustinent. Iam tu hereditatem unde pedem retuleris, an sic filiis relicturus,
iudicio tuo relinquo. Michi quidem videtur te certam eorum dissensionis serere, non
dubiam materiam odii plus quam civilis, non quietis sed turbulentissimi motus,
non pacis sed belli semina filiis prebere. Non est tibi neque vite neque interitus
certa dies constituta, quo tibi magis insperati casus sunt pertimescendi. Con-
tinebit se abdicatus filius dum fervebit etas, dum quam vixeris. Postea quam cum
rei militaris ardor crescente etate resederit, insurget libido dominandi,
cogitabit quam dulce sit nomen principatus, restitui in eam, qua deiectus, fortunam.
Tanto quidem contentus quanto maius amissi principatus penitebit. Cupidiores
enim sumus ad recuperandum amissa quam ad ea tenenda que in nostra sunt
potestate. Dies ac noctes torquebitur desiderio dominii paterni, dolis, fraude,
insidiis, armis, denique pro amissa hereditate certabit. Et cum maiorum
fortuna multos allicere soleat ad opem ferendam, aderunt qui aut alterius
benivolentia aut odio amborum aut spe dominandi serant discordias, ignem
succendant, flammas subministrent. Ita orta dissensione, bello concitato, contritis
opibus, aut turpis alterius victoria aut utriusque desolatio, quod sepius
contingere multorum ruina docuit, subsequetur. Commutantur enim tempora, variantur
hominum mentes, beneficiorum memoria defluit, amicicie confringuntur, qui et
amicus potest fieri inimicus, ut difficilis atque incerta sit futuri temporis coniectura.
Multi fidem servaverunt quoad occasio defuit fallendi, quidam qui boni
habebantur, data peccandi facultate labuntur atque privatam utilitatem
publico officio preponunt. Si ius violandum est, inquit Cesar, regni gratia
violandum est. Non erit porrecti loco. Si quis in fratris odio occasionem
anticipabitur utriusque delendi. Quo magis extirpande sunt a te omnes
cause future tempestatis, presertim dum inquieto quod suspiciosum veteris certam
tuis filiis materiam constitues videaris. Scis magna esse solere pro regno
certamina. Scis quam grave sit odium fratrum, et quem finem consueverit sortiri.
Cui nisi obviabis, satis in lubrico versabitur filiorum status. Concordia,
inquit Crispus, parve res crescunt, discordia dilabuntur. Itaque tibi cum pax
filiorum, quies patrie, posterorum salus cordi esse debet, omnes dubii eventus,
omnes dissidiorum fomites, omnes indignationum ac simultatum occasiones
sunt penitus evellende, omnes intercludendi aditus quibus ad iram, ad
odium, ad arma possit perveniri. Hec maxima ac certissima a parentibus
hereditas filiis relinqui solet. Quamobrem filio existimo esse omnino ignoscendum

dandamque erratis veniam, indulgendum etati, non recipiendum, sed ultro advocandum esse atque
alliciendum, quod suum est restituendum. Ut cum cetera que homini optanda sunt nat[ur]e
tue reliqueris, etiam patrem concordiam quietem optimum inter mobiles bonum illis
quos reliquisse gloriaris. Habes epistolam satis verbosam, quam equo animo
legas oro. Nulla me spes, nullum premium impulit ad scribendum, sed amor sin-
gularis quem habeo ad honorem tuum et tuorum salutem. Nam cum sis princeps deditus
studiis humanitatis et doctrine, confisus non ingratum fore humanitati tue
quicquid ab homine tibi deditissimo proficisceretur, sumpsi laborem scribendi, que
tue dignitati commodis fore conducere arbitrarer. Bononie xiii Novembris.

P. pl. sal. d. Victorino Feltrensi viro c. Licet numquam antea, mi Victorine,
ad te scripserim, tantoque nomine ipso non aliquo officio noti inter nos simus, tamen
pro tua singulari virtute, pro qua in omnes qui studiis delectantur humanitatis be-
nivolencia, audebo tibi paulum oneris hiis primis litteris imponere, quod equo
animo susceptum puto. Scripsi ad illustrem principem dominum Marchionem Manth-
uanum epistolam quandam, quam confido non ingratam sibi futuram, eius reddende
curam tibi iniungere decrevi, quo tradatur diligencius. Fac igitur, si me amas,
ut epistola ad dominum ultimum est per aliquem deferatur, qui nobis in ea re
satisfaciat. Tu, quemadmodum nosti, potes eam commendare cupiamque hiis qui sunt
apud Marchionem, ne aut neglecta abiciatur, aut reddatur tempore incommodo.
Michi quoque rescribas oro cum certior fueris redditam esse, ut id sciam. Si vero
contingerit te epistolam legere, tuum michi de illa iudicium significes velim. Hoc erit
michi gratissimum. Nam plurimi facio doctrinam tuam. Vale et me, quod iam id
mutuum fiet, ama et rescribe. Bo. xiii mensis Novembris.

P. pl. sal. d. patri meo prestantissimo Francisco Archiepiscopo Mediolanensi.
Nullam aliam ob causam tam diu tacui silui, pater optime, preter eam quam tibi
aliis in litteris descripsi, quam te excusationem pro tua prudentia benigne accepisse
letor. Difficile enim est homini libero et qui dissimulare nesciat tum scribere
ceperit, de tanta rerum indignitate quantam divinus quam equum erat a plebe
indignissima perpessi sumus. Naturam et omnium ferme eam esse videmus, ut promptior sit
ac paratior ad culpandum ea que minus recte agi arbitrantur, quam ad laudanda
illa que videntur fieri cum virtute. Itaque ne de rebus vestris tum publicis
tum privatis, que michi auctorum summe displicent, propter eam indignitatem nichil
enim a vobis nisi turbulentum seditiosum et ad interitum rei publice spectans
maiori ex parte proficiscitur, cogerer disputare et conqueri, satius esse duxi
animo tacere quam ea auribus tuis refricare, que et michi scribenti et tibi
legenti futura esset admodum molesta. Sed ad privata singrmes publicas
omissa te decuit conferre. At ego tua ignoro. Mea vero ea existimo
ut potius deflenda essent quam scribenda, minima quedam et digna oblivion[e]

Unum fuit in quo forsan non satisfeci, quod me amicitie debitum tecum gratulari
per litteras de ea, quam assecutus es dignitate, id cum mutua mea in te
benivolentia requirere videbatur. Sed considerans tum gravitatem temporum, tum morum
nostrorum perversitatem addubitare aliquando cepi gratulandum ne an condolendum
potius sit his, qui gradus honorum ascendunt. Difficile est in hac fere
hominum fece seculi bonum esse, cum plurima obstent impedimenta
que plerumque etiam recto itinere proficisci cupientem retrahant atque perturbent.
Sed tamen arta est via que ducit ad vitam, illis tamen maxime qui
tanquam in vigilia quadam ad aliorum incolumitatem sunt constituti, ut mihi
prestare videatur propriae saluti consuluisse quam suscepisse ceterorum curam. Credidi tua virtus
ita est perspecta mihi, ut te etiam ex corde esse animo quibus vere atque
ex animo gratulari potuissem. Sed tum negotia permulta me et eam ab ea
cogitatione distraxerunt, tum segnities ac tarditas quedam, que una cum
etate videntur augeri. Sed preteritam negligentiam recompensabimus frequentioribus
litteris, quas a me expectes velim, cum hac adiectione, ut tu quoque rescribas;
alias torpescet non solum ingenium, sed et manus. Littere tue fuerunt mihi
gratissime multis ex causis, sed maxime quia visus sum loqui tecum, cum
eas legi; preterea tuam illam antiquam recognovi humanitatem, neque ita
elatam, ut despiciat inferiores. Ego nonnulla edidi, que postea quam desideras
dabo operam ut transcribantur, per librarium repertum. Cupis habere dialogum
a me olim editum in avaritiam; addam etiam disputationem a me habitam
cum viro doctissimo Guarino de Scipionis et Cesaris prestantia; orationem
quoque funebrem in laudem Nicolai Nicoli, qui decem sunt anni obiit; epistolas
nonnullas addidi, quas arbitror fore tibi non iniocundas. Si quid est
preterea quod me velis facere pro iure tuo, ea qua soles utitor libertate.
Vale et me ama. Legatum quoque cum videris nostrum, quem dicam virum omnium
prestantissimum, me sibi commenda. Si litterarum forma plurimum videbitur abesse
a priori scribendi elegantia, nequaquam mireris. Nam et calamo scribo et
oculi sunt quam consueverunt obscuriores. Rome vicesima Novembris.

Poggius pl. sal. d. Jacobo Foscaro v. c. Nuper cum pro tua humanitate pauce
litteris verbis ad me scripsisses, ego quoque tuam brevitatem assecutus, cum subito
a me responsum postularetur, paucula versus ad te exaravi, et quoniam brevior
in scribendo esse debuissem, presertim tam liberalis ad amicitiam, absit protinus
tamen per otium non licuit tunc ut pluribus. Nunc paro ocium nactus ero forsan
verbosior quam velis. Ego mi Jacobe laudo ingenium tuum ac dicendi
copiam et facultatem, que tua est ipso stilo cognovi absque alterius testimo-
nio, tum maxime ex ore multorum quos de te loquentes diligentius qui
te virum eloquentissimum ac peritissimum affirmarunt. Non hoc adulandi gratia
scribam; est enim id ad me vitium penitus alienum, sed quia ita ex
animo sentio. Cum tibi omnia dederit natura que sunt hominibus maxime

optanda patriam genus parentes opes egregia fortune atque animi dona
qualia nemini fere alteri etatis nostre te omnia hec ad modum virtute
illustrabunt si in his que cepisti studiis perseverabis verum te eo pacto
bis dare operam oportet ut hec sint tamquam instrumenta ad cape-
ssendam virtutem et adminicula quedam ad optime vite perfectionem qui est
salus propositus studiorum fructus egregiis ac prestantibus viris Nam
qui ita in doctrinis et rerum scientia versantur ut nichil auxilii pro-
inde comparent ad bene vivendum similimi existunt aureis vasis que licet aliarum
pulcerrima semper tamen in sordibus et sterore delitescunt At ego doctrine
genus omne tempus si nichil sit profuturum ad meliorem vitam si vitiorum
sit futurum instrumentum si deteriores mores inquinatioremque animum fuerit
redditurum Ceterum hec inquies ut honori tuo ut fame ut nomini
consulam ne cum sis vir probatissimus atque ornatissimus alterius scelere qua-
tieris Monstrum enim quod vivat flagitiosissimum Franciscus Filelfus
propterea in uno doctorum ac eloquentium numero est habitus tamen omnem suam curam
omne studium collocat in maledicendi arte ut detrahat bonis et probis
viris Scripsit primum satiram nequissimam multa olim in Nicolaum virum virum
optimum atque integerrimum tum rei indignitate motus sumpto Nicolai patrocinio
compressi paulum petulantiam turpissimi nebulonis Scripsit ille adversum plurima
que a me contempnuntur veluti abiectissime pecudis balatus Nuper vero
insurrexit in virum prestantissimum atque optimum Cosmum de Medicis ea fingens
licet insulse ut solet quorum ipse in artificio versatus est que per causam interserit
in hanc fabellam Hec que ut cetera mittamus latrat enim famellicus
atque esuriens canis ad ostendendam stultitiam suam est enim ineptus insulsissimus
putoneus rudis atque aridus sine sapore absque ulla facultate dicendi ut
prestet multo nobis hoc pacto vituperari ab homine improbissimo quam laudari
Itaque canis illius morsus nulla in re me perturbant Cenum certo
me commovet quod libellum hunc ad te mittit addita epistola quam tibi
scribit tamquam aut sis castius flagitiorum suorum aut delecteris sua
maledicentia quia in re aut odium in te gravitatem mitetur eorum qui ledunt
multa enim nominant aut in tuo nomine querit sine dictis auctoritatem quorum
ultionis sciscit Impurus ille lanista a te existimes vindicandum ne
videaris particeps esse earum rerum quas solent boni viri maxime
abhorrere Unde utitur si tibi videtur et honorem tuum requirere ea displicere
immodestie tue hec a te scripsi tua maxime causa Nam quamvis existimem nullum
tibi esse commercium cum teterrima belua tamen egressero hunc hoc pacto
ludibrio non tamen ut pro ornamento quodam opponam ad contumeliam eorum
qui tibi sunt amicissimi Vale et me ama quemque a me scripta sunt
bono animo ac sincero me scripsisse putes Bo. die xxii novembris

Illustri Principi Johanni Marchioni Mantue etc.

Cum existimarem illustrissime princeps studia litterarum quibus te deditum
ferunt tibi summam humanitatem singularem benignitatem attulisse atque
abiecisse fastum omnem atque insolentiam que rudibus atque indoctis inesse
solet, scripsi ad te dudum epistolam quandam prout arbitrabar honori dignitati
utilitati quoque tue maxime convenire, in qua potius delectari te quam aliqua
in re offendi existimavi. Stultus enim nimis fuissem, cum ab omnibus
etiam infimis diligi queram, id agere quo tanti viri erga me mali-
volentiam provocarem. Eam misi ad virum doctissimum Victorinum Feltrensem ut
tibi reddendam curaret. At is michi cum post duos et amplius tandem
menses rescripsisset te illas, ut verbis suis utar, accipere noluisse, et simul
epistolam remisit. Fateor me paulo me fuisse commotum Victorini negli-
gentia qui tandiu cunctatus est litteras reddere, tamquam quasi contra elephanto
assem porrecturus. Cum vero neglectam a te epistolam non nichil moleste
tuli, presertim cum a doctissimis et prudentissimis viris maxime comprobe-
tur neque quicquam inesse dicat quod tuam existimationem quo modo id est quem
credunt merito possit offendere. Me quidem ad scribendum nulla res alia
impulit preter commodum utilitatem et tuam tuorumque quietem. Letabor
enim nomine Italicum illustrari unius principis fama, cuius etiam virtutem
et doctrinam filii imitari dicuntur. Quod si me fefellit aut si quod
in rem tuam esset non satis prospexi, ignorantia atque imprudentia
culpanda est, non officium contemnendum. Sed cum tempore rigiditatem tuorum
pro optimo iudice non te deterreo a tua opinione neque cogo quominus
propugnare institutum tuum. Michi cara est tua dignitas, carus honor,
carus status, cui fortunam prosperam favere opto. Verum cum ea tibi ipsi
multo quam michi cariora esse debeant, tibi tuarum rerum curam
atque onus relinquo. Fuisset tamen tue humanitatis si non omnem eam abiecisti omnino
legere primo epistolam et postmodum vel abicere ut inanem vel que
dicuntur contemnere tamquam minime tuis rebus accommodata. Nam plures aetate
etiam maiores et aetate et doctrine viros etiam contra se dicta
dicta equo animo legisse, nedum me in suum usum scribere viderunt.
Sed forsan Victorini culpa constitit, qui simulavit reiectam ut simulat
reddere. Quamquam id sit remitto ad te denuo epistolam quam si legere
dignaberis satisfacies humanitati tue et mee de te concepte opinioni.
Sin autem minus mea questio contentus aliis legendam tradas, quorum
iudicium non contemno. Ea est enim epistola que secum ferat laudem suam,
quamquam suis viribus non unius commendatione nititur. Neque vero quod ab
homine haud magne conditionis proficiscatur spernas velim. Nam sepenumero
sic prudentissimorum sepius potentiorum iudicia intellectum consiliis ~~[illegible]~~ prestarent
inveneris cum sub sordido pallio ut inquit Cecilius sepe sapientiam
latere. Vale. Ferrarie

Poggius Valasco Portugalensi sal. Nescio malicia ne feceris an oblivione quod
nulla in re satisfecisti michi in his que tenemus. Scio quo labore ac diligentia
rem quam sollicitabas confecerim. Non facile tamen adducor ut credam te obliviosum

fuisse in re presertim tam recenti. Ego tecum sum usus summa fide et benivolentia,
tu summa perfidia. Uteris meorum feres habunde premium benignitatis. Caue ne
me putes hac via fraudes. Nam attuces ingenium meum adulescentulam invictam.
Non enim hanc fraudem tam aptam multam feres. Ego in re pecuniaria
iacturam patiar, tu in fama et honore, que bonis viris sunt cariora pe-
cuniis. Quare debitum solue, et comprimam alias te notum reddam non solum
domesticis sed externis. Certe meam ipse recuperabis fidem in te meam. Nescio
etiam si impudentissimus omnium esses, quo vultu, qua facie, qua verecundia
obiceris, ut non solum nummis quos pollicebaris, sed ne verbis quidem gratiam
michi referres. Sed me continebo paululum, quoad respondeas. Quod si
distuleris aut tergiversaueris, tua infamia ac dedecore, que etiam
regi tuo ac concilio per me nota erunt, michi satisfactum putabo. Vale.

Poggius pl. sal. d. Fernando Didaci viro clarissimo. Cum audissem iam
dudum a pluribus quibus tecum est michi frequens consuetudo te esse virum
doctissimum atque omni litterarum genere prestantem, studiosissimum vero earum litterarum
que spectant ad studia humanitatis, summa statim te sum complexus
benivolentia. Accessit ad eam augendam quod quidam michi retulerunt te cum
voluptate legere epistolas meas, que a vobis pro sunt extimande. Quod autem
pluris facio quam reliqua omnia quodque ad amorem me etiam excitauit, multi
affirmant te ad variarum multiplicemque rerum scientiam adiunxisse etiam studia
probitatis ac virtutis, neque minorem te laudem ex eius cultu quam ex litteris
reportasse. Qua in re permagnum adeptus es doctrine atque ingenii fructum.
Etenim qui id suis studiis assequuntur ut eis utantur tamquam instrumento
ad honestum ac decorum illud quod laudatur a philosophis capessendum, hi
michi videntur egregium atque excellens premium ex suis vigiliis reportare.
Quibus vero multarum rerum scientia attulit irritamenta aut fomenta viciorum,
iam prestaret illis rudes fuisse quam doctos, mutos potius quam eloquentes.
Ideo enim bone artes reperte fuerunt ut illis instrueremur quid agendum esset,
quid ve omittendum, ut per earum exhortationes optimis moribus instrueremur.
Hec est causa cur sapientes velint postremam cum vacandum sit debere esse
moralem philosophiam, tamquam prestantiorem ceteris vite precepta et instituta continentem.
Cum igitur ex litteris summam omnium rerum doctrinam sis consecutus, virtus atque
boni viri tibi nomen vendicarit, commotus sum ad te toto animo dili-
gendum. Scio enim virtutem tanti esse ut nos ad eorum etiam quos numquam
vidimus benivolentiam compellat. Cupiebam ad te aliquid scribere quo tibi
mea erga te voluntas notior fieret, sed nulla se hactenus occasio
obtulit que daretur scribendi facultas. Nunc vero cum Lupus Raderici ad-
modum michi familiaris, qui olim quasdam meas epistolas que ad te

deferentur. Scripserat se velle ad te ire, michi significasset, rogassetque ut ad te
aliquid litterarum darem. Nam id pergratum esset tibi futurum. Sumpsi ex suis
verbis veluti argumentum quoddam ad te scribendi, ut postea quam coram
verbis fieri nequit, absens per litteras me tibi deditum esse cognoscas. Non
sum hoc primordio usus exquisito quodam genere litterarum quemadmodum ad insignem
virum scribendum decebat, sed rudi quodam veluti internuntio et ex tempore
proficiscenti nullo cum apparatu. Hic et tibi propositum offert licet pu-
sillum hominis atque imbecillem, et presto erit in re satisfactum pro facul-
tatibus nuntiabit. Vale et me quem id minimum fiet ama. Rome in kl. novembris

Si pro honore quem hodierno die prestantissimi viri in hac mea redditu in
compendiis nobis gratias condignas ~~tribuere~~ agere vellem, longior michi
quam ratio temporis postulat habenda esset oratio. Nam summa huma-
nitas vestra et singularis benivolentia in meo adventu celebrando
per vos adhibita maiorem quandam verborum copiam requirit. Tempus autem
admonet ut brevitati potius consulam, quam aut vestro merito aut
mee voluntati. Nam si illis a quibus aliqua nobis commoda prove-
niunt et agere et referre gratias solemus nisi ingrati esse velimus,
certe maiore quodam vinculo obligamur ad agendas gratias et etiam
referendas illis qui honore aliquo qui est hominum maxime optandus
nos celebriores reddere nituntur. Itaque quod datur ad presens gratias
vobis ago. Non quas meretur vestra in me ornando benignitas,
sed quantas ingenii mei facultas cogitatione complecti potest. Utinam
detur michi occasio qua pro meo desiderio possim gratias referre
ac vestro in me beneficio respondere. Cumulatissime enim vobis
satisfacerem. Verum id quod nunc prestare possum me, patres, consanguineos
meos, et quicquid in nobis est aut opis aut facultatis
offero ac polliceor vobis quibus altissimus felicem vitam concedat.

Poggius pl. sal. Francisco Marescalco. Nihil est mi Francisce quod
libentius agerem quam scribere ad te sepius quem scio michi
amicissimum. Sed impedior pluribus negotiis in quibus scriptura opus
est, ut aliquid nil magis michi sit molestum quam scribere. Hec fuit
causa cur non responderim nonnullis epistolis tuis. Nunc vero cum tertia
a te epistola michi reddita sit, sumpsi calamum ne viderer vel
contempnere amicitiam nostram vel negligere mandata tua. Postulas
a me volumen epistolarum quas scripseram ad Nicolaum. Ego iam diu
fecissem nisi expectassem quasdam alias ad eum epistolas que desunt
volumini, paulo quam cetere uberiores. Bis iam litteris oravi Nicolaum
ut illas ad me mitteret. At ille omnium negligentissimus, qui sua tar-
ditate desidiam superat, neque misit epistolas neque verbum rescripsit ullum,
me suspensum detinens. Non audeo volumine edere prius quam ille adiciatur

qui

Scias me tandem scripsisse ad te epistolam que erit prima dum inscripta veluti
quoddam prohemium, cuius copiam ad te mitto, ut intelligas me non
immemorem promissi et re et verbis, quoad potuerim satisfecisse voluntati
tue. Et si ego sim ad modum pusilli ingenii tenuissimeque fa-
cultatis, conor tamen non solum respondere officio de me benemerentis
sed etiam provocare ad promerendum; pessimum est enim vicium ingratitudo,
quam quidem sequitur turpissimum flagitiosissimumque; enim habere debet
neque enim deum colere neque amiciciam aut benivolenciam hominum
servare potest, qui fuit ingratus. Sed hec actenus. Si non hos quaterniones
ut sunt dissoluti, curabo, ut ad te deferantur. Si vero expectare vis
quoad volumen perficiatur, ac legetur, age ut libet. Tibi enim illud
dicatur prout cognosces ex epistola. Tu vale et quid fieri a me
velis perscribe. Romane patrie XX decembris manu festina. Gaspari
nostro salutem dicito plurimam meis verbis etc.

Poggius pl. sal. d. Luppo suo. Modo cum domum noctu redissem offendi
litteras tuas, et simul libellos tuos, quos remisisti; retulit insuper quidam
ex domesticis illum qui detulerat dixisse se postridie mane ad te
velle proficisci, si quid vellem respondere, ut presto id esset. Itaque licet
opus esset exquisito quodam genere litterarum ad virum prestantem eloquen-
tissimum, sumpsi tamen calamum scripturus pro temporis facultate quidquid
in buccam veniret, ne tibi parum respondere viderer in officio rescri-
bendi. Scio moris esse eorum, qui primum ad amicos scribunt accura-
tioribus quibusdam litteris uti ad ostendendam si quam in eis videri volunt
vel eloquenciam vel doctrinam. Sed tum autem id esset necessarium
ego si essem qui scriberem ad eum qui summus in litteris esset et
summa dicendi copia et gravitate, cuius tibi note essent. Quecunque
illa sint copiole et facultates mee verum alio diligencius cum ocium
erit et res requiret litteras colloquar tecum. Nunc ut tempus postulat
epistola tua mihi summam attulit animi voluptatem cum viderem te ita
institutum studiis humanitatis et eloquentie, ut si in eis perseveres
in magna sis laude et gloria futurus. Non loquor tecum, neque enim
natura id mea patitur, adulandi gratia. Sed quod ita ex animo sentiam.
Sed est in te facultas dicendi, ea ubertas, is ornatus orationis, ut
paucos legerim, pace eorum dixerim, qui tibi sunt anteferendi, vel
elegancia vel suavitate. Itaque si rem mihi gratam, si tibi tuoque
ingenio dignam, si tue nature accommodatam cupis facere, quidquid
temporis tibi subripere potes, colloca et consume in hiis litterarum studiis
que et ad eloquenciam spectant et ad sapienciam. Vir maximus mihi
crede evades si perseverabis. Me autem plus tibi [illegible] esse quam tuas virtutes
amicissimum admitte quod esse si cetera deficiant saltem cohortacionibus

Plura me scribere et scribendum fugiens et uxor impediunt. D. Ludovicus Italicus non est apud me, dimisi enim Florentie meam supellectilem, cum huc redibis potero vendere scrutari et ex ea summere quidquid libuerit. Vale et me ama. Bononie die xiii mensis Decembris etc.

P. pl. sal. d. Lippo suo v. c. Audivisse te cum antea scripsissem ad te epistolam paucis verbis, quam erat ad te allaturus quidam qui ad me una cum tuis litteris libellos meos attulerat, dedissemque eam librario meo qui ferme continuo domi manet, ut illi redeunti ... traderet, percontatus inde a librario comperio epistolam non esse ad te delatam. Est quidem punctum tui culpa qui revertendi curam omisit. Nolens igitur lucubratiunculas meas, non ut aliquid extimandum sit, sed ne me negligentem iudices in rescribendo, curavi per alium ut tibi redderetur. Si enim aut putassem hoc biduo scribendi spacium mihi dandum fuisse, aliquid exarassem forsitan uberius ac diligentius. Sed quidquid id est accipe oro loco pignoris mee erga te benivolentie, que permagna est, cum humanitate tua, tum mea voluntate contracta, qui diligo et amplector eos quos video excellere ingenio et suavitate dicendi. Vale et me ama. Die quintadecima mensis Decembris etc. Noctu.

Pl. sal. d. Aretino Benedicto viro doctissimo. Plurimum delectatus sum tuis ad me litteris, mi Benedicte, et simul sum admiratus ingenium tui acumine, qui cum tantam operam impenderis iuri civili perdiscendo ut inter doctissimos eius artis viros digne connumerari possis, ita tamen eloquenter, ita ornate, ita facunde ad me scripsisti, ut non minorem ex eloquentie facultate quam ex legum doctrina laudem mea sententia merearis. Est profecto mirabilium egregii animi et ad litterarum studia bene instituti duas res, quarum utraque difficilis est atque ardua ad percipiendum, ita te esse complexum, ut parem te reddideris illis etiam qui in alteram tantum earum suam operam contulerunt, presertim cum sit civilis iuris preceptio, tum propter rerum varietatem ac summam cum plures inter se dissideant legum scriptores, tum vero maxime propter commentatorum infinita pene volumina, que lectores legentium animos implicant opinionibus, ita multa ac superfluis verbis diffusa, ut et sola etatem eorum ... consumere ad legendum. Quorum tractatio et molesta est. Desinit enim ab omni cultu orationis, ut priscos illos iurisconsultos eloquentissimos viros nudos legisse appareat. Et tanta est summarum contrarietas, tanta verborum cavillatio, ut perspicue veritatis viam preludere videantur. Eloquentiam vero quam facile consequantur hinc licet perspici, quod cum in tempore cum in etate pauci reperti sunt qui iure possent appellari eloquentes. His in facultatibus cum te cumpuleram maiorem in modum profecisse, gratulor tibi, qui vires ingenii collocasti in eo literarum exercitio, quo et honori et utilitati possis consulere. Nam legum scientia opes ac

diuitias tribuit necessarium vite humane presidium / eloquentie autem amminicula
maximum ornamentum afferunt . et ipsa quoque ad modum accomodata ad com-
laudandam atque commendandam etiam iuris ciuilis . neque vero est quod te mo-
ueat quorundam error multorum . qui petunt contra iura ad iniurias quibus
semper malorum copia bonos numero superant . et verius est summa / omnia †
prelata rata paucis ferme ad iuris doctrinam accedunt . lucri cupiditate
et questus causa . quod cum sit pessimus finis . dicentibus oppositum
eam iusticiam veram esse dicunt . que sit questuosissima . Ita non
equitatis racionem ullam habent sed tamen ad id solum vacant quod sit eis — l. habent sed
studiorum suorum et vite finis constitutus / ubi vero lucrum abest tamen [illegible]
suo habere per iniuria . non quid iusticia requirat attendunt . sed quod
emolumenti contradicta possit afferre / Itaque melior racio illa ducitur
que sui dicior atque opulentior / Etenim ut plurimum negociatorum
parum quid in lucris proficiunt / nisi ad modum mentiant / ac fallendo
mercaturas suas verbis extollant / Sic magna pars legisperitorum pace
utilitatem se putat posse consequi nisi iusticiam mendacio equitatem
verborum prestigiis subuertat / Ita non ad iuris ac legum prescriptum — subuertat
sed ad arbitrium dantis ac porrigentis manus disputat ac altercatur
Verum tu quem excellens animi natura non magis ad lucrum quam ad utilem
cupiditatem accendit / eximiis [illegible] hoc doctorum quorundam [illegible] multa
lucri esse existimans quod sui [illegible] seuectum ab honestate / Nolo
Ad ut te virtutis ad normam et instituta quedam [illegible]
que felicitatem solam constituit in virtute / Similem enim vitam capessentibus
multa sunt propter causam necessaria . quando pauperum plures fuerunt qui appeti-
uerunt / quam qui contempserunt diuitias / Non vero ad paupertatem cohor-
tandum magis nec laudanda est / quam te cernenda Nam durissima
est ac molestissima egenum atque inopem esse / Adiuncta vita ab aliis
demisso vultu petentem / Enim laudarem olim nostri temporis qui
in dies accepere elemosinis viuere paupertatem dicens . illam liberam
atque expeditam / multiplicabantur / vera sunt [illegible] amice / que a te — multiplicatibus molestiis vacare quibus reliqui
dicuntur . sed tamen paupertas multis incommodis ac suspiriis referta
est neque vero est ut verearis que tute consulendo aut iusticie fa-
uendo despectus iaceas / aut non reliquos longe antecedas et diuiciis
et dignitate / Multo magis est acceptius boni et iusti viri quam docti
aut callidi nomen possidere . maximum semper virtutis etiam ab improbis
habita est que extimatur veneratur colitur etiam ab inimicis / Neque
enim fieri potest ut de quo confirmata iam sit virtutis opinio non et
honore et auctoritate quomodo ceteros antecellat / Quapropter primum
ut facis virtuti a te dandam operam censeo tum indulgendum totis
viribus legum studio . deinde addenda esse his eloquentie ornamenta
hec te iacere non sinent / sed extollent alcius et in summo dignitatis
ac honoris gradu collocabunt / Sed hec tu melius potes cognoscere

a sapientissimis viris, quorum in lectorum numero Bessarionis est, cum in episto-
le tue principio et me collaudas doctrine atque eloquentie, et meam operam
tibi profuisse, ac propterea te michi plurimum debere affirmas. Vellem ut
amice scribis ita et scribis vere contigisset. Sed tua in me beni-
volentia plus tibi de me quam requirat veritas persuasit, et rem parvulam
posuit summi beneficii loco. Nam ego haudubie sum rudis atque
impollitus; rem vero ad modum tenuem gratitudo animi magnam facit.
Est enim grati animi officium non tanti beneficium quanti voluntatis
pensare ad beneficiendum, ratum habere. que cum in me fuit facile
patior. Non pro officio quod nullum extitit, sed pro amicitia in te affectum
michi abs te gratias agi. Vale et me ut cepisti ama. Ro. x. decembris

Pogius pl. sal. d. Rincio suo. Video quid sentias de Pedagogio nostro et eius
insidiis. certe sunt nugacissimi, nulla quia hiis fides prestanda, cum
totiens fuerint mentiti. Ego eis aut eorum similibus nichil credere
decrevi. Summa benivolentia quam habeo ad Archiepiscopum Pisanum, quo-
cum tam vetus est ab ipsa adolescentia consuetudo, me cogit ut
michi
ad eum scriberem tam serio que videbantur in honorem suum,
non quod mea causa, cum ea nichil referebant, sed sue
cum honori et fame consultum volebam. Scio etiam que optima
sunt subiecta quandoque interpretari iniquius a multis, et potissimum ab hiis
qui se lesos putant. Non debet esse molestum Archiepiscopo si fit
certior eorum que sibi obiciuntur, vera ne sint an secus. Nam vera
possunt corrigi, negligi vero et purgari falsa. Sed tamen danda est
opera ne aliquam veluti causam demus admirandi (?) recte senescendi (?)
de nobis sed recte fieri putare, si nemini lesis, ne in suis quid
rebus. Sed tamen Tuccius michi dicit sibi a gubernatore optime
tuncq
satisfactum. Et cum sibi nichil iniurie factum sciat, etiam si id casu
aliquo accidisset, se esse sibi amicissimum. neque vero ait se umquam
dixisse quedam, que scribis, dici ab eo esse dicta. Sed est nequitia
hominum quorumdam, ut cum videant aliquam oriri inter notos dissi-
mulationem, conentur serere nugacia, quibus ad inimicitiam perveniatur.
Sed hec actenus. Locutus sum cum Gregorio de rebus suis. Is suadet
ut venias. nam asserit camerarium dicere se tibi numquam defuturum. Itaque
suadeo idipsum et ego. Si id fieri potest, placeret tibi. Si tergiversabitur
nichil licebit. Nam apud nudos vel legendo vel abstinendo
melius erit quam Rome. Veni igitur et cum hic eris collo-
quemur una. Et ut spero fata viam invenient. Multi sunt
in curia rudes et imprudentes, quibus tamen nichil deest. Multo
minus tibi. Vale et recommenda me Gubernatori. Ro. xv februarii

Poggius pl. sal. d. Bornio suo Bononiensi iurisconsulto. Gaudeo mehercule doctrina atque eloquentia tua in dies magis, cum videam te prope accedere ad priscorum illorum dignitatem, in quibus cum iuris scientia admixta erat summa dicendi gravitas atque elegantia. Audivi te apud pontificem maximum in quadam causa orantem magna cum copia verborum, tum sententiarum ornatu, quia in re sensi te laudari a multis, quod unus pre ceteris ad cognitionem legum addideris etiam eloquentie ornamenta. Pulcrum est enim quod sentias posse copiose atque eleganter exprimere et si qua in facultate requiritur, id maxime ista iuris civilis, que in tuendis causis atque expugnandis versatur, iure quodam suo videtur exposcere, cum sine ornamentis oratoriis nuda quedam res existimetur atque incondita, nulla cum venustate. Hoc adeo verum esse aiunt, ut doctores hii qui remota eloquii suavitate causas agunt, magis strepere quam loqui putentur. Te vero quem ita rei utriusque summam operam impendisse videmus, et ut recte consulere et ornate loqui posses, confido, si in hoc advocationis munere perseverabis, summum nomen et opes consecuturum, excellesque inter alios, si ad doctrinam que est in te eximia adiungetur usus optimus rerum omnium, ut aiunt, magister. Verum cum cetera in te laudanda sint, tamen illud ego in primis probo, quod precepta preteritorum temporum historia verissime diiudicas ac pendis illustrium virorum prestantiam, qui hactenus claruerunt. Nam cum pridem pro mea consuetudine variis de rebus colloqueremur, laudaresque excellentes viros, qui quondam rerum potiti virtuti et glorie fuerunt, dixisti Traianum videri tibi optimum omnium qui umquam fuerunt imperatorem, teque dolere vitam tanti viri, qui superiores principes et belli et pacis artibus longe superasset, Romanique imperii magnitudinem suis equasset virtutibus, tam nihil vel admodum parum ex eius rebus que ceteris omnibus anteponenda essent, apud latinas litteras reperiri. Comprobavi tunc sententiam tuam, afferens maximam iniuriam seu fortune seu negligentie hominum factam memorie tam excellentis principis, tamque in omni laude singularis, omniumque prestantissime in omni genere virtutum. Vel hoc precipuum testimonium afferebam, quod solus imperatorum omnium a senatu populoque Romano non ambitione aut metu, sed vero iudicio optimi principis cognomen meruit, quemadmodum et ex moneta illorum temporum constat, et refert Plinius in ea oratione quam adepto consulatu de suis laudibus conscripsit. Et certe sive illam orationem legeris, sive rerum suarum eam porticulam que habetur in historiis consideraveris, intelliges profecto nullum ex superioribus principibus sive grecis sive latinis ad Traiano prestantia quadam virtutis et rebus gestis ullo modo esse comparandum. Fuit enim in eo summa pietas, clementia, humanitas, iustitia, liberalitas, qui usque adeo vitam suam ad normam optimi principis constituit, ut nihil in vita fecisse dicatur, non summa laude et commendatione dignissimum. Armenias autem totam Mesopotamiam superavit

bello

Parthis et Persis subactis, quod nulli antea Romanorum acciderat, regna
eorum in provincie formam redegit, nulla gens, nulla natio subdita Romano
Imperio fuerat, quam non pacaverit, tum rebelles armis domando,
tum pacatis pro eis sine timore iusti pretoris dicendo. In mari vero
rubro classem habuisse fertur, ut per eam fines Indie devastaret.
Dixerim fortasse Alexandrum sibi rerum gestarum magnitudine parem,
sed virtute, clementia, humanitate Traianum inde longe superiorem.
Illius enim cenas inter epulas et toga amicorum cedes referunt. epulas et convivia
Hic nullius unquam necis conscius fuit. Ille superbia elatus quasi
se deo equabat, hic tamquam omnibus omnium parens parem se privatis
et infimis hominibus prestabat. Ille sibi vota et victimas fieri
tamquam deo cedi iubebat; hic tanta fuit humanitate ut pro salute
sua unquam vota suscipi pateretur, nisi cum hac adiectione, si id
e republica ac populi Romani esset salute et commodo futurum.
Cesaris Augusti pre ceteris virtus atque humanitas commemoratur,
post quam solus rerum potitus regnavit. At idem per calamitatem
civitatis, per proscriptionem excellentium virorum, per cedem, sanguinem ac stra-
gem concivium civiumque Romanorum, spoliis ac rapinis ad Imperium
pervenit, licet etiam ipse nonnulla bella egregie legitur gessisse. At
vero Traianus cum pietate, clementia, fide, integritate vite et
rebus gestis omnibus omnes antecedebat, ad Imperium per veniam esset
assumptus, hisdem artibus rexit Imperium quibus meruerat illud sibi
conferri. Nullus unquam paterfamilias cum domesticis et filiis ita hu-
mane vixit, quemadmodum Traianus cum Senatu et populo Romano.
Cum etiam in eius pristinum creandorum magistratuum restituta Traiani
benignitate idem Plinius refert. Denique ut paucis multa complectar,
tanta fuit in omni etate eius magnitudo virtutum, ut nonnulli testentur
precibus cuiusdam e nostris sancti viri a penis inferni liberatum celestis
gratie attigisse. Sed stultus ego qui existimem posse parva epistola
comprehendi quod Plinius me duobus quidem libris quos in eius laudem
conscripsit, nunquam satis digne et ample pro eius meritis prosequi
indicatur. Hoc autem sum his brevi complexus, non ut historiam novam
conscriberem, que maioris ingenium requireret, sed ut approbarem confirmaremque
sententiam tuam, que mihi videtur esse verissima; id velim modo consignant
ex hac epistola, ut aliquid commemoratione virtutum suarum nobis ad vitam
contulisse videatur. Vale et me ama. Bononie xvii februarii

P. Pl. sal. d. Carolo suo Aretino viro clarissimo. Gravem dolorem
suscepi, prout equum erat, mi Carole, ex obitu prestantissimi viri Nicolai
Nicoli, cuius doctorum virorum omnium parentis, quem si perpetuas esset optare
oportuerat pro communi utilitate studiorum immortalem, effudi multas lacrimas
tamquam in patris funere, ad primum nuntium mortis sue, quas etiam
auxit epistola Nicolai Cozi, qui nunquam illum diem suum obisse significavit

Vellem affuisse in eius funere, tum et prestitisse omnia funeris officia que a
gratis filiis parentibus benemeritis tribui solent. Neminem enim patrem habui cui
plus debuero quam Nicolao. Hic michi parens ab adolescentia, hic post modum
amicus, hic studiorum meorum adiutor atque hortator fuit, hic consilio, libris,
opibus semper ut filium, ut amicum fovit atque adiuvit; hic me ad virtutem,
hic ad litterarum doctrinam, hic ad bonarum artium studia semper incitavit.
Denique nichil erga me omisit eorum que vel ab indulgentissimis parentibus
filiis vel a carissimis amicis mutuo amori tribui solent. Et si
humanitas ferret, dicerem me plus Nicolao quodammodo debere quam hiis
qui me procreaverunt. Illi enim ignarum rerum omnium genuerunt, hic reddidit sua
opera doctiorem. Illi tum ut essem effecerunt, hic ut essem cum honore et dignitate.
Illi alimentum corpori tribuere, hic animum moribus formavit et recte
vivendi instituit. Et quantum ceteri parentibus atque educatoribus suis debeant
lege nature, tantum ego Nicolao meo et eius nomini pro sua humanitate
et suis erga me meritis me debere profitear. Cumque ad litterarum studia
anhelabant, in quibus aliquam virtutis notam inesse putabat, sic
adherebat, sic favebat, ut vere omnibus doctorum hominum parens atque altor
esse videretur. Illius cohortationes multos ad litteras incitabant, illius
libri multorum studia sustentabant, neque ope neque consilio ulli umquam
ne externo quidem defuit, quem aut liberaliter institutum aut incensum
ad proficiendum conspiciebat. Rectissime videor affirmare posse, nos michi
magis quam reliquos qui unius studiis delectantur, Nicolai interitum
communis calamitatis causa esse lugendum ac deplorandum. Amissum est enim
tamquam incitamentum quoddam quo impellebamur vel inviti ad studia
non solum litterarum sed etiam honestatis. Magnam profecto iacturam talis viri
mors attulit litterarum studiosis et latinis musis, quarum ille veluti sac-
ristos ut divine colerentur sua diligentia studio atque opera effecerat, prebens
se ducem atque hortatorem omnibus qui bonarum artium studia sibi ponerent
capessenda. Itaque ut olim Q. Metellus posteriore Scipione domi interfecto
omnibus civibus palam conclamavit corruisse Romane urbis menia, ita dici
ut sublato hoc uno unicum cultore litterarum virorum domicilium ac
diversorium corruisse. Fateor aliquos doctiores ac eloquentiores etate nostra
extitere, sed qui humanitate, industria librorum perquirendorum, familiaritate
doctissimorum virorum, civilitate, ipsa affabilitate, facetiis, in doctos omnes cari-
tate ac benivolentia, librorum copia, qui quidem omnibus presto esset, Nicolaum
superaverit, credo neminem extitisse. Erat semper domus eius referta doctis
et egregiis viris qui ad eum cottidie accedebant. Nemo Florentiam
qui aliquid saperet umquam adibat, quin inprimis Nicolai domum
et libros sibi visendos putaret. Hunc omnes propter eius doctrinam atque
humanitatem observabant, colebant atque unice ut quendam librorum anti-
stitem diligebant. Non me fugit solere ab invidis et malivolis

quibusdam obici, quod nichil unquam scripsit, nullum ediderit opus dignum nomine docti viri, quibus licet possem respondere satius multo fuisse tacere quam aliquid scripsisse, cum magnitudinem suam scribendo ymalabunt. Etiam sciat non solum Nicolaum sed neque Pitagoram neque Socratem multosque preterea summos philosophos quicquam scriptum reliquisse, quos si quis propterea indoctos putet stultissimus videatur. Cumque Salvator noster, qui erat ipsa sapientia, nichil scribere voluit, statim nullum ignorantie argumentum est a scribendo abstinuisse, quin potius suas cogitationes litteris mandasse sepe scribentes stultitiam patefecit. Verum non sumpsi a te nunc id scribendi munus ut verser in laudibus Nicolai. Hoc cum tibi et ceteris qui dicendo prestant relinquendum putavi, cum significasse tibi volui me ex eius obitu summo dolore et merore affectum, neque enim cum mecum ipse cogito me cum Florentiam rediero, si id deus permiserit, neque Nicolai domum frequentaturum amplius, neque virum quem mei amatissimum posthac me visurum, ullo modo etiam scribendo possum lacrimas continere. Quem cum animo cogitas esse mecum, cum teneam memoria amicitiam a bonis amicis esse perfectam. Iam sex et triginta annos non solum labefactam aut dissidio intermissam semper cum crebris epistolis, cum mutuis consuetudinem officiis, atque auctam fuisse. Nostro quid ceteri facient, ego certe memoriam eius studiosissime et sedulissime colam, et plus mortui laudibus quam dum erat nobiscum. Illud cum tunc adulationi attribui potuisset, hoc nunc certe suis pietati et grati hominis officio tribuendo. Id perfecto sciat nolo me lacrimas quas in funere illius prestantissimi viri quem amatissimi cohibuissem mecum hanc scribens epistolam repetita in me eorum beneficiorum memoria plurimas effudisse. Vale et tu quoque quem ille plurimum amavit suam memoriam animo infixam tene. Bononie xviii mensis februarii

Poggius pl. sal. d. Leonardo Aretino viro clarissimo viro eloquentissimo tui quam amantissimus. Candidus noster Mediolanensis misit ad me quemdam libellum in quo scripte sunt epistole due, altera Alfonsi Hyspani ad archiepiscopum Mediolanensem, altera sua qua illi epistole respondit, restitit illi epistole tue prestans in sua Candidus. Hec indigne ferens suscepit defensionem tuam, illumque acriter arguit, loquitur tamen mitius Hyspanus, ut mihi videtur, ad modum moderate. Tu tamen quid uterque afferat facultatis ad rem dogmata agitur loquendo intelligis. Laudande sunt eiusmodi disputationes cum vacant contumelia exercendi ingenii gratia suscepte. Mitto igitur ad te libellum. Tu si videbitur respondebis Candido agesque gratias pro sua erga te benivolentia. Nam animi officio functus est. Vale et me ama ut soles. Bononie iiii Idus aprilis

Poggius pl. sal. d. Feltrino Boiardo equiti Ferrariensi. Mitto ad
te oratiunculam quam petis scriptam a me in laudem Nicolai
nostri / Neque tamen satisfaciat tibi, cum neque michi placeat
sed volui religionis tacentibus aliquid loqui / vel inceptum quo
alios ad dicendum excitarem / Expectabam quidem amicos suos doctos
potius tamdiu silere, in causa tam honesta et digna, in qua aliquid
conderent ad memoriam tanti viri / sed hi fortasse prudentiores qui
res suas edunt maturius ac elimatius / Ego non stultorum more
effudi omnino quod in buccam venit / Et quia primus ad dicendum
surrexi, opinor dabis veniam infantie mee. Malui enim
inepte quam nichil scribere / Et si cetera displicebunt, id saltem gratum
esse debebit affectio ac pietas mea et erga amici memoriam
celebrandam. Cum laudatiunculam hanc transcripseris remittito exemplar
et simul quid de ea sentias fac me certiorem / Magni enim facio
iudicium tuum. Vale / Puer meus recte se habet a morbo a
quo iam tandem valuit / Bononie die x mensis Maij

P. pl. sal. dicit Guarino suo. Laurentius de Prato prestantissimus
atque humanissimus inter medicos nostre civitatis et coniunctus
michi summa benivolentia, ut inter nos maior esse non possit,
is habet filium optimum adolescentem Sassarum admodum deditum nostris
studijs, in quibus evasit doctissimus / est singularis ingenij et vite
continentissime / ita ut mores superent eius etatem / Cum latinis
literis sit plurimum eruditus, cupit adiicere ad doctrinam suam etiam cognitionem
grecarum literarum, quibus etiam paulum operam dedit / In hoc suo tam
honesto desiderio non solum cohortandus sed etiam adiuvandus. Itaque
cum ad te proficiscatur discendi causa, suscipe oro cum tua solita
humanitate et veluti filium erudias. Rem gratissimam facies patri
viro optimo et doctorum omnium amicissimo, adolescenti suppeditabis
materiam ad laudem et gloriam comparandam, tu vero optime collocabis
beneficium instituendo hunc, qui ut vir insignis tua opera futurus.
Michi vero facies rem ita gratam, ut quicquid in illo contuleris
officij et doctrine, id in meipsum collatum putem / Si ergo Poggij
tui apud te honeste preces valent, fac te gero ut is intelligat has
literas sibi plurimum profuisse / Annumeres ipsum inter filios tuos
aliquem. enim plus laudis et voluptatis percipimus ex hijs quos
bonis artibus educamus, quam ex hijs quos procreamus, cum illos
voluntas, hos necessitas nobis tradiderit sublevandos / ut
in alijs opera et pietas nostra laudetur, in alijs vis nature.
Vale et si me amas, Sassarum quoque et pariter ames velim

Scripsi
D~~[?]~~ nuper post obitum Nicolai nostri epistolam quandam ad Ca-
rolum Aretinum in qua dolui de morte sua. postmodum cum
viderem illum ex amicis aliquid scribere ad laudem suam
prestiti ei munus quod solum defunctis potest concedi. edidi ora-
tiunculam funebrem. In qua et si non omnes suas laudes expressi
ea tamen que tunc in mentem venerunt solo complexus sum
licet paucis. Non enim multis utendum est verbis apud aures
multorum ita delicatas ut nichil probent nisi quod eloquentiam
Ciceronis redoleat. Epistolam ergo et oratiunculam tradidi Augu-
stino de Villa tibi deferendas ut eas legas cum otium erit.
Nam licet parum culta sit oratio qua tamen virum olim amicissimum
laudat. certus sum que scripsi te. et si non amica at saltem
causa mortui probaturum. Vale et quid de eis sentias rescribe.
Bononie die sexto mensis Junii

Poggius pl. s. dicit Francisco Barbaro equiti insigni. Signi-
ficavi nuper per epistolam Carolo Aretino dolorem quem
suscepi ex morte Nicolai nostri ut nosti prestantissimi inter
ceteros nostre etatis viros. Expectabam vero in dies ut
aliquis ex hiis tantis doctoribus scriberet aliquid in laudem eius
qui fuit doctis amicissimus omnibus et quod equum erat presertim
eorum qui scribendo possunt aliquid videre saltem reddendi ingenii
gratia in memoriam illius. Sed cum viderem neminem quod sciam
id munus suscipere arripui ego calamum et inter multas
occupationes tum publicas tum privatas paucis complexus sum
que ad ipsius commendationem spectabat. qua in re nichil nimium
me esse profiteor nichil in eum contuli alienum suis moribus
et doctrina. Omnia enim fuisset impudentia voluisse commendatorem
esse apud eos penes quos ipse vixerat. et oratio habetur. Comparatus
vereor ne parum cumulate recensuerim que in eius laudem verissime dici
posse videbantur. sed ea relinquo eloquentioribus qui copiose et ornate
cogitationes suas mandare litteris possunt. Ego mulierum more
quam subito [illegible] prudentia [?] quod mihi in mentem venit. primo
impetu expressi. relinquens aliis uberem si valuerit facultatem scribendi.
Cum autem te fuisse Nicolao carum dum vixit summo amore coniunctum
arbitror te libenter lecturum que ad ipsius nomen famam pertineat.
Itaque tradidi Hermolao nostro viro humanissimo et epistolam et oratiun-
culam quas describi et ad te deferri curaret. leges igitur
illas cum tempus et otium tibi suppeditabit. et licet res
parum sit extimanda si auctorem consideres. tamen pro Nicolai
memoriam tradas ceteris legendam. Non enim patria digna pro Nicolai
virtute a me scripta non est. Nec eius nominis memoria
est oblitteranda. quamquam exposcebat laudes eius qui eloquentissimus

extitisset pari eloquencia fuisse destitutas / Sed ego quod vires quec
tulerunt officium suscepti reliqui ornatius scribendi curam suscipiat
Vale et tuum Iacobi de epistola atque oratione iudicium
et quo animo audiverim perscribe / Bononie die x Iunij

Scio consuetudinis esse beatissime pater omnium fere qui ad tuam sanctitatem
tum visitandi gratia, tum legationis officio, primum accedunt ut orationem
habeant aut gratulationis pro hac amplissima dignitate aut
virtutum tuarum laudes continentem, qui quos adeo insolentes / ut
nam uti hac usitato dicendi genere rudis cuiusdam et ignari pe:
ritie existimentur / At non michi longe alia sententia est / qui
certissimam eorum horum esse a bonis et prudentibus laudandum viris
cum alterum hominis parum considerate loquentis / alterum adulatoris
officium esse videatur / Quid enim ei gratularis aut quid illi
congaudeas qui ad innumeros et continuos animi corporisque labores
ad maximas curas, ad diversarum gentium regimen / ad infinitas
molestias ad sollicitudinem omnium ecclesiarum, et quod his maius
est omnibus, ad difficilem ac molestam est servitutem assumptus.
Rectius meo iudicio tali viro tanta rerum mole oppresso con:
dolendum, compatiendumque est, et quedam tantis laboribus tantoque
servituti misericordia habenda. Non enim si recte et secundum dei
precepta velis regere navem Petri, tibi licet, tuo iure, somnum.
non quietem non cibum capere. Non animi relaxationem querere
non tibi indulgere. Non enim solitis amicis / quod gra:
tulari deceat / nequaquam comperio. Et si Iohannes Crisostomus
super epistola ad hebreos adeo multa in manibus ... ecclesie
rectori scribit / ut mirum sit aliquem eorum salvari posse / Quantam
rerum molem imminere, quantum vite future periculum instare
illis dicens / quorum regimini preficiuntur omnes orbis ecclesias et commissas
sibi a deo et traditas esse testantur / Certe enim plus ab eo
exigitur / cui plus commissum est / immensum quoddam onus et hu:
manis viribus non ferendum fateri necesse est / illud ad quod non
solum deputatus es / sed quodam modo relegatus / Adde quod
huiusmodi imperia non virtutem largiantur / non scientiam / non
doctrinam / non longiorem vitam / sed potius efficiunt breviorem
/ At multi hunc statum tam amplum appetiverunt / Et quidem
plures stulti quam sapientes reperti sunt / Feruntur quasi omnes
quidam hominum stultitia et errore ut ea optima ducant ad
que velut ampla et speciosa mortalium ambitio fertur /
Maior mortalium pars ducitur opinione vulgi et cupiditatum

Vocabulis monetur, ut maximam felicitatem et vite commoda in celso
imperio ac dignitate sita esse putet. Sed non errare opinionis
aut stultorum iusticia hec contemnenda tibi est. Gravissimum more
tuo munere. Non tempus quod semper etiam bene volentibus bre-
vissimum esse tua voluntate transigeres, non bus in quibus altus
et educatus es, qua in re tibi maxima consolatio excipitur. Operam
pro tuo desiderio datur impendere. Alieno est tibi arbitrio vi-
vendum, propria quodammodo salus exponenda, ut salutem aliis
largiaris. Statim christianam populi cura et sollicitudo tibi suscipienda.
Audiende plurimorum legationes, reclamanti voces, oppressorum querela
exaudiende. Ferenda postulancium molestia, multorum importunitas atque
insolencia toleranda, misericordia omnibus, iusticia singulis
demonstranda. Tibi uni pro omnibus quietibus ceteris labor susci-
piendus. In specula enim quadam positus es, in qua tibi
pro omnibus consilia capiende sunt, ut nulla requies,
nullum ocium, nulla remissio in tanta rerum detur varietate.
Verissime enim Seneca magna servitus est magna
fortuna. In hac tam gravi rerum sarcina tanta negociorum
incumbencium gravitate, tanto confluencium turbine, tam
multiplicibus tam diversis curis, quid gaudiis quid iocunditati
quid leticie insertum sunt, sed racio et sapiencia induenda
Tum precepta si sequi voluerimus ipsa nos instruent. Inte-
gritatem, clemenciam, pietatem, sanctimoniam vite, humanitatem
vero in magna rerum licencia continere. Nonnullos quoque seculi
ac religio et christi precepta postulent hoc imperio abusos
vidimus. Sed de hiis loquor qui ambulant in viis et lege
domini, quid non quod liceat, sed quod deceat spectant, quibus
necesse est, ut eiusmodi vita si ad labores et rerum
difficultatem spectes, anxia et misera potius quam felix esse videatur.
Illi ergo sanctissimi viri tui predecessores, qui parum cum seculo
commercii habuere, gravitatem ponderis eorum humeris imminentem
sencientes se dei servorum servos appellaverunt, ut procul dubio more
poetarum sibi fasces voluere pontifices, si vicarios se eius
salvatoris crederent. Hac est ad eius imitationem constitutas dici
possunt. Tum vero pater sancte tuas laudes, que quidem complete
sunt, sua oracione complectitur, quamvis vere id et tuo merito
videatur posse facere, tamen meo iudicio aut verborum osten-
tatores aut assentatores improvidi censendi sunt. Summam
profecto legisti Aristotiles in secundo Rethoricorum libro, putem
laudare esse opus adulacionis, quam si gentilis philosophus
improbat, non videtur apud christi vicarium [illegible] illo modo

probanda. Non enim nisi cum necessario et cum causa postulet aut
seipsum aut alium presentem laudare decet. Laudat se Eneas apud
Virgilium cum dicit: Sum pius Eneas fama super ethera notus. Sed
apud sue virtutis ignotos, et in suo suorumque summo discrimine
ut averteret imminentem in suos pestem se laudare instans pe-
riculum coegit. Laudavit Cesarem presentem Cicero pro Marci
Marcelli exulis restitutione, pro defensione Ligarii, pro tutela Deiotari
regis. At ea non hominis sed cause et temporis fuit oratio. Urgebat
enim vir ad omnia prudentissimus illum clementie laudare. Agno
exulis Marcelli restitutio erat impetrata, et aliorum querenda salus,
tum ut ad ipsum quod egerat confirmaret, tum ut ad alios quoque ab
exilio reducendo incitaretur. Nam extra illas orationes non solum non
laudavit Cesarem, sed illius acta detestatus est, non clementie
sed crudelitatis nomine insectatus. At vero ubi nulla talis urget
occasio, superflua videtur presentis laudatio, et assentatori quam laudatori
vehementior. Periculosa quoque eiusmodi laudatio est. Existimant enim
nonnulli vera esse que de se predicantur, ac sapientie virtutisque
opinione inflati, tumidi quam sue prudentie, ne dicam stultitie innituntur,
reiectisque sanis consiliis in magnos sepius errores incidunt, non
effugientes temerarii nomen. Est tamen pervetus sententia: ut crescat
laudata virtus. Incitamur enim quoque nostris laudibus et persepe
enitimur, ut eiusmodi evadamus quales describimur a laudante. Sed
omnia modum, tempus, locum requirunt. Parce presentem laudare licet,
et ita ut nos non faciat mendaces, ut plus in se esse cog-
noscat quam existimant dicentis verba, ut non ruborem presenti excitat,
audientibus risum. Sunt enim quidam mendaces ita impudentes
ut quecumque in hominem sapientissimum sanctissimumque dici possint
conferant quoque in laudes eius, qui potius vituperationem quam laudem
mereatur. Verum esse in virum probissimum ac doctissimum presentis
laus congesta ruborem ingerat, necesse est. Maluit enim vir
probus esse quam dici bonus, et eiusmodi voces recusat. Quid
igitur dicet quispiam ascendimus, censes quam orationis materiam concedes,
quem dabis campum in quo concurrere nostra possit oratio. Mihi
quidem admonitiones quedam et cohortationes quam ad recte imperandum
videntur esse adhibende. Primum ad iustitiam misericordie iunctas
cohortandi sunt imperatores. Misericors et iustus inquit propheta,
uno ad iustitiam, duobus ad misericordiam nominibus usus. Tum
ad beneficentiam ac liberalitatem, que virtutes et hominibus sunt
gratissime, et magnos principes decent. Ad humanitatem quoque

abhortandi / in qua magnus virtutis splendor relucet / Est enim virtutum
omnium condimentum / Admonendi sunt ut meminerint se homines
esse, hoc est mortali ac fragili corpore, et in morbis affici posse
licet sanctissimi ac beatissimi nuncupentur, que cogitatio si frequens
mentem subeat, non sinet principes ultra humanam condicionem
superbia efferri / Alexander Macedo qui se adorari voluit quam
preceperat / cum pro gemitu ementitus dolore vulneris ob eius sanctum
coactus est se esse hominem fateri / Ita hiis nominibus uti decet
ut nullum fastum / nullam arrogantiam / nullam insolentiam secum ferant
Illud preterea pontifices admonendi videntur / in magna fortuna
magnam animi moderationem esse prestandam / Difficilimum quippe est
servare modum in rebus secundis, et rationis imperio uti / Eadem
quamquam in summa rerum licentia compescere infra rationis cancellos.
Nam cum magna diuturnaque imperia esse sapientium animos fa-
tigent / ac solebant reddere / et plurimos homines superbos atque
animi impotentis perclarum videtur honesti viam semper neque ad
extrema deflecti / Cum si Paulo apostolo qui vivus est in celum
raptus in quo loquebatur Christus / cuius conversatio in celis erat
qui doctor gentium fuit / datus est angelus qui eum colaphizaret
ne revelationum magnitudine extolleretur / quanto magis verendum est
hiis qui in terris versantur / ne supra modum elati hanc viam
rerum pompa que brevis est / et ad modicum perseverat temporis
decipiantur / Certe huius vocibus resonare aures pontificum
semper decet, et quo maior dignitas eorum est, eo magis semper
ut sue fragilitatis meminerint admonendi / In multa enim sunt
que alioqui principes errare cogunt / Adulatores dolosi susurrones
invidi detractores quorum verbis persepe et boni principes in
maximos errores inciderunt / falsis persepe rumor, et quorundam
perversa rerum interpretatio omnia in peius trahentium multos
errare coegit / Undique enim insidie tenduntur / principantium
auribus, ab hiis, qui aliorum etiam periculo expleri cupiunt suas
cupiditates horum fallaciis, ne decipiantur magna cura et
diligentia est providendum / Cohortandi insuper ad clementiam certe
Durum quippe est acerbitatem aut iracundiam ad magnam fortunam
adiungere / et non patere misericordie refugium calamitosis / Illud
vero cum primis iterandum memorie infixum esse oportere eos
quod virtuti debebatur nullomodo pecunie concedendum / indignissimum
est enim et fere calamitosissimum pecuniam virtutibus preferri / et
quam rem sui loci esse deceat / optinere probitate post habita
principatum / Verum pater sancte difficilior michi quam reliquis

dicendi ratio videtur esse postposita / illam que aliis orationis copiam
prestarent / ea omnia excussit egregia tua virtus / ac singularis
Quid est enim ad quod te cohortari / aut admonere sit opus / cum
tua sapientia alios monere possis / quid quod alterius verbis
egeas / cum tuipse in eo dicendi genere sis admodum exercitatus /
Quid enim gravius / quid sanctius / quid sapientius / ut alios omittam
illa ultima oratione tua post Eugenii exequias / ad Cardinales habita
in qua veluti presagium fuit talem te futurum / qualem nunc pon-
tificem exoptasti / Nunquid ad pacem optimam omnium mortalium bonum
cuius nomen dulce est / et rem ipsam salutarem inter Italos ceterosque
christicolas statuendam es cohortandus / At tu ipse tanta affectione
tanto ardore illam appetis / ac concupiscis / ut nemini omnium qui
vivant cedas illius desiderio consequende / Nunquid ad humanitatem
clementiam ceterasque virtutes es impellendus / At hec tibi tuis
studiis tua doctrina tua natura ad honestum propensa iamdiu
parta esse videmus / Nunquid ad labores appetendos / ac subeundas
curas / que tanto fastigio imminent / At illas tanto studio tam
continue subis / ut potius tibi freno quam calcaribus opus existat
Cum ne ad quietem quidem somni / ullum tibi tempus vacuum
relinquatur / Nullo admonitore / nullo cohortatore indiges. beatissime
pater / legisti omnia precepta virtutum / Cum sacras tum secularium
litteras dedicasti / Nullum te doctrine genus effugit / legisti
omnium predecessorum tuorum gesta pontificum / Nosti qui ex eis lau-
dandi tibi que imitandi sint / aut qui ut dicam leviter tolle-
randi / quosdam fuisse sanius qui bonis satisfacerent / quosdam
in quibus multa desiderarentur / Unum tamen mihi relinqui video
cohortationis genus / quo absque fastidio et recte videar uti posse
Idest ut te cohorter / ut te ipsum imiteris / ut similis sis tui /
ut memineris quibus artibus quibus moribus qua vita hanc
sis tam amplam tam desideratam a multis dignitatem consequutus /
A teipso enim omnis bene gerende reipublice institutio imitanda est /
et certa vivendi ratio / A teipso virtutum omnium exempla petenda
Nichil tibi extra teipsum querendum est / Nullis tibi opus erit
externis ad bene agendum presidiis / si tuis copiis uti voles /
Scis qua vixeris continentia / qua moderatione vite / Scis postulare
hoc tempus / ut peritia doctrine ambitio bonis artibus virtuti
cedat / imprudentia importunitas a modestia superetur / Scis
te semper in optimis litterarum studiis fuisse versatum / Et viros
doctos ac bonos coluisse / Pristina tibi humanitas ac benignitas
conservanda est / Et hii mores continuandi qui tibi hanc dignitatem
pepererunt / Odisti vicia semper / virtutum es iter per omnem vitam

complexus. Non enim rebus externis, non ambitione, non precibus
non pecuniis hunc tibi honorosissimum honorem a deo demandatum sentimus,
sed virtutibus et sanctimonia morum que si sepius commemineris
beatissimam reddes hanc rempublicam christianam. Sed cum tuam
cogitationem ad ea converteris que tuis moribus et dignitati intel-
ligis convenire, illud te rogo P. S. ut amici illi tui pristi-
ni quos inter me unum esse profiteor non excidant e memoria
sicut multis iam vidimus contigisse. Conciliat amiciciam ut
optime nosti studiorum communium et bonorum morum similitudo, quam
licet maxima copia et dignitates dissuere soleant, tam benivo-
lentiam retinere decet, cum presertim qui non utilitate sed vir-
tutis officiis amiciciam metitur. Et magni quoque principes
amicis extiterunt, quos licet cuique sibi beneficentia atque indul-
gentia comparare. Itaque inter ceteras tuas curas et hanc non
postponas oro, ut priscorum amicorum quorum in numero me fuisse
profiteor in mentem veniat, ut eis subsidio sis, neque extere
patiaris ut fameas ingenijs, ut plurimos tui similes tua
opera esse velis, ut seminarium quoddam virtutum statuas in hoc
tuo principatu, ut liberales discipline efflorescant, hac
veluti Saturni etate que iam pene collapse et extincte
culpa temporum videbantur. Nam bone artes et virtutes alumne
a quibus rerum cognitio et honesti ratio petitur deserte
cultoribus velut in obscuro latent, tanquam in solitudine
et quoddam exilium relegate. Hec tibi ad lucem erigende sunt
et in usum rectum hominum restituende. A quo enim illarum
salutem implorabimus si tu nobis deses, quem ille tamdiu
velut alumnum proprium suis uberibus nutrierunt. Iacuerunt
sane P. S. literarum studia et egregii doctrina viri, post-
habiti, dimitias quam religionis ipsius et virtutis ratio patitur.
Ex quo iam literarum cupiditas pene refrixit. Ubi enim virtuti
honor et premium desunt, nulli ad eius exercitia excitantur
sed iacent semper ut ait Cicero que apud quosque videntur
improbari. Vides philosophiam utramque bonarum artium parentem
et vite ac morum magistram iam obsoletam, squalidamque
discentium inopia effectam, latere in tenebris, neque ut olim
consuevit in luce hominum versari. Hee sole apponuntur artes
et sunt in precio que ad serendas lites ac iurgia et ad que-
stum spectant. Nullos aut paucissimos admodum virtus ipsa
et sciendi ratio movet, qui nec locum habent et ignobiles
ubi pluris ambicio et pecunia quam virtus et probitas exti-
matur. A te una P. S. expectantur ea que multi videntur
defuisse. Ab aliis alia sunt querenda. Tibi soli hic honor

hec provincia debetur, ut litterarum studia et docti viri tua opera
recreati in pristinam auctoritatem dignitatemque restituantur. Scis quantam
utilitatem universo orbi ad bene vivendum attulerunt sapientes,
quorum consilio studiis prudentia et humanitas ad homines intro-
ducta et vita moribus et respublica legibus constituta, a doctis-
simis quoque viris religio nostra contra hereses plurimas defensa
et propagata est. At istis et vite moribus et fidei defensoribus
carissemus nisi ad plurimorum et sanctorum virorum vitam fuisset ad-
iuncta rerum plurimarum scientia et doctrina, quibus tanquam
armis usi sunt ad expugnandas hereticorum vires et tuendam
fidem. Itaque inter ceteras tuas curas, reputa cum rerum hec sit
potissima p. s. ut sublevas et efferas doctos viros, ut
reflorescere facias studia artium optimarum, ut audias in te digni-
tatem auctoritatem, non immutatos mores. Hoc tuum est proprium
officium, hoc tui et nominis et glorie opus. Hic tui pon-
tificatus erit fructus uberrimus, hoc tibi pariet apud deum
eternum premium, laudem apud homines immortalem. Sed cum omnia
p. s. tibi agenda posuerim, que tanta moles omnis restat,
illud nunc te rogo ut memineris Poggii tui, qui tot annis
tanto tempore, tanta familiaritate fuit tue virtuti deditissimus
qui te semper coluit et in primis dilexit. Sum iam veteranus
in curia miles, ut qui eam annos quinquaginta et quadraginta
fuerim secutus, et certe minori ad emolumentum quam decuit.
Cum qui non omnino fuit alienus et virtute et studiis
humanitatis iam emeritis stipendiis in coloniam priscorum more
sum ad requietem corporis, ad laborem animi destinandus. Cuius
tua in me benevolentia assequar, nostro tuus favor et
opera sit amplius expetenda.

Poggius Iacobo Zeno Episcopo Feltrensi. Coegit olim tua
summa iniquitas et vulgata mentis perversitas nota omnibus
ac ad scelus et nequitiam prompta, ut breve quoddam pon-
tificis iussu scriberem ad tutelam nostro cuidam sacerdoti, quem nulla
nisi prede et rapine causa suo beneficio absente ad urbem
cum indulgentiarum gratia profectus erat, per summam iniuriam
spoliaras. At tu mente inops qua bona illius tanquam spurci-
tissimus atque impurus helluo in alterius solet patrimonio
clam spe et cupiditate devoraras, predam illam de faucibus
tuis avidissimus ereptam graviter et moleste fers ablato

breui, mandatis apostolicis contemptis, tua illa fanatica elatione impulsus
dixisti, ut aiunt, illa a me petita, ut mos est meus, corruptis literis
nostro pontifice confectas, multaque preterea in me tue dementie vesanieque
testimonia ex illo ore tuo fetulentissimo tanquam crudum digestam crapulam
eructasse. Que cum multis ad urbem recedentibus relata fuerint, motus
verborum tuorum intemperantia necessarium existimaui honorem meum incorruptissimum
adhuc tueri aduersus tuam petulanciam, et referre parem graciam beneficio
a te impenso. Non agam tecum ut tu egisti, cum nichil preter
inane nomen teneas, cum quam viuat eius dignitatis indignissimus,
quamquam neque tu de ut de Poggio loquitur es uno satis multoque tu
melioris et fame et probitatis. Sed tractabo ut Iacobum, ut
trape^nem^zontem abiectum, ut tabulam grandem, ut iactatorem, dicacem leuem,
insulsum atque inconstantem. Non sane miror hominem ab ipsa
pueritia in omni flagitio et vite turpitudine versatum, cuius
omnis etas plena est infamie et dedecoris, turpiter de aliis loqui
et alteri obicere que ab sua professione profitistant. Ego mundo nescio
qua temulenta temeritate, qua stulta lenitate, qua consilii
inopia, qua praua mentis vertigine, nulla in re a me offensus
tam protervus, tam ~~tam~~ maledicus, tam superbus in me fueris,
tam contumeliosus, non modo me scire credo. Si pontifici tue virtutes
quibus post modum claruisti quondam ^note^ extitissent, numquam te ei dignitati
qua insolentissime uteris prefecisset. Cum enim illi credis animum
extitisse, cum dignitates in te collate, tam excellentes tam egregias
tam laudabiles prouincias in detestabile sacrificium a te Plutoni
oblatas, multorum querelis cognouit, cum intellexit mercatorem
quendam Florentinum cui nummos debebas, quem nefarie decipere et
fraudare volebas, negans res tue professionis creditas, a te domum
ad recognoscendum debita euocatum, a te tuisque domesticis latronibus
tam grauissimis pugnis et alapis per summam ignominiam affectum
abiisse fuisse, cognouit quantam infamiam, quantam turpitudinem, ~~quantum~~
quantum dedecus contraxeris, quanta de te per uniuersam curiam fabula
atque omnium abloquutio et detestatio fuerit; quis ignorat? Nota
res est, que nisi maioris cuiusdam suasu oppressa fuisset, nunquam
tibi allate meritam penam sceleris extitissent. Laudabant
omnes tam insuetam pecunie redditorem, commendabant hoc tam
episcopi ope dignum opus, optabant singuli qui pecunias debebat
hanc consuetudinem in molestia ut pro creditis mercaturis et in diuinis
talibus pugnis, verberibus, que facillima solucio videbatur,
satisfieri creditoribus posset. Hic enituit primum egregia tua fides,
probitas, integritas, virtus, hic claruit integerrimi hominis et
minime modesti nomen illustre, et per ora omnium promulgatum edidisti

66

em exemplum clementie humanitatis prudentie singularis rem
perfecto summa laude cunctis seculis memorandam; hic omnibus palam facere
voluisti qualis esses futurus antistes, quam equus, quam iustus, quam
temperans temperatus, quam humanus. Optasti statuere tibi tropheum iustitie
tue fidei testem, in quo inscribi posset, quod a te tuis manibus
tua opera effectum ad infamiam tui nominis sempiternam. Quid
tua impudentia non audebit, in sacerdotibus tue stultitie subditis
remotis a curia procul a conspectu hominum in angulo quodam
quo ab religione abditis, cum in conspectu curie, in oculis pon-
tificis, in domiciliis christiane religionis sis ausus tam audax
tam nephandum scelus, tam perfidiosum facinus moliri. Scio
estuas avaritia, ardes rapiendi libidine, flagras extorquendi
cupidine, sanguinem pauperum exorbes; pastor ovium lupus, spolias,
vexas sine pnicatia, expilas miseros sacerdotes. Scio evagari tuam
fanaticam illam audaciam quo velit. Scio impudentie pacta nichil
apud te sanctum, nichil tutum, nichil religiosum esse. Scio elatam
illam atque inflatam superbiam ac temeritatem, qui libitum sit licitum
pro animi libidine extimare, illud honestum iustumque ducere quod
pucasus malis quam morbus ingenitus omnino conspirat. Incedis
tua illa pomposa stultitia elatus, superbus, impatiens, iracundus,
ipso vultu, gestu, nutu, denique fastidiosus ut etiam elemoata ipsa
tuis elegantissimus naribus fetere videatur. Neque vero mira
res est hanc tantam insolentiam atque impotentiam nequissimi
pectoris. Nullus est gravior morbus, nullus perniciosior stultitia, que
in primis efficit ut sibi insani aliquid sapere videatur. Tu
belua vesana Poggium aut nostro pontifice litteras eius edere
aut pecuniam adductum quicquam preter honestum a me fieri audes
profiteri. Dii te perdant, demens ac fanatice fugitive, portentum
inmane, extra orbem in ultimas insulas deportandum, in quo
omnia insunt ad vitia et turpi vite profligata. Scis scis neque te
nudatum esse, sed quia pontificis mandatis inobediens fuisti ac
rebellis, non id palam ausus dicere ~~ausus~~ evomuisti, in quem
spurcitiem oris tui feculenti multas iniurias que corporibus debilioribus
sunt moleste non erubescis. Quamvis cum careas verecundia,
labes seculi, ignominia sacerdotum, monstrum horrendum, me pecunia
corruptum dixisse; tu tu inquam avide, inepte, contagiosum corpore corruptum,
in quo nichil sani, nichil sinceri, nichil casti reperitur,
hoc tibi nomen impone, tu pestilens et flagitiosissimum animal,
natum ad ventris et corporis servitutem. De te ista sententias oporteret
et hiis qui idem sentiunt assentire. Tu avaritie, tu ~~aditus~~
pecunie, tu cupiditatum servus es nequissimus, tu aditus

divinis, tu ad rapiendum intentus, qui religionem in questum, sacros ordines in domesticos sumptus, beneficia in predam convertis, qui neque pudori neque honori parcas ob infamiam, auri atque argenti cupiditatem. Cum in isto pontifice, hac adversante est iustitia atque equitate que pontificem gubernat, male multitas ecclesiam illam misseram tue dementie commissam, in qua versaris, non tamquam pastor aut religiosus antistes, sed tamquam mercenarius et minister cleri calamitatem, homo instabilis, petulans, qui effrenatissime auri cupiditate atque effrenate ambitione prevaricator turpissime, quecumque libuerit iusta esse ducis, quibus ab ~~iniuria~~ iniuria equum ab iniquo, virtutem a vitiis non discernis, qui sacra prophanaque divina atque humana eodem loco habes, qui in isto tua iuventutis origine cogitatus effrenata vitia ~~tercendi~~ cupiditate, tua errata in alteros reicis ad excusandas excusationes in peccatis. Sed non iniussime feres maledicentiam lingue refertur tibi par gratia, tua vitia sordescunt terrenis. Michi satis est dedecoris a tui similibus laudari. Tua vero maledicta, quamvis loco exequitur ventris ducam, tam tibi potius volui pro meritis retribuere, quam dimittere contemptui, quibus radices mee alene fixe sunt, quam ut oris tui flabello possint conviti. Sed hec scripsi pauca, plura paulo post scribam, ut tibi a me absque simulatione simulationeque satisfactum putes.

plenus

Ad magnificum dominum Jacobum ex Comitibus Valperge, Comitem Maxini, Cancellarium Sabaudie, virum integerrimum

Arbitror grande nuper concitatum ac presumptum Rome facinus gravi etiam rumore ad vos usque pervenisse, sed vario quidem modo. Ne igitur diu animus in incerto sit, rem ut fecerit gubernator accipe. Stephanus Porcarius miles Romanus, cum inter legendo Romanorum historias multos reperisset fuisse excellenti ingenio viros qui ad rempublicam eorum augendam et conservandam, quosdam vero qui ad eam evertendam et bonos quosque rebus spoliandos ac urbis dominium ambiendum se accommodassent, tandem ad illorum imitationem qui ambitiosi et cupidi habiti sunt animum applicuit. Et cum sermones facile quod animo conceperat aggregari copiosamque sibi multitudinem adiungere posset, operam dedit ut dicendi peritus fieret, non ignarus magnam esse vim eloquentie et cum illa plurimum floret. Semper sibi maxime cure fuit ut quosque perditos, lascivos, abiectos, pauperes nonnullos cupidos ac proscriptos familiaritate et amicitia sibi coniunctos haberet. Tantum quidem effecit ut multos huiusce generis viros sequaces haberet. Cum vero animus

homo pluribus iudiciis commotescere iam cepisset, presertim et seditionem per eum
in plebe concitata, res etiam ad sanctum Nicolaum delata est. Papam non
egit severitas sua ut ei daret penas sceleris debitas, sed ut est omnium
humanissimus pro pena premium tribuit. Constituit enim ei ex erario publico
aureos trecentos in annos singulos. Providit quoque pro sua sapientia
futuris periculis Bononiam eum relegavit, ea lege ut
quaque die legato apostolico ibidem residenti se exhiberet. Legatus vero
qui est etiam in omnes liberalitate aureos centum ex propriis adiecit.
Sic ex ducatorum quadringentorum stipendiis honoratus mansit Bononie
annos circiter tres. Legemque sibi indictam servavit. Sed cum haud suam
conditionem ferret, fortunam damnans, quam debebat, animum pro eius scelere
condendum iam suo animo instruebat, quosdam urbe pulsos recepit, ad
quibus multa de statu urbis loquitur et audit, omniaque tacitusque
mente revolvit. Post paucos dies ex suis quibus maxime fidebat
duos ad se venire iubet. Hic primum optare se ad urbem redire,
uxorem aliquam ingenuam ducere et quietam deinceps vitam agere,
detestans verbis illorum mores, qui seditiones et tumultus in populo
suscitant. Laudat preterea Pontificis regimen et singularem quem
ad urbem ostendit affectum. Ponit quoque ante illorum oculos
pacem qua omnis Ecclesie subdita inter alios augustas peramit.
Omnia tamen hec fingit et simulat, nam dum unum corde gerit,
aliud verbis curat ostendere. Inter hec vero cunctos suscitat
quid de his omnibus cives sentiat, quid homines iubeant, quid
Senator agat, quam severus sit in facinorosos, quam mitis in bonos,
quam multos proscripsit et urbe expulit, quales armatorum copie
sunt in urbe, ac quid agat precipuum Aragonum Regis exercitus.
His respondent bonos Romanos cives Pontifici et Romane Ecclesie
congratulari, ac sub eius tutela feliciter quiescere. Urbem nichil oneris
preter solita subire, omnes divites factos ocio quiescere ex libertate
que copiosissima est, plures bonis mulctatos, exigente demum iusticia
urbe pulsos, nullas in urbe armatas esse, Regis exercitum per diversa
loca sparsum longe a Roma intra edes se continere. Cum illi intelligit
quam nacta occasionem, quod urbis et civium, quod nullus eo detur que
ad tui vices doleat, detestatur factum, antiquam urbis [illegible] et multorum
illustria facta commemorans. Operam quoque certam, quam sapiens quod
ex plebe multos novitate rerum avidos, ex affinibus aliquos ex
iuvenibus plures, omnes preterea depulsos agentes ac proscriptos, ipse
lucri et rebellandi sibi fautores habiturus sit, et in hiis credulus
qui ad eum venerant verbis confirmatus, quod de uxore ducenda
predixerat in aliud tempus differendum asserit, et aliquid animo
gravius attemptans aperire cogitatus incepit, quod iam diu
animo gesserat, se velle illud deponere, ut urbem pristine
libertati decori restituat, et se illius tutorem constituat vel potius

Simile potuit contigisse sub Sixto iiij. Nicolaus tamen papa hic exprimitur qui sedi preerat anno 1453 Videlicet Bononiam quia errant notarii de capitis pulsor ? characterem.

Appetivimus dictatorem, electis inde Papa et Cardinalibus ceterisque ecclesiasticis
et aliter fieri non possit eis omnibus ferro extinctis vel in tiberim mersis
eciam illorum spolia capiat. Credebat ea re ex omni Roma venire deberent
hiis adiecit si primo congressu paucos quos sibi fautores habuerit nichil
dubitare quin ei omnia ad vota succedant, et id sibi tum quam fatis
tum quam favore populi repromittit. Obstinens vero Castrum sancti Angeli
quod suis votis plurimum obsistere videbatur, affirmat eciam se cogitasse
ut Papam et Petrum de Noxeto primum eius secretarium ad presentiam
Castellani, qui Petri germanus est, vinctos adducat, ut sic metu
instantis mortis, quam hiis comminabitur, Castellanus ipse Castrum
restituat. Hunc autem sui cogitatus, ut maiorem fidem astruat, certas
illis cathenas deauratas ostendit, quibus eos cum Castrum collo et
manibus vinctare decrevit. Demum vero ab illis duobus nil amplius
expostulat nisi ut Angelum Massa cognatum, Nicolaum Galli Basilice
sancti Petri Canonicum et Baptistam Sciarra nepotes, Jacobum Lelli
Cincii ac Petrum de Monte, secundo [illegible], et demum Pontificale
domicilium huius sui desiderii consortes faciant, eosque suo nomine ad-
moneant, ut ad rem perficiendam necessaria parent, et diem qua
hec commodius fieri possint annuncient, offerens se Rome constitutum
ad explendum paratum, dummodo quarto die ad veniendum indulgeantur.
Persuasi hii duo verbis huiusmodi, et quasi de victoria certi, mandata
ad illos perferenda susceperunt, et demum omnia nota faciunt. Dum hec
illi sic disposita intellexerunt, consenciunt, et alios quosdam in coniuracionem
trahunt, singula parant. Diemque Epiphanie qua existimabant
Papam Cardinales ceterosque Curie ornatos apud sanctum Petrum
convenire debere ad exitum hoc perpetrandi statuunt, et hec omnia Porcario
indicant. Interea hii qui Rome erant variis modis attentant
ut quamplurimos ad factionem inducant. Sed dum hec apud multos
quererunt aliqui, ut quidam dicunt Ludovicum Patriarcham Aquilegiensem
sancte Romane Ecclesie Cardinalem, Camerarium adeunt,
et quedam adversus statum Ecclesie tractari aperiunt. Alii vero non
patriarche, sed Firmano Cardinali hec detecta referunt. Illud
tamen credibilius et verisimilius est ambobus rem detectam fuisse, nam
ambo sunt ad precavenda huiusmodi pericula multum cauti, et ipsorum
quemlibet separatim Pontifici intimasse. Dum igitur Papa hec
intelligeret, iubet omnia sepulta teneri, nullumque eorum signum edi
quo res cepta cognosci possit, explorantes tamen si aliquid
aliud moliri vestigiis adhibet, ut quidquid tractari vel in urbe fieri
contingat intelligat. Stephanus autem hoc conatus in proposito perseverans
Bononie se fingit gravi morbo teneri, proinde quod se apud Legatum
excusaret eundem fortissimum ad id iam diu paratum accedat. Cogniti
autem die Veneris quinque dierum [illegible] cedulam manu medicorum
obsignatam sub simili infirmitatis colore ad Legatum defert

Sic q(ue) duobus diebus Porcarius fugam celat. Vectus est igitur Porcarius
equo illo partim alio uno cum suo comite noctibus quatuor et
diebus totidem. Sic q(ue) Romam incognitus Ianuario ante Epiphaniam sero
applicuit, et in domum propriam se recepit, sperans se amicorum
favore sui desiderii compotem fieri. Non fuit ea die notus Pontifici
Stephani adventus, nec quis factionis caput foret. Nam de
Porcario non erat vehemens suspitio, quia eum omnes adhuc Bononie
fore arbitrabantur. Interea ipse Porcarius cum paucis admodum
suis rei magnitudinem et pondus considerare incipiens
totam fere noctem duxit insomnem. Sequenti autem die advenas
ad se convocat plures, omnes fere pauperes et abiectos, omnemque eis
suum cogitatum aperit. Veteres quoque simultates antea ad hoc concitate
persuasionibus. Uberrimam quoque fortunam predam ostendens illos priori
proposito firmat. Debuit aliquid sibi temporis ad naturam recreandam
viresque corporis recuperandas indulgeri postulat. Sic que ad secreta
cubiculi fessus se recepit. Fuerat interim Pontifici nunciatum Porcarium
iam venisse et intra proprias edes esse. Dixit igitur Porcarius
separari membra gesserat. Tum Nicolaus Amidanus, Episcopus Placentinus,
vicecamerarius equo sedens, stipatus quoque pedestribus circiter centum
undecumque collectis, iussu Pontificis Porcarii edes obsidet, curamque
adhibuit diligentissimam ne quis ex congregatis domum exeat, ut sic auctores
facinoris et ceteros ad palatium vinctos perducat. Qui vero intus se continebat
cum se circa custodiri videret, quid acturi sint maxime dubitat. Sed
Stephanus angustiis pressus loci ad exeundum non ignarus, fingens se ob nature
causam ab eis paululum separari, ad abditum illud cubiculum se confert, et per
eum ceteris domi relictis in domunculam subterraneam vicine cuiusdam
paupercule se recepit. Ex his igitur qui domi remanserant cum iam de
Stephani reditu desperare incipiunt, vim domum tutandi usque ad noctem
persuadet. Erat enim tunc hora quasi tertia post meridiem. Ceterum Baptista
Sciarra ex expectatione periculum imminere meditatur, et iuxta periculum periculo
occurrendum consulit, et omnino per hostes medios exeundum. Placuit hoc
fortioribus, qui ceteris audaciores magis videbantur. Omnibus igitur adhuc titubantibus
Baptista mortis intrepidus hortatur illos ut se sequantur meditatur. Eis igitur
cum sociis fores aperit, et simul omnes exeunt in eos qui ad
porte custodiam deputati fuerant, sicque ferro et custodum vulneribus
sibi per medios cuneos viam paraverunt. Liberat tunc vicecamerarius
nam equos cum aliis quibusdam domum ducebat, sed ut hec audivit
illico cum ceteris ad fores accurrit. Reliqui vero qui intra edes remanserant
serant, partim per posticum exeunt, partim per fenestras dimissi ad latebras
fugiunt. Sic que nemine ex capto dissoluta est illa iniquorum
congregatio. Mansit Porcarius ... Principes in ea domo

ad quam fugerat usque ad noctem, ea autem adveniente timore famis et
frigoris pulsus in sororis domum divertit, et sumpto cibo paulisper
vires resumpsit. Interea Clemens Angeli Massa filius captus, rem quam
omnem apertius detegit. Porcarius vero dubitans ne in sororis domo
quesitus inveniatur, quendam Franciscum Gabadeum hominem eius virum
ad Cardinalem [illegible] transmittit supplicans, ut sui misereatur et
ei in tanto periculo succurrens aliquam sue domus partem, in qua per
aliquos dies latere possit, indulgeat. Audit Cardinalis humanissime
Gabadeum, sed postquam intelligit Porcarium in sororis domum se recepisse,
in domum vinctum ad Pontificem emittit. Reliqua vero que de factione
Porcarii audivit per secretum et sub fidelitate nunciat. Porcarius igitur
intra edes sororis reclusus expectabat. Cum ex capitibus regionum
urbis quidam quoque et marescallus et cum eis satellites Senatoris
domum in qua Porcarium latere dicebat ingrediuntur, et relictis
circa eam undique custodibus, omnia que in ea erant evertenda
decernunt, donec Porcarium vinctum haberent. Stephanus quidem senciens
nullum sibi locum in quo latere posset relictum videns, cum iam omnem
omnium virtutem deposuisset, arcam ingressus intra vestes sororis
se recludi passus est in qua pax placuit. Sed veniens qui
domum ingrediebat, illum sic latentem extrahit. Captus est igitur
Porcarius tam gravis parandi sceleris inventor, hora quasi septima
noctis, antequam crepusculo dies illucesceret, indeque ad pallatium
ductus in camera Nicolai Nelli aliquamdiu custoditus est,
ubi plerisque ex hiis quibus iunctus erat interrogantibus sponte multa
confessus est, et se maxime quod nulli parcere sed omnes ferro
igne vel aquis extinguere decreverat, ut se tandem victor evaderet.
Post paululum temporis Nellus et alii quidam Pontificem adeunt
et captivum Porcarium iam in pallatio esse significat, quod Papa
audiens humanam quoque miseriam et fortune conditionem considerans, vicem
eius doluit. Interrogatus vero Papa quid de eo fieri iubet, nichil
aliud rudisse fertur, nisi ut illud de eo agerent quod eis
videtur. Intelligens vero Nellus illum saltem sub custodia tenendum
donec plenior deliberatio haberetur, ad Castellum sancti Angeli
eum perduci fecit, et Castellano custodiendum tradidit. Impletum
est brevi momento vulgatum augurium rusticum, qui ab eo consultus
in palatium et Castrum sancti Angeli pervenire posset, rudisse fertur,
cum de attemptatione fatale intraturum. Sequenti die captus est
Angelus Massa et eius adolescens iam detenti fuerunt, post
biduum captus est Paulus de Alba doctor, qui ex sedicione urbis
Senator fieri debebat. Sed Nicolaus Galli alius canonicus
et Jacobus Lelli audita aliorum captura illico fugerunt. Petrus
autem de Monte Rotundo cum Papa ut sue familie curam haberet,
aureos ducatos annuos constituerat, et paucis post tempus capitur

Auguris responsum

diebus alios centum dono dederat, tot beneficiorum omnino immemor et ingratus
tanti facinoris conscius, etiam post biduum fugam peciit, ad quem vero locum
ipsi se contulerint incertum est, premium tamen pecunias[?] et id quod ma-
gnum satis propositum est publico edicto illis qui aliquem ex hiis qui fugam
dederunt vivos putaverit[?]. Illis autem qui eos mortuos tradiderit paulominus,
eorum etiam receptatores et defensores, aut qui eos alicubi latere
sinerint et non revelaverint, vel ipsorum bona detinuerint pene
dure cominate sunt, videtur[?] adhuc edictum. Huius Porcarii et
Petri Sciarre[?] domus mille et amplius foraminibus apte sunt, et ad illas
cuique aditus patet. Angeli domus publicata est, et per fiscum
translata in alium, sed precium eius ad reparationem basilice Petri apostolorum
restaurandumque palatium eidem coherens quod nuper regie sumptu[?]
fuerat deputatum est. Sciarre et Angeli quedam uxores primo in mo-
nasterium detruse, dehinc in insulam relegate sunt. Audivi tamen ipsam
Angeli uxorem Stephani fratrem ad castrum sancti Angeli. Mariti
vero et Clementem filium et alium quendam nobilem apud capi-
tolium furca affixos. Nam mane post captionem hii omnes patibulo
et ultra per triduum pendentes visi sunt. Post tridie dactor[?] et Babaden[?]
quos supra designavi, tribus scalis capitalium una pendentibus adiuncti
sunt, et postremo quidam re et nomine peccator qui ceteris omnibus
deterior habebatur simili pena punitus est. Et sic tam grandem nepha-
ndique facinus paucorum supplicio sopitum est. Expectabat plures
maiorem et publicam vindictam de plerisque aliis simul. Sed sive
aliorum certitudo habita non sit, sive illorum fuit multitudo,
sive id egerit pontificis humanitas, fertur ipsum pontificem
omnes qui post hac huius facinoris conscii fuisse reperientur
ab omni prorsus culpa liberasse. Illud vero certum est
publico edicto mandatum esse, ne cortesanus vel alius quisquam
civium Romanus huius facinoris crimen pro vitio imperpetuum[?]
vel deinceps ascribat. Sic omnem rei geste seriem intelligis.
Iam vale. Ex urbe in nonas februarii mensis 1453

Stephanus Cacia de
Novaria

Kor[?] compositam qui et te diligat et te odiat, ut
vim se gratificari velit alterum exagitare.
nam plura scribuntur pate [illegible] scribere que ornatus eloquentie per te scripta et
abiecta fuisset sive vera sive ficta extitat. Neque etiam te adeo timidum sive
Grate michi fuerunt littere tue quibus accurate perscripsisti omnia que ad me pertinuerunt arbitratus es
letus sum laudari abs te optime pater a laudato viro Ea profecto iocunda laus est
que ab hijs proficiscitur qui et ipsi in laude vixerunt

de wladislao rege [illegible] qui obligabat grandis [illegible] filia alberti ducis austrie

Omnis amor vr ex omnibz ptibz se ostendit, et hijs lris vris quas pxime accepi, non ille quidem michi ignotus, sed tn gratus et optatus.

Etenim non est obscura tua in me benivolentia, sic fit ut multi tibi per me velint commendari.

Non oblivione amicitie nre, neqz intermission consuetudinis superioribz diebz ad te pautas dedi lras.

Officium meum erga te, ceteraqz mea studia, que tibi et tuis prestiti, tibi hominum gratissimo grata ee vehementer gaudeo.

Meum studium erga te et officium, et si multis iam rebz spero vobis ee cognitum, tn et hijs maxime declaro, quibz plurimum sufficiat potestas tua existimacioz et auctoritas carissima ee.

Neque hominum similium ut nos sumus, sed etiam amplissimorum virorum consilia ex eventu non ex voluntate a plerisqz probari solent, tn fieri tua humanitate, quod verissime nos videbimus id quod suscepisti, consilium tibi dabis. quod si non fuit prudens, at certe ab optima fide et optimo animo proficiscetur.

Quamobrem velle ut ad me scribas de omnibz minimis maximis mediocribusqz rebz ut ad hominem amicissimum.

Si quis forte fuit qui nre dignitati obesse velit, peto a te ut tuam consuetudinem et liberalitatem in me absente defendendo michi prestes.

Hec quam prudenter tibi scribam nescio, sed illud certe scio me singulari amore et benivolentia quecumqz scribo tibi scribere.

Sed hec satis multa ut plura potius quam necesse fuit, facit enim id non loquacitas mea sed benivolentia tua longiores litteras.

Itaqz tibi persuadere velis, nichil me malle quam tecum ee.

Tu vero ut intelligas hominem non ingratum et tibi amicissimo te tribuisse officium, ce[t] prestabo omnia enim que in tuis rebz agam, et non laboriosa et onerosa michi videbuntur.

Quamobrem satis arbitratus sum hec breve ad te scribere.

Quamobrem grata est michi et mediocria nre commitiones et eiusdem augende voluntas.

Quamobrem reliquis in rebz tuis omnibz pari me studio erga te et eadem voluntate cognosces.

Nunquam enim obliviscar me maxima et plurima tibi debere.

Et si michil timere nisi quam imprudenter te facturum iudicare, permotus tn hominum fama scribendum ad te duxi.

Et si tibi persuadeas te a me summe amari, mediocria vos tenere arbitror.

Tua enim prudentia benivolentiaqz cognovi, cautior enim meciore.

Neqz imitare malos medicos qui in alienis morbis profitentur tenere se medicine sciam, ipsi se curare non possunt. Sed potius ea que aliis consules tibiipsi consulas.

Turpe enim existimo me non ita ferre casum meum ut tu tali sapientia preditus ferendum putas. Sed opprimor luctu et vix resisto dolori.

Tum pectus meum ee confiteor est sapientie atqz humanitatis vre curare atqz perficere, ut hec nimis sapienter a me provisum diligentia vra atqz sapientia corrigatur.

Si volent grati ee, debebunt ipsum hortari, ut malit michi ee amicus quam hijs qui michi et sibi semper fuerunt inimicissimi, quorum artificiis effectum est, ut respublica in hunc statum perveniret.

Tullius Invidia virtute parta, non invidia, sed gloria putanda est.

Venerabilis et egregie vir, Amice noster singularissime. Superioribus diebus dum tam
Sanctissimi domini nostri quam vestris et aliorum Amicorum essemus certificati literis quod Sanctitas
sua Capellum Cardinalatus dignitatis Insigne mittere nobis per personam notabilem
cum Nuncijs et Oratoribus Serenissimi domini mei Regis Kazimiri itura erat
disposita et deliberata. Scripsimus prefato Sanctissimo domino meo de tam immenso favore
et gratia agendo multiplices gratias scripsimus et caritati vestre, reddendo grates et grande
et grata agendo multiplices gratias scripsimus et caritati vestre, reddendo grates et
ingentes de fervidi solicitudine quam in rebus et negocijs meis experti sumus vos
impendisse et exemplar literarum Summo pontifici per nos scripte vestris inclusimus literis. Nec
aliud presummimus nisi quod litere predicte dudum manibus vestris presentate sunt, quas venerabilis
frater meus dominus Raphael canonicus et officialis meus Cracoviensis ex mea commissione et
mandato speciali Cursore in urbem illas transmisit. Expectantibus autem nobis cum
magno desiderio et non solum nobis sed et domino meo Regi predicto atque Serenissima
eius matre domina Regina universaque Baronia predicti Nuncij apostolici cum Capello
adventum. Apud omnes enim confirmato creacionis mee in Cardinalatus dignitatem
dilatata relacione multiplici, iam ex literis apostolicis iam ex fama percrebruerat. Superve-
nerunt litere vestre xx vj^ta decembris in urbe scripte quas legendo intelleximus qualiter
Sanctissimus dominus noster Capellum nobis paratum et Nuncium ad nos cum oratoribus Regijs
iturum et procedere ad nos vetuit propter quoddam Instrumentum per Martinum Koperz qui cum
literis Regalibus ad Sanctissimum dominum nostrum accesserat coram sua Sanctitate reproductum
Cuius tenor declarabat qualiter dominus meus Rex ad execucionem literarum quorum executorem
prefatus Martinus Koperz petebat libenter procedere se astrinxit sed verbis meis persua-
sus abstinuit et non posse se iusticiam ministrare respondit propterea quod sue maiestati
sive dixissemus sive suggessissemus quod nullos processus felicis recordacionis olim
domini Eugenij execucioni demandare debebat tamquam illius qui summi pontificatus non
haberet dignitatem et alia probra et inconveniencia multa. Que res ut litere vestre continent
continet adeo animos omnium commovit et in admiracionem duxit quod deliberata et conclusa
Sanctissimus dominus noster posuit in dubio et in suspenso. Suspicatus forte nos talem qualem
Sanctissimus dominus noster posuit ... Instrumentum quod vestra caritas scribit autenticum, sed nos appellamus falsissimi descri-
bebat. Est autem satis res miranda plusque admiracionis quam credibilitatis habet quod Sanctissi-
mus dominus noster et sacer cetus Reverendissimorum dominorum Cardinalium in quo sunt orbis lumina
et prudenciores orbis tam falsissima figmenta tam facile in credulitatem admisit.
Nec attendere voluit ab hijs qui honori meo et promocioni invident mero livore huius-
modi mendacia esse fabricata maiorem efficaciam in predicto falso Instrumento et sugge-
stionibus Invidorum meorum quam in mea ante acta vita et usque in hanc etatem
cum ea qua Deus concessit integritate traducta reponens. Quod si sit futurum
est et vita mea non ex operibus aut meritis sed ex membranis et cartis appendi
prospici que debeat. Nichil est quod de mea aut aliorum innocencia sperari extimari
que debeat. Postquam improbis et levibus hominibus passionem aliquam aut Invidia
gestantibus ad calumpniandum vitas Innocencium quelibet falsa Instrumenta improbitati
eorum congrua arte et dolo fabricata non deerunt. In hijs tamen omnibus que
malignorum et Invidorum meorum comentavit astucia aut forte in futurum comentatura
est animus meus non est effractus sed neque motus. Sed vigore Innocencie forte solidus
et audax est. Nichil timet nichil perhorrescit aut veretur est ea virtute preditus
ut omnes Invidorum et adversariorum conatus stipulam reputet prudentissimo
pectore apostolico redigendam in cineres. Et tam magna sit atque fortis vis conscientie
Nichil timet qui nichil commisit et penam semper ante oculos versari putat qui
peccavit. Nec putamus prefatum Martinum Koperz dum ad fabricam falsi Instru-
menti male consilium impulit non attendebat non respiciebat sed plenus livore
et agitatus furore mentis ad falsissima figmenta quibus cum principibus irretire
et estimacionem meam extenuare atque honorem impedire credidit temere
prorupit. Non estimans tanta sua figmenta et mendacia quibus nos afficere et
infamare conatus est debere aliquando necessario detegi et illustrari. Sed
speramus in eo qui novit omnia prius quam cogitetur vel fiat et qui adest singulis
actibus meis quod tanta iniquitas mentietur sibi. Nec merebitur falsitas comodum
et improbitas quod sperabat lucrum sed premium meum ex tuis pectore iusta iudicia

Vita cum apostolus ... et ... conditi

(Dzieduszycki II nr 29)

procedenti tanto severiorem senciet in pena quanto eius graciam mereri estuabat
mendaci fallacia. Cumprimum etenim vras literas super re hac accepimus, illico unum
nuncium nrm ad Serenissimum principem dnum nrm Casimirum, qui tunc agebat in
longa distancia in terris lithwanie, alterum ad Serenissimam principem dnam
Zophiam Reginam polonie fatigavimus, per quos Rogavimus utrumque, ut
de nra innocencia aut culpa ferret testimonium et Summo pontifici per suas literas
declarare et detegere aut nra improperia, que ponuntur in instro, aut ipsius
Martini mendacia et figmenta non fastidiret neque gravaret. Predictus autem dnus
Rex propositione nra audita, extimplo respondit, neque prefatum Martinum Koper
se aliquando vidisse, neque super execucione aliquarum literarum suarum rogatum esse,
subinferendo, instri predicti seriem, et omnia verba in eo ad fallendum composita
plena esse dolo falsitate et mendaciis, testando deum et consciencia suam, numquam
se a nobis aliqua verba conviciorum aut vituperii contra olim dnum Eugenium
audivisse, prout ex copia litere sue dnum nrm pape pro purgacione nre innocencie
scripte, quam vobis mittimus presentibus inclusam, clarius poteritis contueri. Obsecrat
etiam dnus nr Rex sedem apostolicam atque exorat, ut tantam predicti Martini Koper
improbam temeritatem sine severitate rigide vindicte et ulcionis esse non
sinat. Cui se deferre dnus Rex propterea quia potius clericalis esse perhibetur
honestum existimat. Respondit pene verbis eisdem dna nra Regina, intermirando
contestando, dudum illum ex sua Curia exclusisse, et post exclusionem nunquam in favorem
suum domino nro aut alteri Curie officiali literas scripsisse, quas si forte
nos sue Serenitatis scriptas habemus, asserebat illas suas non esse, nec de suo
mandato aut voluntate processisse, dolens amare, personam meam taliter per
falsa predicti Martini instra calumpniatam esse, offerens per demonstracione
nre innocencie literas quaslibet extensas, quas nos ipsi dictare vellemus
nrum sigillandum reprobationem, quarundem exemplar hiis facimus inclusum.
Ex quibus omnibus tam dnus nr Sctissimus quam omnes illi, quos predicti falsi
instri tenor et productio in dolorem et admiratoem provocaverat, faciliter intelligere
poterunt quam falsum, quam vafrum et dolosum fuerit huiusmodi instrum, quod sola
conflaverat invidia. Et sicut predicto instro citum et festinum dando creditum
in acerbitatem et admiratoem producti sunt, ita facilius et celerius predicti
instri falsitate comperta omnem materiam doloris et amaritudinis si que
forsan hactenus inerat evellant, et pro dolore gaudium, pro admiracione
graciam erga nos ingeminent. Cum nemo sit tam iniustus veri extimator qui
dubitet, quin sint litere Regales predicto falso instro et superiores et efficaciores.
Ubi tamen maior fides daretur instro quam verbis et literis Regalibus, non
erit nobis durum aut difficile contra ad elisionem et confutationem unius instri
false contrarietatis decem alia fideliter dante domino confecta producere. Et ut
altius nra elucescat iusticia, et non possit detecto maligno dente inficii
aut impugnari, hunc venerabilem fratrem nrum dnum Jacobum Dobeslai de
Schemino prepositum et Canonicum Cracovien. Nepotem nrum dilectum ad
presenciam eiusdem dni Sanctissimi nri plene instructum destinamus, qui culpa
de qua preter veritate notati sumus, extenuet, mendacia et falsitates
deviidet et detegat, nram innocenciam deinuciet et demonstret, et dno
nro de omnibus hiis et quibuscumque aliis, si que sue Sctitati malignus
livor suggessit nre devotionis integritatem et fidei plenam racionem reddat,
et omnibus obtrectatoribus invidie et adversariis nris libera fronte et
voce respondeat, doceatque et demonstret illorum illotos sermones non ex
veritate procedere, sed ex livore, ut tam dnus nr Sctissimus quam Collegium

Reverendissimorum dominorum cardinalium possint intelligere, quanta habeat premia
virtus, et favor apostolicus persone mee delatus emulationem et invidiam.

D. Episcopo Chelmensi.

Reverende in Christo pater amice carissime. Fuit mihi semper [?] est cura non parva
solum, sed et fervens cura, ut ea que in patria mea accidunt temporibus
posteris et successoribus meis relinquerem memoranda. Similia quidem
ego, dum in curia serenissimi principis domini Wladislai olim Polonie
Regis agerem, et minor me tenebat status, oculis perspexi [?] et
singula que tunc agebantur fideli recensita notavi et congessi.
Ad pontificale vero culmen assumptus non potui universa [?] lustrare
nec pro qualitate negociorum et agendorum ubilibet adesse. Vestra vero
paternitas usque etiam ad dominum Regem Kazimirum in curia presens et conscribens [?]
et omnia emergentia in hac nostra republica cum expressione circum-
stanciarum, locorum et temporum, quemadmodum a certis relatoribus doctus sum,
fideli scriptura signavit, de quo non mediocrem voluptatem concepi,
intelligens vestram paternitatem unico beneficio gesta rerum Regni nostri non
in totum deperisse. Fatigo itaque hunc Cubicularium meum
Bolisky ad vestram paternitatem rogans, velit paternitas vestra omnia scripta rerum gestarum
per vestram paternitatem collecta mihi aut originaliter, quod gratius esset, aut
accopiata transmittere, et que nomine fideliter quam diserte scripsit
mihi computare, nec cum hoc aliquid suggillacionis aut impressionis [?]
reformidet, secreta enim apud me consistet, et si ita vestre paternitati
complacuit, adeo ea condita faciam, ut nullus intuebitur illa oculus.
Ad singularem mihi reputabo graciam, si vestra paternitas parebit [?] et desideriis
meis annuet. Annalium rerum scriptura [?] quos misit, et me
scripturarum ipsarum reliquit heredem. Opto sincero corde vestram paternitatem
longevis diebus, sed vereor ne post vestre paternitatis obitum scripture huiusmodi depereant.
Preoccupo itaque et nisi molestum est, michi illas aut dari
aut mutuari exopto.

Abbati in Brzesko.

Venerabilis et Religiose frater in Christo dilecte. Non est apud me sine
admiracione singulari quod vos non solum superioribus diebus, sed etiam in
diem hodiernum omnem spem vestram in exempcionibus vestris reponitis
et illis innixi conamini quod ex ipsis et salus animarum et stabilimentum
ordinis vestri debeat dependere, cum vobis notoria sit quod huiusmodi
exempciones quas sedes apostolica pluribus ordinibus concessit bonis ad
hoc promota respectibus ordine quelibet possint in ludibrium et
perturbacionem [?]. Nec est aliquod monasterium in diocesi nostra, quod ab
huiusmodi exempcionibus vellet liberari, cum ex ipsis nichil illis preciat [?]

nisi spolium et pressura vestras aut exemptiones si que habetis, que prodest dubitat, nulla subsistencia aut efficacia habere, cum sint per iudicis a sede
apostolica dati sentenciam, que in rem iudicata appellatione suspensa transijt indicante,
revocate, que etsi valide essent, per eo illis si aliquis suspicetis uti non debetis.
Nichil quidem ego prohibeo vos in subiecta monasteria uti iure vestro. Cum tamen
in omnibus ijs et similibus meis plena et debita obediencia resume. Cum
fere omnia monasteria ordinis vestri in diocesi mea parrochias et baptisteria
habeant, bone quam oportet illa ordinarijs esse subiecta. Eciam correctiones et
reformaciones ego gaudebo libens quia video, ymmo ad illa debilitatis
viribus vestris cooperabor. Intelligo tamen et experior quod reformacio huiusmodi
non aliud continet neque redolet, nisi ut vos pressura buryeszmeorum
detineatis captiva et extincta, quod tamen in temporibus meis numquam sperabis.
Non consueui enim ego personas ecclesiasticas et maxime prelatos diminuere
sed augere, et esset non mediocris turpitudo, ut in diebus meis tam
notabilem pressuram in sinu ecclesie mee consistente pateret suffocari,
que temporibus predecessorum meorum notabilis et insignis habebatur esse.
Quod vero pater quod modernus prepositus negligeret et dampnose illa administraret,
prout et vos scribitis, et fratres conqueruntur, sed nullius alterius culpa habetur,
qui inutilem et hominem inceptum ad illa presentastis, quem ego instituere
nullatenus volebam, nisi precibus et instancijs vestris victus fuissem. Et
quemadmodum cum tenuitate manum illi imposui, ita cum maiori illam non amovebo,
nec irritabo institucionis mee processus, que per plus iuris et titulis
secum suum presentacio et electio habuit, donec vel ipse sponte cesserit, vel
demerita sua id exegerint. Nam et si solebas sepissime prepositi contra
illum complures invehant querelis, pontificalis tamen gravitatis non decet
multiloquibus sermonibus facile dare assensum, que pro varietate condicionis
sue, quolibet mense, novum vellet habere prepositum et rectorem. Et cum
eorum ex levi causa fastidiunt, ex eadem levitate alium quem meliorem
putaverant, contempnunt. Itaque et si predicte fratres pro condicionibus suis
volabiles sunt, de vobis tamen plurimum admirari cogimur, quod eorum levitatibus facile datis assensum, quam in eorum transfertis naturam. Accedit in
admiracionem meam maiorem, contra quas tempus quod et bellum opprimit, et forte
pestis plus est oppressura, et dum utriusque gladius sevit, vos velitis
correctionibus et reformacionibus in tanta rerum perplexitate operam dare.
Abstinete itaque fratres a proposito inconsulto, et dum arcus divine ulcionis
tensus est, donec quis a facie eius omnes ut abscondantur fugiat, vos
quiescatis, et manum domini dei nostri cum fratribus monasterij vestri assidue precibus placetis. Non solum enim non permittam vos pro isto
tempore aliquas visitaciones aut reformaciones facere, sed etiam
prohibebo.
Magna vim habet ad coniungendas amicicias studiorum ac nature similitudo.
Animum adolescentis nondum consilio ac racione firmatum pellexerit hijs omnibus
rebus quibus illa etas capi ac deliniri potest.
Sermo non incalidus, sed ut ipsa res declarauit frugi atque integer etc.
Cum homine ad excogitandum acutissimo, ad audiendum impudentissimo, ad efficiendum acerrimo.

Leonardus Aretinus salutem dicit Marrasio Siculo. Fons quidem si fabulis pictoribusque credimus esse philote
in quo senes demersi iuventutem recipiant. Optandissime profecto limphe et quas opere precium sit
de Hibernia Taprobanam usque peregrinando disquirere. Sed alii quidem ubi nam gentium
reperiantur investigare sit cura. Michi quidem tu nunc carminibus tuis mirabilissimi fontis
huius latices ut vere dixerim superfudisti. Iuvenescere profecto me sensi statim atque
illa perlegi. Graviora quippe etate deposita ad iuventutem redivi. Natura hoc fieri
dicimus an alia quapiam ratione. Ut in eorum affectum quos attente inspicimus
similitudine traducamur, quod in risu et fletu licet intueri. Te igitur amantem
inspiciens ac toto affectu effusissime loquentem, desperarem nisi ipse quoque amore inciperem.
Sed ante omnia illud discutiendum est quod de furore scripsisti inquiens: Indulgere
velis meo Aretine furori. Id alius forsan aliter, ego certe sic accipio quia laudis
furoris sit non vituperationis. Sunt enim furoris ut a Platone traditur species due.
Una ex humanis proveniens morbis, mala profecto res ac detestanda. Altera ex
divina mentis alienatione. Divinum rursus partes quatuor: vaticinium, misterium, p
poesis, amor. Hiis vero deos totidem preesse putabant. Nam vaticinium Appollini, misterium
Dionisio, poeticam Musis, amorem Veneri tribuebant. Et vaticinium quid tandem
sit nemo fere qui modo quicquam legerit ignorat. Est enim divinatio quedam, sed non
omnis divinatio vaticinium est, sed illa tantum: magnam cui mentem animumque Delius vaticinium
inspirat vates aperitque futura, ut Maro inquit. Nam aruspices et augures
et coniectores et cetera huiusmodi turba nec vates ipsi quidem sunt nec eorum
quidem opus vaticinium est, sed sanorum hominum prudentia et ingeniosa rerum futurarum Mysteria
coniectatio. Misteria vero circa religiones expiationes et propiciationes divini
numinis versantur, cum vehementiori quadam mentis concitatione, qualia in sacris
libris per multa ad placandam celestem iram quibusdam suppliciis fatigata leguntur. poemata
Poema quoque eandem fere denominationem recipit quam et de vaticinio supra dicebamus.
Non enim omne opus poema est, nec si versibus quidem constet, sed illud prestans
illud hac honorata inscriptione dignum quod a flatu quodam divino emittitur.
Itaque quanto vaticinium coniectationi dignitate prestat, tanto poema quod ex
furore fit sanorum hominum artificio est anteponendum. Hinc ille sunt a bono
poeta quia vesani homines emisisse vates. Unde in bello rerum dee. Et
Virgilius: Dicam horrida bella, dicam acies, actosque animis in prelia reges
Tirrenamque manum totamque sub arma coactam Hesperiam. Maior rerum michi
nascitur ordo, maius opus moveo. Quod totum vaticinantis more platum est
a poeta. Quid ergo vaticinium, quid misterium, quid vero poema hactenus
michi dictum sit. De amore ad postea dicemus. Nunc ad illud [illegible] furoris species
est has furoris species, de quibus diximus non esse malas. Primum enim ut a misteriis
incipiam, que alienationem istam ac furorem et quandam abstractionem raptumque
hominis ita rem divinam dixerit esse malum? Quis vero non bonum ac
laudabile? Amplo me illico versari sentio. Extant exempla pene innumerabilia
divinorum hominum ex forte liberis. Hac in parte orationem extendere, sed pluralitatem
ritates in re conspicua reiciendam censeo. Circa misteria igitur furorem

non esse malum constat. Quid autem vaticiniorum furorem illum non esse malum vel ex eo patet quod bona permulta ex eo provenerunt. Sibilla quidem et huiusmodi furientes cum dum essent publice privatimque multis profuere, sane vero exigua aut nulla. Poete quoque tunc boni existunt cum suo illo corripiuntur furore, qua de causa vates eos nuncupamus quasi furore quodam correptos. Cum vero absque furore musarum, ut inquit Plato, poeticas accedit fores, sperans quasi arte quadam se bonum evasurum, inanis ipse atque eius poesis pre illa que ex furore est, hec que ex prudentia, disperditur. Poetarum ergo furor a musis est. Amantium autem a Venere oritur. At hic ex vere pulcritudinis contemplacione, cuius effigiem visu intuentes acerrimo ac violentissimo sensuum nostrorum stupentes, atque illuc extra nos positi totis affectibus in illud corripimur, ut non minus vere quam eleganter dictum sit amantis animam in alieno corpore vitam ducere. Hec igitur vehemens occupatio animi atque correptio Amor vocatur, divina quedam alienatio ac veluti sui ipsius oblivio et in id cuius pulcritudinem admiramur transfusio. Quam si furorem ac vesaniam appellas, concedam etiam atque fatebor, dummodo intelligas neque poetam ullum bonum esse nisi huiusmodi furore correptum, neque futura previderi vaticinantes nisi per huiusmodi furorem, neque perfecte atque eximie deum coli nisi per huiusmodi alienationem. De furore igitur satis dictum sit hactenus. Provocato uberius tuis qualem ipse modo descripsi. Non modo indulgeo illi quod me flagitas, verum etiam ultro te ad illum cohortor. Cum enim amorem vituperat quid tandem dici potest nisi dignum esse illum qui in extremorum odio amatorum versetur. Sed hec satis in epistola presertim que longitudinem renuit. Carmina vero ipsa tua atque haud stupendi amenitate usque adeo probo ut inter Nasones et Propertios et Tibullos te extimem collaudem. Hii enim ornatissime eruditissimeque elegantissime scripsisse putantur. Sed verum scias volo me non tam tibi existimare hanc palmam esse tribuendam quam amori. Ille est enim qui verba tibi dictat, qui sententias ostendit, qui varietatem et copiam et elegantiam subministrat. Quod vero me tantopere laudas carminibus tuis, fateor id mihi quod temere stolidi evenire, sed non ego credulus illis, nam conatum esse me atque conari [illegible] longe abesse. Te vero nequaquam adulatum sed benivolentia mea deceptum intelligo. Vale et quottidie scribe aliquid ut facis dignum amore et Musis, nec cesses. Gloria quippe agendo periclitandoque acquiritur, nec spectantibus corone sed certantibus parantur. Iterum vale. Deo gratias.

Totus ex fraude et mendacio factus, ea vicia que ab natura habebat etiam studio atque artificio quodam malicie condivisset.
Res neque tam erat occulta quam erat occultanda neque tam erat apta quam rei publice erat aperienda.
Hoc tu summa potestate preditus tu ad inflammandos animos multitudinis commodatus.
Ab mee vite status est ut omnis in eam atque opera posita sit in omni periculo defendendis.
Sepe multorum improbitate depressa virtus emergit et inbrecie defessa intellusa respirat.
Eo iam denique adducta est ut sine potestate forma nichil posset sollicitudine hominis respiraret.

80

Amantissime mi pater Non me existimo ydoneum ut dignas v. p. gratias agam pro tanta caritate quam per litteras vestras aperte cognosco Certissimum vestre benivolentie indicium hinc accipio et quamquam vestram caritatem erga me magnam intellexerim nunc per rei experientiam oculis video ac manibus tango esse tam grandem ut nesciam quid reddi possit Quid enim pater pro filio aut frater fratri amplius posset offerre Nam mediocriter fateor exhilarasti animum meum cum videam talem v. p. esse de me curam et solicitudinem Et quidem eo maior gratiorque videri michi debet vestre liberalitatis oblatio quo vix hactenus tam sincerum ac caritativum amicum expertus sum quamdiu in humanis agam huius vestre ardentissime in me affectionis et tam munifice oblationis numquam immemor fiam Det michi dominus gratiam ut aliquando re ipsa et non verbis tantum v. p. ostendere possim quantum eam diligo quantumque me vobis et omnibus vestris reputem perpetuo obligatum Quantum ad rem de qua v. p. scribit attinet respondens fateor tam diu animo meo fuisse ac modo esse multas gravesque angustias ita ut sepe tedeat animam meam vite mee nec hoc michi contingit propter privatum dampnum quod timeam aut

Comendatoria a Rege Portugalie

Serenissimam Imperialem maiestatem dominosque orbis Illustrissimos Reges Inclitos principes et duces Reverendissimos Archiepiscopos et venerabiles Episcopos Magnificos Comites et Marchiones Excellentes Comunitates et dominia ceterosque dominos et barones cuiuscumque conditionis status ordinis seu condicionis existant ad quos hee pervenerint Alfonsus dei gratia Regnorum Portugalie et Algarbii Rex Cepte quoque dominus [illegible] qua valemus confidentissime requirimus et affectuosissime deprecamur quatenus prudentem virum dilectum Lisboa Heraldum et servitorem nostrum presentium exhibitorem qui de domo nostra principaliter graditur pro quibusdam peragendis nostri intuitu et amoris permittatis in eundo et redeundo tam per terram quam per aquam cum omnibus sociis armis equis pannis rebus ac ceteris bonis suis per vestras Civitates terras passus pontes portus dominia et loca quelibet transire et morari et pernoctari ad ipsius beneplacitum tute libere et expedite omni quoque molestia et impedimento cessantibus et absque ulla solucione dacii pedagii fundi navium vel gabelle provideatque ei si opus fuerit ne [illegible] de securo transitu ducibus fideles et salvoconductum Et in premissis omnibus et singulis nostri contemplacione et honore teneatis ipsum specialissime recommissum sicut quoque nos pro vestris [illegible] ad similia et alia eius grata reddamus [illegible] Datum in Civitate Elborensi xx die mensis decembris .1.4.7.9.

Reverendissimo in christo patri domino Sbigneo sacrosancte Romane ecclesie prime que
sedis tituli sancte Prisce presbitero Cardinali dignissimo, ac venerandissimo
presuli Cracoviensi, Eneas episcopus Senensis salutem plurimam dicit seque offert obsequi-
osum. Rome cum essem anno superiori epistolas meas quas tuo iussu transscribi
curaveram Johanni Hinderbachio viro probabili commiseram, qui eas ad
te defendas traderet, si quis abs te nuncius eum peteret.
Redienti autem ab Italia mirabar vehementer nec te medio tempore librum
petivisse neque litteras ullas scripsisse. Verebar quoque ne quid sinistri tibi
accidisset, cum prosperitate bona fortuna mea duce arripui ergo ca-
lamum, tibique brevem epistolam dictavi, qua meam tibi admiracionem exponerem.
Sed mirum dictu et auditu est, dum claudo litteras obsignoque tue dig-
nitati mittendas, adest mox tabellarius tuus, reddidit que tuos ornatis-
simos apices, vale te optime dicit mei meminisse et amare, petere
volumen epistolarum, et salutes plurimas dicit. Affecisti me tuis scriptis,
tuoque nuncio non parva leticia, quibus tibi bene esse sensi. Tue quoque
omnibus epistole ut ante dixi me absente hic transscripte iacuerunt usque in
hanc diem neque petite neque vocate, nunc ad te veniunt requisite, si fides
est nuncio, nichil adversi tulerunt in via, utinam digne sint visibus tuis,
tuis alloquiis et tuas incolere bibliotecas. Ego illas ad te mitto non
honorandas sed ponendas tuo acri et gravi iudicio corrigendas, expoliendasque.
Nichil ibi tuis moribus tuaque dignitate dignum reperies. Seculares non
pontificales epistole sunt, laicique iuvenes nondum sacramentis ecclesiasticis
iniciati, scripsimus omnia fere, que ante pontificatum scripsimus, et fortasse
nimis mundiales fuimus. Nunc tum etas, tum dignitas, aliam vitam,
alios mores, alia scripta ex me postulant. Ideo que post adeptum episcopatum
scripsi, in aliud volumen redigi curo, cum etiam aliquando potis fieri pre-
ceptis, si te meas inepcias legere iuvat. Atque hec de meis epistolis, ad
tuas nunc venio, quas sale gravitate ac maiestate quadam venerabiles
in deliciis habeo. Et letaris ad Senensem ecclesiam me promotum esse.
Habeo tue humanitati gratias, que suis semper bona cupit. Namque si
verum fateri volo, ego quoque hac promocione letatus sum. Et si scio me tante
dignitati imparem, sed placet michi Senensis ecclesia magis quam Terge-
stina cui prefueram, et splendidior est in loco nativo quam in extero
dignitas. Simulat quoque inter suos vivere, et in patria mori, non tam que
vivitur quam cum Archelaus ossa cubat menibus tumulata parentum.
Et quamvis forti viro omne solum patria sit, interrogatus quoque Socrates
cuias esset, non Atheniensem aut Thebanum sed mundanum se diceret,
michi tamen impresenciarum dulcior est Senensis quam Tergestinus aut Viennensis
aer. Amenum est in fructis agere. Quod maiorem michi augurans.

tanti q(uam) me facis, ut erubescam tua scripta legens, attribuo tue benigni-
ego aliquid ascribendi quam mea virtus meruit, utinam sit hec p(ro)modo in-
et talis mee salubris, faxit quod deus, ut expectacioni plebis mee
satisfaciam, quod nisi deus dederit vana est expectacio populi, ab eo est
omne datum optimum, ille oro me regat, et reddat sibi placentem.
De matrimonio regalis filie nichil audeo tibi scribere, quia plenum
suspicionum sum, et aliquando bisfacientes accedunt malignati. Tacere
satius est quam loqui, et scribere quam dicere periculosius, manent scripta
verba evolant. Si bene agunt, ipsi viderint qui sunt rerum duces.
Utinam sic oculati essent, ut nichil agerent, quod actum postea nollet.
Sed est admodum difficile cum timiditate benegubernare, cumque rectores
magis sapiencie studuerint. Ego mi pater quero, quo tandem pacto cu-
rialem miseriam solvam, ac plebi mee deo prorsus serviam. Nam satis
expul vagus quam sim, sive Romis sive alibi fuero tuus ero. Tu
fac ut me tuis litteris sepe visites. Nam quod meis in epistolis
laudas miror magis in tuis, quarum elegancia satis est, ad aqui-
lonares partes illustrandas. Vale optime in Christo Jhesu. Et me ut
soles ama. Ex Vienna xxiiii Maii 1471.

Alia eiusdem. Enee Silvij

Venientes ad Cesarem honorabiles oratores Nobilitatis et populi pru-
tenici litteras vestras tanto michi desideratiores quanto expectaciones red-
diderunt. Cognovi ex illis dignacionem vestram benevolam, et huius
mei memoriam, que res michi magne voluptati sunt, petere divinam
pietatem, aliquando vestre patrie michi copiam faciat, cuius absens
merui graciam. Sed ut ad litteras vestras redeam. Conqueruntur ille pru-
tenici status, timent quod futura tempora ne turbidiora molestiora quam
fuerint considerare quam videntur christianorum decreta capitum, ad vestram
querelam patris promulgata, denique commendant concordiam et pacem.
Reddebo breviter, et meo ex animo libere, digna michi videtur
querela vestra, que nobilis et florentis olim patrie ruinam deplo-
rat. Sed non datum est, ne quam impetum primam cessat. Et sunt qui
arbitrantur deum, cui parent omnia, ex ordinata potestate, pacem terris
eternam dare non posse, licet ab inicio mundi nati, primos seculi fratres
inter se quietos esse non permiserunt. Apud Romanos Lucano teste, fraterno
primum maduerunt sanguine muri, et fraternis fuerant acies cruentate, alterna
quam regna p(er)fatis dedicata odiis. Et Ovidius: Non michi quoque a fratre non
hospes ab hospite tutus. Non socer a genero. Et filius ante diem
patrios inquirit in annos. Nimirum si prutenici reparatur homines sunt, et

humano errore labuntur. Optanda tamen et totis conatibus prosequenda est
pax eorum. Neque apostolica sedes aut imperium suis edictis pacis bonum
respuunt, neque omnibus sinam ferunt maledicta parte. Modus hic sermonis
formalis est, ut moneat qui videntur errare. Non tamen illis defensionis
abnuit facultatem, possint comparere, et in medium afferre ius suum,
dicere ubi gravantur, ubi leduntur. Tum sedetis auctoritas monitorum et omnes
penas in verum simplicis citationis resolvit. Sic et modo factum est.
Nostri sunt oratores Prutenorum non parva modestia, et prudentia, accesserunt
cesarem, et sibi rationem reddentes, temperis via amplexi sunt. Que res
cesari grata extitit. Commendavit quod sua serenitas illorum humilitatem, atque eo
qui consensu diem dixit, in qua vel amicabiliter, vel iuris ordine
terminari controversia debet. Medio tempore inhibitum est utrique parti, ne quid
via facti attemptet, sed suis quisque terminis contenti sunt, et omnis absit
novitas. Ego ad res has toto nixu operam dedi, quamvis oratores ipsi
numquam michi verbum fecerint, sed movit me vestra epistola, et iusti-
cie quo in principe omnia potestis. Simul et rei honestas insinuat
se michi, qui pacti nichil contra insidiarum semper duxi faciendum. Nec plura
de Prutenis, quos spero ad votum vestrum futuros unanimes in domo domini.
De [feniis] ad me missis ago gratias ingentes humanitati et benignitati
vestre, quamvis pervenire non poterint impedientibus ad me latrunculis. Sed
sufficit michi voluntas, fecit satis qui facere voluit. Precor tamen deinceps
ne quid ad me mittatis, nisi epistolas. Neque enim in natura me decent
qui sum dignationis vestre summus amicus esset domino, aliquid muneris
impertiri, videri ut possem gratus. Quod non facio, in causa est non iti-
neris vel longitudo vel periculum, sed inopia. Nam michi preter titulum
episcopatus, nichil est quod videri possit hominis divitis. Cum tamen dives
omnia fortune parti contentor, et [feuor] patris. Non deest michi bona
librorum, et prime frugis in annum copia. Animus vel semper letus est.
Valete et me amate ut soletis, quibus id recipere sit. Ex Novacivitate
xxiiij decembris 1472.

D. Baldo Quirini Civi Veneciarum.

n. Non sinit me Nobilis et Magnifice vir immemorem multum quod forem, tua
egregia excellens quod virtus, que me a freto [Birie], et [Crena] plus
ante biennium redeuntem, et tuas edes in Veneciarum civitate ingressum
placidissimo leto quod vultu excepit, et codicem suum singularem rarum
quod sine cunctacione qualicumque, ad rescribendum mutuavit. Admiratus certe
tunc sum ingenua probitate tua, et si fidem aliquam das homini ignoto
obstupui, quod tanta facilitate mutui, tam quod clarissimam liberalitatem
invenimus et facile indole in te comprehendit [prescorum], quod tantopere
ex opibus admirantur. Torsisset se alius percontans quod mea vafra
in specie exclusisset, ignotum facie, ignotos mores. Ille sermone vel
cogitacione abiecisset. Tu vir optime omnibus his dimissis, mo-

82

munificum et liberalem te in prestando libro adeo prestitisti, ut tue humanitatis singulare beneficium, nulla diuturnitate temporis poterit apud me aboleri. Habeo itaque Magnificencie tue gracias, et quidem ingentes, quod voto et desiderio meo liberalissimo mutuo reddidisti. Nec habeo solum, sed etiam et in posterum sum habiturus. Nunc ergo et crebris vicibus coram Reverendo in Christo patre domino Sbigneo etc. cuius licet immeritus secretarius sum, nomen tuum magnopere et commendo et effero, quo effectum est, ut sive genitor tuus, sive frater, sive primus consanguineus fuit dominus Johannes Kremin, in memoriam per ipsum dominum Kardinalem revocaretur, qui in Regnum meum Polonie ante annos triginta adveniens, et in curia Illustrissimi principis domini Wladislai Polonie Regis, notabili tempore commoratus, aliquot preliis et expedicionibus quas idem Rex in Cruciferos de Prussia fecit interfuit, cum etiam cum eodem domino Kardinali tunc in minoribus constituto et Cancellariam Regis regenti, omnis fuit et cohabitacio, conversacio et mora, qui etiam pulcerrimum specimen virtutum suarum hic reliquit, que de illo testimonio ipsius domini Kardinalis perferuntur. Habes itaque vir prestantissime maximam exultacionis singularis quod beneficium liberalitatis tue in homine non ingrato collocasti, qui preco laudum tuarum factus, famam non nominis tui, sed domus, sed parentum partibus Aquilonaribus invexit. Mitto d. v. etc. exiguum quidem et tenue munus, sed et ab animo et sincero pectore proficiscens, hic erit ut accipis. Et vale. per Johannem Dlugosch.

Venerande pater frater in Christo amantissime. Credens subvenire rebus Ecclesie mee, que cum Reverendo patre domino Episcopo Luburcensi, et aliis personis posite sunt in litigio et iuris decertacione, de Cracovia discessi, non sine cordis acritudine et anxietate, quam male libenter personam vestram in primis veri adventum desiderans, licet uno me consolabar quod rebus Ecclesie mee opportune esse dicerem venti ad vos in anno [illegible]. Vacavit hic et permisit propositum meum deus, cuius benigna et misericordi ut confido permissione in valetudinem adversam et gravem quidem incidi, qua percussus a diebus pluribus in grabato decumbo. Humores siquidem peccantes fecerunt ex corpore in unum pedem dextrum descensum, ex quibus pes ipse magna inflatura continue tumescens habere cepit. Itaque ambulandi officio prorsus destitutus, nullum possum habere, nisi grabato diverticulum, nec ex hoc loco, in quo iam per tres dies mitigacionem doloris prestolando demorabar, in loca que destinaveram progredi quoquo possum, immo nec limina cubilis mei egredior. Sic in domino et in deo fiducia mea, et in vobis vestris quod meritis et oracionibus reposita, spero ab hac egritudine aliquando tandem absolvi. Rogans ut caritas vestra sua intercessione ad deum me relevet. Memor sis quidem angebat me, ne commendans meus d. J. de Olesnicza pallatinus Sandomiriensis, succenseret michi pro eo quod eo non requisito

XB Cardinalis Olesnicz
Capistrano Tui mem[…] Domi[…]

Nota metamorfosim de Olesnicz qui antea donacionem faciebat pro monasterio modernum turbat

Curia et aream suam, Ecclesie sancti Bernardini dicaverim, sed nunc accepi
litteras suas, quibus largicionem Aree sue per me factam non solum non improbat
sed ingentes michi gracias agit, quod locum illum ad tam opus optimum
converterim, et beatum Bernardinum eius heredem instituerim, asserens se tanta
gracia sibi demonstrata et tanto herede in Area et Curia suam fuere
dote, prorsus indignum, cum neminem esset tam sanctum tamque excellentissimum
et sibi tam clementem et propicium heredem relicturus. Venturus est ipse
dominus Johannes una cum consorte sua et filiis Cracoviam, ad assis-
tendum et videndum personaliter vestre caritatis, donacionem ipsam eciam personali
et publica recognicione confirmaturus et innovaturus, quae v. p. more
suo velit habere recommissam commendatum. Mandavi decem florenos
meas expenditori meo Johanni plebano in Radzanow, ut lapide
et calcem pro opere inchoando necessaria nullatenus deesse sinat, concipi-
ens illum quod tantotempore de hiis non providerit. Datum in Przandzigorow
XXVI mensis septembris Anno 1453. D. Johanni de Capistrano. Z. tt. sancte

Alia d. Johanni de Capistrano.

Venerande pater et in Christo fili amantissime. Menses duo exacti sunt, infra
quos a lecto egritudinis oppressus detinebar, detineor quoque in hunc diem.
Et licet iam languor remissior sit precibus et meritis vestre caritatis,
dimittit ad officium tamen ambulandi, ad quod valet modicum spacium nondum
sum restitutus, cogor quoque adherere grabato, et nonnisi alieno portari mini-
sterio. Tali tamen habens adversam valitudinem equior ut poteram mo-
ratus illam, et anime salutarem, et corpori medicinalem, si multo fortius
in homine interiori graviore infirmitate vexabar et vexor, quod non potuerim
sicut nec modo possum iuxta pollicitacionem meam ad v. p. redire, edifi-
cacionem in me, et in populo meo ex sermonibus v. paternitatis suscepturus. Intelligo
siquidem ex v. p. continua fructuosissima quoque predicacione, plures abusus
varios et corruptelas detestandas, in diocesi mea sublata esse,
et populum quem in pluribus informatum correctum quoque esse. De quo supremo
exhilaratus gaudio et exulto, videns adventum v. p. in diocesi mea
multos uberes fructus peperisse, et me spe desiderio quoque meo potitum
esse. Et proinde rogo dignetur p. vestra in civitate Cracoviensi continuare
mansionem suam, in operibus sanctis exercicium, et fenore multiplici animas
lucrifaciens. Ubi enim v. p. in locum alium preventura est, ex quo tantum
posset referre triumphum et predam. Nec v. paternitatem Reverendissimi domini mei Regis
aut mea molestet absencia. Quod lenitatis eius imperiale, regalium
quarum in Prussia constitutus est diebus exteminat culpa absencie sue
Me vero valitudo adversa hucusque detinuit, que tam fuit vulgata et

sonorat ut non solum a fatuis et levibus, sed a prudentibus et gravibus viris ac-
debar dudum extinctus, et mors mea studiose suppressa et celata. Cogor autem
transferre me ex hoc loco, in quo habitationes nec pro me, nec pro familia
hiemi apte sunt, et descendo in proxima Curia ecclesie mee, supinus in curru
et lectica positus. Ubi cum me Cracoviam iuxta v. p. consilium referri manda-
ssem, non solum nobis sed et aliis fuissem in tedium et nauseam. Coactus quod
fore in aliquo loco remissius a frequentacione hominum delitescere, et nec senatori-
bus nec aliis exerciciis interesse, et michi ipsi et aliis oneri esse. Pau-
lulum itaque continebo me a transitu in Cracoviam, sperans intium posse
exui ab omni pedis infirmitate. Quod ubi provenerit, conabor omni
studio et viribus in Cracoviam redire. Interim autem spero scitoribus meis
Cracovie agentibus consultis pro rebus et necessitatibus tam v. p. quam suum et
familie, quam dominus deus per manum vestram aggregare dignatus est,
nichil senat deesse. Datum in Pyandzigorow vij mensis Novembris 1453.
Z. tituli sancte Prisce
Cardinalis Cracoviensis.

Oracio Enee in Coronacione Frederici Imperatoris.

Cum letus sim quod iocundus sit Romane beatissime presul maxime
in tuo conspectu divus Cesar Fredericus Romanorum rex augustus pius
felix ac triumphator, tua magis intelligere scitabus, quam mea potest oracio
explicare. Iussus tamen ego dicere, dicam pro te pauca, pro Cesare non
multa. Gratias agit ingentes pietati tue. non Augustus, quod te Petri
successorem, vere Ihesu Cristi vicarium, eterni Regni clavigerum, verendi-
ssimum patrem, incorruptum presencia sui amatorem, facie ad faciem intuens. Exci-
tatus sepe tuis literis et nunciis optavit iam pridem venisse, sed non
totiens Herculi renascit Ydra, quotiens novercata est regni in hac
sua profectione fortuna. Cuius inextricabiles nodos, ut Alexandrum
ferunt in curru Gordii secuisse, rescindere magis quam solvere licuit,
laboriosum periculosum quod fuit. Hoc iter Cesari, sed quo difficilius
eo preclarius actum est, neque sine periculo fieri potest. Magnum facinus
et memorabile multi pati triumphaturum oportet, quia non est concessus
honor comes neque apud Assirios, neque apud Hebreos, neque apud
Grecos, neque apud Carthaginenses, neque apud Romanos, neque apud
Germanos, sine honos unquam sine labore partus est. Equum
fuit et Fredericum nostrum Imperiales infulas suscepturum, et animi
simul et corporis tolerasse molestias, quas tolerat omnia fortiter, atque
que obstabant impedimenta, superavit pericula, contempsit labores.
Vicit iter durum pietas datur ora tueri Nate tua et veras audire

et reddere voces. o festum, o felicem, o memorabilem diem, in quo duo lumi-
naria magna simul convenerunt, duo orbis oculi, duo summi gladii, due ma-
xime potestates, quarum alteri subsunt corpora, alteri parent anime. Cuius
huius diei festum venerandum quam solemnitate dignis sermonibus explicet.
Quid dicam, iuvat laborasse iuvat, dulce est meminisse laborum. Magna
est leticia Cesaris magna voluptas hodie, neque libere legi ego
annales Imperatorum Regum — longum ex Almania tam pariterque tam
honoratus tam magnificus quam iste venit, qui cum Regina et admirabili
principum comitatu coronandus adest. Henricum septimum et quidem in Ita-
liam comitata est, sed prius diem obiit quam Regina videre posset. Fuit et
apud Karolum quartum uxor eius sed Theotunica sue nationis mulier. At
Fridericus ex Austria moncius, desponsata sibi Leonora ex vetusta
Portugalie domo nata, adhuc iuvencula, pulcra facie, moribus pul-
criores ex ultimis Hispaniarum terrarum finibus, intra Italiam ad se
profecta quam secum adduxit. Adest et clara soboles Alberti Ladislaus
Sigismundi nepos Boemie atque Hungarie Rex inclitus, cuius pueri-
litatem iam et maiorum spes atque expectacio generum. Adest et Albertus
Austrie dux sublimis, bello fortis, pace modestus, consilio maturus.
Assunt et alii complures principes, duces, comites, barones, proceres
potentes quam atque honestissimi nobiles, qui libentibus animis assistunt
famulanturque Cesari. Exultet igitur totis precordiis Cesar dum tali
catherva cinctum in tua presentia sese inspiciat. Verum ut solidius sit
ac perfectius suum gaudium, excelsum tua obnixe precatus erat, separatim
promissam debitam tam sibi tum consorti sue coronam Imperii largiaris
ac quoque fieri per dic locum modum que dicte coronacionis. Nam et
ipse quem Germani proceres optaverunt, principes elegerunt, pontifices in Theo-
tunia coronaverunt, cuius antecessor Eugenius approbavit, tua sanctitas semper
magnopere commendavit, que virtutis sunt que moribus conveniunt, que
ceteri sive coronandi sive coronati Cesares, aut promittere, aut agere, con-
sueverunt, ergo etc.

mat chazimus
n. Zophia etc. Magistro Marco Bonifilii.
Venerabilis fidelis sincere dilecte, Si Anna filii sui Thobie reditum
anxia et gratulabunda, nunc stare nunc menti illa torrente expectavit
p si vias per quas reversurus erat exiliens cotidie sedula cernibat, quo magis

hanc sortem et nobis nunc accidisse videmus, qui plerisque litteris vestris tam
nobis quam aliis personis scriptis, illo spem, sed claudine nobis repromitte-
batis, quod sanctissimus dominus noster Sixtus papa quartus, hiis talibus patribus nostris benigne
apostolica condescendens, aliquas notabiles et insignes sanctorum reliquias erat
nobis missurus, de qua re supermodum exhilarati, liberalitate sanctissimi domini nostri
felicitate que nostram, et serenissimo principi domino Kazimiro Regi polonie nato
nostro, et pluribus principibus que polonie, quasi dragma preciosissima reperta
ut nobis congratularentur indicaveramus. Sed cum tot repromissi transirent
dies plurimi et spei nostre nullus videretur effectus, in merorem animi
que versi duas tres impedimentum attulisse rebus nostris presumebamus,
aut pectoris apostolici a nobis alienacionem aut quod magis verisimile
est, vestram negligentiam et torporem, scripsimus itaque presentium sanctissimo
domino nostro novis patribus et litteris, scribimus et domino Spoletano
cui per summum pontificem mandatum erat, reliquiarum munus nobis tradendi
speciales litteras, et utrarumque copias hiis includimus, putata itaque sanctitas domini
litteras nostras, velitis nostro nomine instare, et cum omni devocione suppli-
care sanctitati sue, ut nostram devocionem attendat, paciam inspiciat, anti-
quitate soluat, miseracionis sue gratia compleatur et refoueat, et beni-
gnum gratie donacionis oculum non claudat, aliquas insignes sanctorum dando
reliquias, pro quibus exornandis et in splendore Regni polonie ampli-
tudinis tenemus gemmas paratas, quam vellemus facere sanctos quorum
capita nobis transmitterent heredes. Velitis rogamus, cum omni dili-
gencia sollicitare factum hoc, scitis enim quod desideranti anime nichil
cito sit, verentes enim ne absumantur rebus humanis, antequam et libe-
ralitate domini nostri, et devocione nostra perfruantur. Meridianas enim horas
transgressi ad vesperam properamus. Super quo placeat nobis ad plenum
rescribere. Datum in Corzinge xv Octobris 1473

Ad Episcopum Ploczensem

Reverende in Christo pater et domine amice carissime. Multiformis benivo-
lentie et caritatis solidis et evidentibus indiciis, vestre paternitatis litteras plenas
heri accepi, quibus vestra paternitas a tempore affinitatis contractae neptis mee, contracte
in honoranda et tractanda persona mea tertium desiderium detegens me
rogat ut pro parte vestra ille que vestra paternitas glorius nunc edidit divino
baptisando, et de quo et vestre paternitati et mihi congratulor et gaudeo, in domos
vestre paternitatis et in locum Chozesow, in que vestra paternitas principes pro divino lavacro
invitavit, Marsie factum descensum, quo et celebrior esset ex mea presencia

v. ptis nepotis baptisma, et v. ptis compleatur affectus, Unde pr. Et si pro
v. p. actionibus et meritis, quibus me v. p. sibi devinxit, et obligauit,
non eam solum pro qua rogor, et in qua gratis mea versatur honestas,
sed etiam rem grandem de qua requireret nec possem nec deberem abnue-
re, sed tamen hiis cum aliis gerere more Tempus tamen presens humidum et va-
riabile, aure qualificatum inclemencia, artus meos longevo fatigatos
labore, quietem appetens, ad peragendum v. p. votis abstrahit, et abducit,
optime quod foret, et v. ptez etiam ab alloqui abstinuisse vocacionis quam
et si ut p. v. literis advertor, furor pestis et sublatus et purgatus sit
comeditorum tamen tradicionum accepimus Ad loca peste passa tarde accedendum
esse que et homines in illis degentes ambigi non potest, contagionem peste
contracta, et advenientibus periculosam contraxisse, domos autem v. p. residens
ingrederer magis gratis v. pti faciens, que non exhibet sue substancie
liberalem commeatum et usum, licet a me illum dedignata est, in sue ne-
cessitatis suscipe articulo, Omnis tamen diocesis mea aliquot oppidis exceptis
nulla infectionem sensit, in hanc diem, sed et Cracoviensis civitas in
qua de locis peste infectis Jubilei anni consequendi gracie respectu inco-
dita multitudo confluxerat. qualibet labe sana est quod penitus Et
propterea p. v. iterum deprecor et exoro dignemini me a solempnitate baptis-
malium nepotis sui, condicione etatis mee attenta, in hoc presentium tempore
absolutum decernere. et de absencia mea non concipe aliqua nauseam
aut nubilum indignacionis, circa quod tenuerant iuste excusacionis mine
xam non trahe in offensam aut reatum Nova emergentes etc.

Ad ducissam Mazovie regratoria de ferinis.

Illustris princeps et domina singularissima Attulit ad me in hunc locum Cubi-
cularius vestre excellencie .N. vas ferinarum de carnibus onagri, et pisces
bethzelawky et Nmogij, que mihi vestra excellencia per longa terrarum spacia in
evidens testimonium fidelis caritatis et vere benivolencie mittere dignata est,
de quibus v. e. libens magis facio, utar quod tam presentibus quam ferinis predictis
vestri agens memoriam Committi quod volo, ut tante caritatis et gracie non in-
gratus videar Et si vicissitudinem quam huic benivolencie comparare est referre
non potero, exorabo tamen clemenciam dei, ut v. e. abundanter retribuat, propterea
quam ita vestra e. optat, germanum meum Magistrum dominum Johannem verum per vos michi
missum fama venturus est eum prope diem ad me in hunc locum, Aliquot
verbis v. e. ipsis spem bona de anni Jubilei ad Regnum meum concessione affe-
rentes. nunc plena certitudine, Cum enim d. n. papa, sollicitatus per factores
meos pro ipso Regno polonie gratiam anni Jubilei concessit, licet dudum
expedite per literas. M. Cracoviam affuturus cuius ingressum per omni die expecto etc.

Ad hunyed sancti prelati et barones Regni polonie

Magnifice domine amice noster dilecte. Impulit nos qualitas temporis huius vetustum morem nostrum in hiis que ad pacem sunt agere et caritati vestre ceterisque prelatis baronibus et proceribus Regni hungarie amicis et fratribus nostris carissimis repetere scripta nostra quibus firmata iam dudum inter hec Regna nostra pacis unionis et amiciciarum dulcedo vigere et nutriri posset et in dies quadmodum totis affectibus nostris cupimus amplius augeri. Non profecto ignotam esse credimus caritati vestre illam benivolenciam que etiam ante nos inter progenitores et maiores nostros altrinsecus habita est et veris vere amicicie effectibus declarata. De hac vero que nos complectitur etate nostra perclarum revera factum est vestre caritati quia necessitates vestras quamvis nobis persepe fecerimus et vices vestras tamquam proprias egimus et prosecuti sumus non egemus in ea re peregrino testimonio vel testimonio ipse sanguinis nostri carorumque amicorum fratrum et nepotum nostrorum ut de maioribus taceamus pro vobis vestraque re sepenumero fusi testis esse potest exigebat fatemur hoc racio exigebat amiciciarum nexus fidelium et ad summam omnium exigebat religio nostra. Sane quia quod contra quosdam emulos vestros qui quas sunt civitates castra opida et villas in ipso Regno vestro detentat ignoramus arma sumpseritis non tam iam scriptis et relacionibus aliorum quam rei experiencia edocti sumus rumore autem quodam ad audienciam nostram perlatum est qualiter inter expugnandum predictos emulos vestros aliqui Regnicole et subditi vestri invadere etiam statuisset civitates seu opida castra et villas quas et que in terra Szepusiensi Rex et Regnum nostrum iusto acquisita titulo quiete actenus habuit tenuit et possedit. Nos et si eiusmodi relacionibus fidem dare non potuimus de fide legalitate et amicicia vestris plene confisi voluimus tamen hec que premissa sunt succinctius quam dignitas eorum expostulat recensere. Itaque sinceritatem vestram tamquam amicum et fratrem nostrum petimus ut non velitis sinere siqui eiusmodi machinacionis molitores forent ipsorum levitate inconsulta temerare illa que pro bono statu et incremento Regnorum nostrorum et nostro sunt magna deliberacione multoque labore et studio etiam cum magna intervencione penarum stabilita et confirmata licideque et monimentis plenissimis acurate conmunita et ad hec a sinceritate vestra nobis dari petimus responsum. Datum Cracovie feria secunda ante Nativitatis domini anno [lx] nono.

d. Car[lis] Ad duces Slezie Rat. et de Cosslye dominum

Illustris princeps amice noster dilecte. Non est incognitum claritati vestre qualiter omnes differencia que inter Regnum polonie et dominia ducatus vestri et aliorum ducum Slezie exorta videbatur per Serenissimum principem et dominum nostrum graciosissimum dominum Kazimirum dei gracia Regem polonie cum vobiscum tali de anno preterito in civitate Cracoviensi sopita seu conclusa fuit quod deinceps bona pax et securitas inter Regnicolas et caritatem vestram ac subditos vestros vigere debuit et inviolabiliter

obseruari. Nos quod actenus pro indubitato in animo nostro gessimus quod omnia illa, que tunc sub debitis modis utrimque conclusa fuerunt et recepta, sine quauis violacione fixa permanere debuerunt, quemadmodum decens est et honestati humane proprium esse debet, ut pacta seruentur illesa inter quoscunque dissidentes inita. Nunc tamen experimur quod aliter quam sperabamus nobiscum agitur, voluimus rem ipsam ad noticiam vestre claritatis deducere eidemque presencium tenore dolenter querulamur super iniuriis nobis et hominibus nostris in territorio nostro Schewyerien noviter factis. Hiis etenim diebus quidam nichil cause contra nos aut nostros habentes, quemadmodum nullum ipsorum noscimus nec in aliquo aliquem offendimus quempiam illorum, hostiliter invaserunt bona nostra in dicto territorio nostro Schewyerien et succenso allodio in Woykowicze duas villas alias vocatas Komorniye, Woykowicze et Strzeschowicze depredati sunt omnia pecora, pecudes totamque suppellectilem incolarum in illis habitancium ad propria abducendo. Verum quia aliqui ipsorum sub dominio ducatus vestri consistunt et bona per ipsos taliter rapta in domos ipsorum invexerunt, petimus claritatem vestram, ut cum res hec notoria facta est per operis evidenciam et testimonio eciam eorum, quos homines nostri persequendo dictos invasores captivarunt, affirmatur, velit dominacio vestra efficere et mandare predictis civibus et subditis vestris, ut bona predicta nostris hominibus restituantur et de dampnis nobis illatis exhibeant condignam satisfaccionem. Certum si hec, quod iuste petimus, a vobis consequi non poterimus, cogemur iniuriam hanc nostram deducere primum ad serenissimum principem dominum nostrum regem predictum, deinde ad barones regni et amicos nostros, quorum consilio et auxilio oporteret nos taliter intendere, quod de predictis iniuriis consequeremur emendam et iusticie complementum. Et ad hec affectatis dari nobis responsum. Datum

Dux Caz[les] Ad ducem Bernardum de eodem

Illustris princeps amice noster dilecte. Fuit claritas vestra de anno preterito in civitate Cracovien apud serenissimum principem dominum nostrum regem et actumque tunc est eciam per cooperacionem vestram, quod omnes differencie que inter regnum hoc et dominia dominorum ducum Slezie quomodolibet videbantur exorta, bonis et convenientibus modis fuit sopita et extincta, adeo quod spes omnium nostrum firma erat quod decreta pax et concordia inter nos hincinde vigere merito debuit et inviolabiliter observari. Nunc tamen experimur quod nobiscum aliter quam sperabamus agitur et quod inter nos taliter dictum conclusum et firmatum extitit, temeritate aliquorum frangitur et violatur. Cuius rei respectu scribere voluimus claritati vestre et eidem in amaritudine nostri cordis amaritudine significamus qualiter

proxima feria secunda transacta quidam hostes Regni Hungarie et nostri quorum nomina d. v.
videbit in cartha et copia diffidacionis ipsorum presentibus inclusa sub ipsa
hora diffidacionis hostili et armata manu invaserunt bona territorii nostri
in Schewyor et succenso primum allodio nostro in villa Woykowicze opidum
nostrum Czeladz cum duabus villis Woykowicze Komorniky et Strzeschowicze
predati sunt omnia pecora et pecudes omnesque suppellectiles subditorum nostrorum
in illis villis habitancium abstulerunt et ad proprias domos et receptacula
adduxerunt. Credimus autem certum teneamus quod huiusmodi iniurie et dampna
nobis et nostris facta sunt absque voluntate et consensu claritatis vestre
cui non est nobis incognita fides et virtus vestra quam eciam prius dominum
se casus offerebat extulimus et predicavimus. Tamen quia nonnulli predictorum
predonum esse dicuntur subditi et de dominiis claritatis vestre bonaque predicta
per ipsos invasa et rapta aliqui in opidum vestrum Schossinyeschowicze
invexerunt querulamur coram eandem claritatem vestram ipsamque tamquam iustum
principem et amicum nostrum attencius deprecamur quatenus se velit in ea re
taliter ondere contra predictos invasores ut bona predicta nostris hominibus
integre restituatur et de dampnis nostris nobis digna satisfaccio impendatur.
Est veritas princeps et amice dilecte quod non fecimus quod alicui predictorum
unquam aliquid offense fecissemus imo et nullum ipsorum novimus et
si quispiam cause adversum nos habuisset tanta est apud nos de
vestra legalitate presumpcio quod eciam iudicio vestro nos submittere pati
essemus postquam vero tam iniuste nos et nostra sunt aggressi presertim
si quod iuste petimus nobis denegaretur oporteret nos rem hanc primum
ad principalem dominum Regem nostrum et deinde ad Regni maiores ad amicosque
nostros perducere et eorum auxilio et consilio ut patet in alia habetur inmutata.

D. Carlus ad d. Episcopum Cracoviensem de Balka homine pestifero

Reverende pater amice et frater carissime. Ea fuit priscorum patrum et katholicorum
presulum alto pectore comendanda provisionis sollicitudo ut in benegerendis
ecclesiarum suarum negociis inque procurandis gregis sibi crediti salutaribus
comodis et signanter in exterminandis pestiferis dogmatibus mutuis
se iuvaret et levaret suffragiis quibus et forciores fieret ascendentibus
expansis et quod unus per se minus valuisset aliorum fultus presidiis
efficacius efficere potuisset. Sane exorto hiis diebus in hac civitate
de persona cuiusdam Andree Balka in artibus liberalibus magistri quodam
scandalo nos ad instanciam venerabilium duorum rectoris doctorum et magistrorum
universitatis studii nostri ad sedandum et expiandum eiusmodi scandalum
et ut delictum debita comitaretur pena premissa cognicione solerti
mandato et sentencia nostris eundem Andream deputavimus ad monasterium
in Claratumba ordinis Cisterciensis in vicinio huius civitatis nostre
situm ad penitenciam peragendam. Interea autem dum hec agerentur et idem
Andreas in loco illo aliquantis diebus persisteret quod in eo scelerativis

periculosiusque actenus latuit, deo volente in publicum erupit. Per vicarium
enim nostrum in spiritualibus generalem et per operam quorundam zelum dei et
fidei sancte habentium reperti sunt plures tractatus et libri manu eiusdem
scripti heresibus et falsis dogmatibus permixti, ex quibus satis innotuit
quantum idem Andreas circa sacra et claves ecclesie desipiat et ad
quid contra statum eius et personarum ecclesiasticarum moliatur. Quod postquam
nobis itaque significatum fuisset et nos intellecto quantum periculum fidei
et christifidelibus ex persona ipsius immineret, misimus mox familiares nostros ut eo
apprehenderetur, sed nescimus qua inclementia celi actum est, quod antequam ipsi fa-
miliares nostri ad locum predicti monasterii applicuissent, de eodem aufugit,
audivimus autem et in dies multorum relatione certificamur, quod ad terras
Slezie et ad diocesim paternitatis vestre diverterit, et se in Glogovia minori
collocavit, ubi iam nimis disseminat errores illos, quos hic potius
in corde clausos continebat. Atque ideo voluimus excusata omni mora
rem huiusmodi paternitati vestre cognitam facere, ipsamque per viscera misericordie
domini salvatoris nostri petimus imploramus et obsecramus, ut ex quo
sepedictus Andreas Walka ad dictam diocesim paternitatis vestre declinavit et tam
periculosus christifidelibus existat, dignemini pro debito pastoralis officii
vestri superintendere, ne pestifera doctrina sua corrumpat gregem
dominicum vobis commissum, operamque dare ut mox comprehendatur,
statuque de ipso quod sacri canones censent et disponunt. Quod ut
efficacius fieri possit, v. p. scribimus etiam dominis ducibus
Slezie et signanter illis sub quorum dominiis et dicione se
collocavit. Ubi autem collibet v. p. ipsum nobis remittere, quatenus
ibi puniretur ubi noscitur deliquisse, gratissimum profecto nobis
fieret, nosque armigeros nostros ad limites regni pro adducendo
ipso e vestigio mitteremus. Per vestram p. super eo avisati, de quo ut
habeamus responsum eiusdem p. v. petimus et affectamus. Datum. 1449

Nota de Magistro
[illegible]
Walka heretico

d. Cardinalis ad duces Slezie de eodem

Ee Illustres principes amici nostri dilecti. Tam divine quam humane
testificantur scripture, quod reges et duces mundi ad hoc intra
ecclesiam dei potestatis culmina tenent, ut per eandem potestatem disci-
plinam ecclesiasticam muniant, et quod non prevalet sacerdotes efficere
per sermonem doctrine, ipsi hoc imperent per discipline terrorem.
Proinde dominationibus vestris dignum arbitrati fuimus significare, quod
cum vir quidam Andreas presbyter dictus Walka fuit ab annis
pluribus in universitate studii Cracoviensis conversatus, ad tantum quod in scolis
profecerit, quod in magistrum in artibus liberalibus est promotus, qui
apud doctores et magistros reputatus pro homine honesto et
fidei recte habebatur, quia tamen hec est natura mali occultati,
quod aliquando in publicum se prodat, sic actum est quod virus quod

in corde pdicti Andree psbri aliqmdiu homib3 latuit. deo volen hijs
diebus emersit. postq^m em de ipo fuisset exortu super certo crimie
graue scandalu / ad sedandu illud malu fuit per nraz sniaz ad
Monriu in Mogila ad agenda pniaz deputatq / vbi du aliquot
stetisset dieb3 reperti sut in scrinijs et repositarijs ipius plures libri
erronei et heresibus infecti. manu eiusd conscripti. Quod postq^m itm
nob tuc a loco huius ciuitatis absetib3 fuisset per officiales nros
insinuatu / nos hoc cognito misim9 illico familiares nros ad locu
pdicti Monrij in finem ut ho taz pitosus gregi domico et hostis
fidei xpiane caperetur / Sed euenit deo permitten q^d prius q^m dicti
familiares nri ad locu illu applicuissent / ipe de eod aufugit /
Veru q^z ut ex relacon fidedignoru comperim9 ad loca dnoru
vroru confugit / et in Ciuitate Glogouie moris se collocauit /
v. s. hec oia cognita face volum9 et vos tamq^m duces ka
tholicos obsecramus petim9 et rogam9 / dignemini pfatu Andream /
tamq^m fidei scte hostez / mandare comphendi / ut non noceat sua pesti
fera doctrina xpifidelib3 / et fauere ut de ipo fiat qd sacri canones
et statuta eccliastica censent / et decernut / faciet s. v. per hoc rem
digna katholicis principib3 deo acceptaz et apud homies magna
laude attollenda / Super qbus qmd deliberandu statueritis petim9
vris respoalib3 lris informari / Datum /

D. Carlis / Dno Aplico.

Beatissime pr et dne clementissime. Placuit s. vre pro bn gerendis
negocijs Camere Aplice Venlem d. N. Spigmex decret doctorez
Cantore Eccle mee Denarij sti petri ac Iuriu fructuu et pventuu
in Regno Polonie provincia Gnezn eiusq^z Ciuitatib3 et dioc^b3 /
Collectore dicte Camere deputare / Veru q^z in lris eiusd s. v.
qmb3 huiuscemodi officiu comittit^r sibi inter reliqua iniuctu est /
q^d antq^m ad execucoz illius pcedat / pstare debeat in manib3 meis
fidelitatis iuramentu / Accessit eatenus ad mei pnciaz et exhibitis
pmu btitudis vre patentibus lris in finez ut iuxta tradita pscripcois
in eisd forma procedere posset ad execucom sibi comissoru / peciit
sibi deferri et a se recipi pstitu fidelitatis sacrm / Ita ego cui
cordi est negocia sedis aplice prosperari / atq^z illa pro debito mee
fidelitatis prosequi / receptis cu ea qua decuit reuerencia pmemorate
s. v. lris cognito q^z esset vera bulla eiusd s. v. more Rome
Curie bullate non rase non tacellate nec in aliq^a parte sui
offese aut suspecte / ad exaccoz Iuramti sepedicti processi / illudq^z
in pntia pluriu religiosaru et venlium psonaru / a pfato domino
N. Collectore in forma solita recepi petite demu et recepte
super ea re a Thabellionib3 publice instrum^ta. Que et si ad
faciedu se hijs plena fidez merito suffice videbatur / pro illa

tu devocoe quam sedi aplice et sti vre debes volui hoc ipm eidem
s. v. spali significare / Cruid conservare etc

d. Carolis duci Rat /

Illustris princeps amice nr dilecte / Debit nobis s. v. super facto
contribucionis per smum d. papam n. smo principi d. n. R. in prelatis
et clero regni h.. polonie et dioc nra assignate et affectat eadem
s. v. vt nos per huiusmodi contribucionis exaccionem non gravaremus
presbiteros et clerum ducatus vri aut saltem negocium huiusmodi prorogaremus /
usque ad felicem adventum dicti dm regis nri / Novit ergo s. v.
q. superioribus temporibus / quotiescumque huiusmodi contribuciones concedebantur /
per summos pontifices ex aliqua causa racionabili plebanus et ceteri
beneficiati ducatus s. v. tamquam suppositi dioc nre dictas contribuciones
more aliorum solito solvebant nec se excusabat ab ipsa postquam fuisset
auctoritate dm pape imposita tamquam mandato cui clerus totius orbis
merito obedire tenetur / Unde nec nos in hac presenti contribucione
presbiteros et clerum s. v. aggravamus / Imo sicut alii prelati regni
eandem et nos solvere cogimur pro rata mense ecclesie nre contingentem /
et quantum in nobis est equali affectu quemadmodum clerus s. v.
ab eadem liberari desideramus sed necessitas et debitum iusticie nos
compellit vt superiorem recognoscamus et eius mandato pareamus /
Atque ideo vri iuxta quod expetit s. v. ab exigenda hac contri-
bucione a clero vro destiterimus / Sciat s. v. quod non deerunt
illi quibus hoc negocium a sede apostolica commissum est nec cessabunt
ab exigendo contra quos si presbiteri s. v. se opponere voluerint /
necesse habebunt multo plura exponere quam hec contribucio importat /
que vt estimamus ad decem marcas non ascendit / Scripsimus quoque
et nos de hac contribucione pauperum presbiterorum et cleri s. v.
intercedente smo dno n. R. sed nichil pro eius reportavimus /
quia nec decuit s. suam pro tam modica re aut s. v. scribere /
aut nobis rescribere /

Capitulum Crac ad epm lubucen de ~~[illegible]~~ Cwnadien presentia
et discordia pro ea exorta inter d. Carolum et dictum epm /

Reverende pr et de graciose In amaritudine cordium nrorum audivimus
exortam esse quandam discordiam litigiosamque materiam inter p. v. et
Remum in xpo p. d. Sbigneum tt s. prisce Cardinalem epm et
d. n. graciosum occasione certorum bonorum et signanter presentie vim

construete in bonis districtus Cronow ad mensam Epalem eiusdem dni nri ptinetis
eamqz iam usqz ad tribunal secularis iudicii esse perductam / Epore enim pmeorati
Rmi d. n. informati sumus / qualiter ad instanciam p. v. hoies sui / qui opus nectarum
et qd dilacionem absqz piculo non admittebat / in dicta opabantur piscina / citati
sunt ad iudicium dni Capitanei Sandomirien / ad hoc qz intendat procures p. v.
ut in illo iudicio videant et iudicentur hoies pdci / qd pfecto audire sine dolore
non potuimus / considerantes rem huiuscemodi perniciosam esse exemplo / et in evidentem
privilegiorum huius Ecclie nre offensam redundare / Etenim ut de iuris comis disposicionibus
deqz ordinacionibus et statutis huius provincie nre taceamus / cum illa p. vre apprime
cognita esse credimus / pietate Regum et principum Regni huius quorum celebris
aeternis viget memoria / non tamen clerus / sed et cuncti incole et hoies
subditi huius Ecclie nre / a iurisdictione quorumcumqz iudicum secularium / eciam
capitaneorum et officialium regalium exempti sunt / sancitumqz est per illorum privilegia
qz pro nulla causa coram illis / seu aliquo ipsorum hoies Ecclie ad
iudicium eorum trahi possint / aut inviti teneantur respondere / Atqz ideo / ut
quantum passe nobis datum est / occurramus huiusmodi offense / conferamusqz vires
et opam nras / pro conservacione privilegiorum pdictorum / voluimus scribere
p. v. venerande / rogamusqz cum ea qua possumus attencione precamur et obsecramus /
ut se contineri dignetur ab implorando super hac differencia illud forense de
tribunal / et non pbere ptati seculari / pscriptas libertates et privilegia occasionem
temerandi / cum si utiqz p. v. deligendum magis videbitur / super differencia
illa / ad iuris examen recurrere / non desunt ex dono dei iudicia alia
competencia / ubi et p. v. causam hanc prosequi licime poterit / et consequi
expedite iusticie officium et complementum / Movit fortasse in hoc negocio
p. v. qz pmemoratus Rmus pr et dnus nr / ad sopienda dicta dicta discordiam
non venit ad locum et diem / ad hoc pridem institutum / sed innotuisse
satis eidem iam putamus / quia non incuria aut negligencia ipsius id
omissum est / Ab eo enim die / quo urbem hanc ingressus est / ad consulendum
super arduis Regni et Ecclie sue negociis / tam acerbo dolore pedis
tactus manet / qz ad iter agendum omnino impotens sit / sed et medicorum
cancors est consilium / ut se non moveat / nisi melius restauratus / Quapropter
quia fortasse onerosum foret p. vre / adventum suum longius pstolari /
mittit quosdam de gremio Capli sui / scilicet venerabilem dnum Iacobum
de Sienno preptum / et Cristoforum Cantorem Ecclie nre / quibus adiunxit
magnificum d. Io. de Oleschnycza Cast. Sandzecen. germanum suum / cum plena
auctoritate pstrequendi et conficiendi omnia que inter ipsum et p. v. ad tollendam
discordiam pdictam superioribus diebus sunt deliberata / dicta et compactata /
Preterea non est nobis incognitum qz quicquid circa extruccionem
pdicte piscine per prefatum dnum nrm / ab inicio actum fuit / de bona
voluntate et assensu pdecessoris p. v. et Capli et signanter recolende
memorie dni Cristofori processit / comperto enim qz piscina illa
si fieret / magnum lucrum et comoditatem allatura fuisset huic Ecclie
ac pro hoc conditionem bonorum suorum faceret meliorem / consensit primus
ut fieret / cum absqz detrimento bonorum tue Ecclie sue / inmo gracia
dei p. vre / fuitqz tunc utrimqz deliberatum / et per ipsum dnum nrm
pdictum / oblatum et pmissum / ut tantundem bonorum et amplius refundere[2] /
eidem Ecclie / quantum per inundacionem aquarum ex piscina illa / fieret

bonis dicte Ecclie nocumenti / magna profecto racione et equitate cum ex li
lege nali teneamur bonum promouere proximi / ipsique fauere ut quis fiat
locupletior in suis dummodo non offendamur in nris aut si offendi
videamur recompensam per omnia equiualentem et maxime si amplius
nobis offeratur / habeamus / Quod ut in re fiat primiti et Ecclie
vre fiat / et effectualiter assignetur / non dubitamus beniuolum et paratum
esse sepedictum dnm nrm / sed et nos apud prinitatem suam partes
nras in id ipsum interponere parati eximus / Speramus quam rogamus p. vram
iterum et iterum petimus et imploramus / dignetur fauere voto prefati
dni nri / et more predecessoris predecessoris vri consentire ut quod
mortis casu interueniente / tunc imperfectum permansit / fauore et consensu
p. vre et capli Ecclie vre consumatur / Datum /

38

Dno Cardinalis ad d. Regem

n. Serenissime princeps et dne gratiose / Accepimus hodie S. v. litteras
quarum serie eadem v. S. recensitis primum illis que ad promotionem venerabilis
dni Johannis Brusczinsky ad Ecclesiam Wladislauien tam apud
venerabile capitulum eiusdem Ecclie quam apud sedem aplicam dignata est
facere Smo d. nro dno Nicolao pape / per oratorem et nuncium
suum dnm petrum Spryewsky Gnezn et Pozn Ecclesiarum Canonicum
ut dictam Ecclesiam assequeretur / porrigendo / attento quod prelati et canonici
eiusdem Ecclie in ipsorum Caplo pro die eiusmarum celebrato /
vnanimi et concordi voce / nullo discrepante prefatum d. Johem Bru
sczinsky in ipsorum Epm nominassent / nobis demum significare voluit /
qualiter idem d. Johes Brusczinsky ad conspectum S. v. veniens litteras
clausas attulerit / manu dicti d. petri Spryewsky scriptas / ex quarum
tenore celsitudo regia vra dicit se collegisse / quod dns Nicolaus
Lassoczsky decanus Crac / per astucias suas prenominatum Smum d. n.
ad hoc induxerit / quod eum ad Ecclesiam Wladislauien predictam promouit /
et in Epm eius iam pronunciauit / Verum quia huiusmodi promotionem
reputat S. vra / in dedecus suum et in pudorem totius patrie huius /
ac etiam in offensam iuris S. tis vre / quo ad collaciones Ecclesiarum
Archiepalium et Epalium facta / attentius expetit a nobis / quatenus
ad obuiandum hiis malis / que ex dicta promotione sequi possent
consilia salubria S. vre preberemus / quemadmodum Serenissimis et diue
memorie Regibus genitori et germano eiusdem S. v. temporibus suis
facere consueueramus / Serenissime princeps et dne gratiose / consulere regie
maiestati vre in singulis prout debemus / promptum gerimus animum et
parato semper sumus / Sed quia res hec / quam taliter scriptam suis ad nos
deducere / atque etiam animi sui motum et deliberacionem declarare v. voluit
S. tante importancie seu ponderis nobis visa est / ut plurimum
examinacione et deliberacione tractanda merito videatur / mos quidem maiorum
profecto laude dignus prenominati dni Regis genitoris vri erat / ut

quociens magnum aliquid S^ti sue aggrediendum se obtulisset, primores
Regni sui ecclesiasticos et seculares solito aduocabat, et quod eorum iudicio
consultius videbatur, prosequi curabat. Atque ideo quia S. vram in brevi
ad has partes Regni sui deo propicio feliciter speramus venturam conventumque
tunc prelatorum et Baronum futurum non dubitamus, ubi et nos vita nobis
comite adesse non detractabimus, et super negocio huiusmodi audiens aliorum
vota, nostra quoque consilia, prout deus inspiraverit libenter conferemus, pro honore
et utilitate Serenitatis vre. Datum

39 Ista sunt tunc scripta, sed non emanavit.

Sed in ea re quam scriptis suis ad nos voluistis perscribere, consideramus primo
quia eadem v. S. cum toto Regno et dominiis suis adhesionem fecit, et obedienciam
plenam et puram prestitit, prefato S^mo d. nro, consideramus deinde debitum
nrum quo eidem eciam iuramento astringimur. Atque ideo summis affectamus
desideriis ut inter ipsum et S. v. sit et vigeat caritatis unio, ad quam
nutriendam firmandamque quatenus id res expostularet nostras semper impendere non
detractaremus partes. Consulere autem urgere nos debito et consciencia
nra aliud in ea re S. vre nequimus, nisi ut regia celsitudo vra
in premisso negocio illud agat quod catholicum decet Regem, summumque
pontificem Christi vicarium honoret et revereatur, ut filius, ut et ipse erga eum
se S^ti v. exhibeat, ut graciosus pater. Ad hoc quidem ut sit suadeamus
S. vre nos magnopere commonefacit quod iam favente altissimi gratia
reddita est pax et unio ecclesie, et ab ambobus quondam^t Regibus
et principibus data est prenominato S^mo d. nro, tamquam indubitato
pape, plena obediencie professio. Nos autem Regibus et principibus
orbis christiani quorum non dubitat papam, tamquam vicarium Christi domini
ipsos revereri, quem cum sint in culmine regie celsitudinis constituti, indiget
persepe, tum pro benegerendis ipsorum Regnis et dominiis, tum pro
decore ipsorum status, tum eciam pro suorum subditorum comoditatibus, summi
pontificis gratia et decore. Quantum autem attinet ad collacionem
archiepiscopatuum et episcopatuum, et quod quale ius regia celsitudo vra
habeat ad illos, non dubitamus quod alii prelati, qui sacros amplius
et perfectius nobis legerunt et didicerunt, S^tez v. clarius informare
possunt.

d. Car^lis Illegitimum legitimat.

Sbigneus etc. Universis et singulis quibus expedit tenore presencium cupimus fore
notum, qualiter accedens ad nostram presenciam amici cuiusdam Laurencii pueri
filii Casparis Sutoris olim Civis Crac. coram nobis exposuerunt,
dictum Casparem dum viveret, matrimonium legitimum in facie ecclesie
cum Dorothea muliere Petri Clinkberg de Bleyning contraxisse,
et cum eadem tamquam cum uxore legitima usque ad diem mortis sue in
civitate Cracouiensi cohabitasse. Verum quia ante matrimonium contractum
et desponsacionem in facie ecclesie factam predictus Caspar prefatum
Laurencium puerum ex dicta Dorothea genuit et suscepit, dubitans

quid de condicon eiusd foret censendu an videlz pro legitio pdtorum Casparis et Dorothee filio deberet reputari / et ad successiod bonorum eorund admitti / attentius supplicarut per nos tanqm per locu ordinariu dici et declarari / Nos itaqz officy nri debitu pcogneted attento q einsmoi questio ad iudiciu nrm spectare dmoscit et in sacris canonibz cautu reperitur / tanta esse vim mrimony ut qui ante illud sut geniti post cotractu mrimoniu ltimi heantur / tenore pntiu declarand dupniq et declaramq / pfatu Laurenciu ltim filium pdtorz Casparis et Dorothee fuisse et esse / et p tli debe teneri et reputari / habe qz iure succedendi ad bona mobilia et imobilia eorund iuxta canonicas sancciods / In quo rei robur et testimoniu pntes lras nras nri sigilli appesion fecimq comuniri / Dat /

Z. Cardinalis / Ad mistru gnalez frm minorum / 9

Sbigneus miseracon diuina tt ... Venli pri dno Anthonio de Rusconibz Sacre theoe mgro gnali ministro ordinis frm minorum Amico et fri in xpo carissime / Sltm et vtriusqz hominis sanitatez votiua / Recordamur nos paulisper trnsactis diebz carti v. misisse scripta nra / ac per ead attentius interpellasse pro Venli et Religioso fre Nicolao Dolyiwa ordinis pfati in Regno polonie ministro / qtus inter ipm et Conventus sibi subiectos ab vna / et Religiosu frez Nicolaum Strigel in Terra moravie manetez partibz ab altera / pax et vnio per favorez vrm / et per interposicom pennam reformarentur / sublatis simultatibz et differenciys inter eosd / super officio et titulo ministrdato quolzt exortis / magnaqz confidencia persuasu tenuiq q casse fieri no debuerut huiusmoi lre nre / quibz pro bono frm et moriez viorum intercedebamus / Audiuiq aut et relacon fidedignorz didicimq q lre nre pdicte nedu non profuerut sed amplior turbaco eoru pro quibz eas fecimq subsecuta sit / cu ipsaru baiulus et nuncius tentq asseritur et pdicti Nicolaus Dolyiwa et fres sui tanqm heretici et excomunicati crimineutur / fortasse pro eo q superioribz diebz Sacro Basilien obediciaz profitebantur / Cuiusmoi relacio si omi genaqz vera esse sit / satis dubitaq ymo crede vix genaqz non potuiq / pro illa integritate et vtute quibus psonam vraz vigere intelligimq / Zelus tn quo ad ipm ordine vrm sp afficimur nos impellit / ut iteru repetamq scripta nra et scandalis que ex pmissis dissensionibz et differenciys apud simplicium animos oriuntur quantu possimq occurramus / Et pmu quod pcamur caritate vraz ut non velitis succescere aduersu pdictu frez Nicolaum Dolyiwam et religiosos fres suos nec eosd ad aliqua criminis notaz deputare q ipi aliquando recognoscebat pdictu Concilium Basilien / Nam cu omes plati Regni huiq ymo totu Regnu hoc ab inicio institucionis dicti Concily eid more aliorum platoru Regnoru et provinciaru fuisset incorporati et in obediencia illius diucius persistitisset / arbitrati meorymu in re arduissima

Jo. Baptista de Roma Papa Nicolaj [illegible]
Oes religiosi adherebant Conc. Basil.

cito moueri ad aliam partem pdicti fres cu oibus ipoꝝ mo[n]rys et conuetibus
in Regno hoc consistetibus dignu censuerut idem nobiscu sape et profiteri
Postqm aut Smus d. n. dnus N. ppa modernus ad aplatus apicem
diuina disposicone vocatus fuit et Serenissimus princeps et dnus nr dnus
Kazimirus Rex Polonie cu platis et Baronibus Regni et dominioꝝ
suoꝝ maturo et examinato consilio deliberasset ipi dno N. tanqm vero
summo potifici dare obedienciam mox etiam pdicti fres ibidem fecerunt
in manibus Rdi pris dni Bapte de Roma epi Camerinen tunc in
Regno hoc sedis aplice legati profecto magis obinde comendandi
a vra caritate tanqm qui omne scisma ~~demum quia obiecit~~ et scandala
execrabantur et vnionis ac pacis in ea re sunt zelatores Demum
quia obycitur eisdem pro parte aduersa qualr ipi voluissent manus
violentas mittere in psonas pfati fris Nicolai Strziger et alioꝝ
qui cu eodem ad hanc Ciuitatem Cracouien contemplacone concordie
inter ipos cosiciende pro festo sti Johannis Bapte pxime ptito accesserat
sed et in ea re nos et complures viri insignes testes sumus quia
innoxy sunt a talibus obiectis Nam quemadmodum lris superioribus nostris
latius caritati vre descripsimus ad petita Venerabilis pris dni Johannis
de Tulna Ministri Austrie ordinis vri ad dandam pacem et vnionem
inter pdictas psonas interposueramus partes nras fueruntqz per
operam nram tales modi et vie negocio illi adhibiti vt qd querebatur
iam qs manutenere nos videbamur sed inito pacis suggerente optima
pacis et vnionis inicia sine inpetrato fuerunt perturbata pquam
enim pdicte ptes cu sibi fauentibus in hac vrbe ad diem pdictam
conuenissent fuissentqz per nos certa pacis et concordie media ipis pposita
et aperta Complacuit primum pdictis pdictis ex se sex et sex fres
eligere et per medium illoꝝ exquirere modos et vias quibus potuisset
pestifera diuisione sedata ad veram vnionem et caritatem puenire Dum
aut aliquot etc Et ideo iterum et iterum petimus et obsecramus caritatem
vram dignemini pfatos fres Nicolaum et reliquos tanqm viros reli
giosos a pdictis delacionibus hre innocentes et prima pte intende
vt semota huiuscemodi inter pdictas ptes discordia et diuisione reforetur
et vigeat inter ipas pacis et vnionis dulcedo Ad quam rem exprimis
concludendam videtur nobis satis consentaneum et accomodum vt pquam pdictus
fr N. Dolnyrod pro virtutibus suis toti huic prouincie acceptissimus sit
paternitas vra ipm dignaretur in Ministrum pficere qd si fortasse
id ex aliqua racione admittendum faciendumqz non duxerit concedat saltem
partibus sic contendentibus aliud ministrum eligendi facultatem Cetera supra
hys omnibus affectamus vrm nobis dari responsum

D. Electo dno Cardinali

Reuerendissime pr et dne gratiosissime Recepi iterum lras pernitatis vre duas co
sultacones sr quibus eadem p. v. dignata est deliberacionem meam requirere
in se cotinentes Et prima quidem est de facto illoꝝ villanoꝝ dnoꝝ

de Tharnow qui dicitur obtinuisse vna commissionem cum inhibitione in facto decimarum mense p. v. re ad d. epm Chelmen nulla mentione facta de appellatione eorundem pridem interposita a pressibus woladary Sandegen etc.
Nouit ergo p. v. eam esse decisionem Juris communis etc. si appellans ad sedem appellatam in Judicio vel extra non facit mentionem de sua appellatione commissio seu rescriptum ab ipso super eodem facto impetrata vel impetratum non valet prout legitur et notatur de Rescrip. ex parte § de appel. Sepe in fi. et de consue. vti. vel inuti. Bone in Glo. in
Et ob hoc v. p. postquam ad presentiam eiusdem predicti villam cum premissa commissione et inhibitione accesserint talis se here et gerere poterit
Aduocatis notarys ad hoc mandet legi dictam commissionem cum inhibitione et ea perlecta dicet hec verba Ex quo commissio ista est impetrata pro parte dictorum villanorum appellantium et nulla facit mentionem de dicta appellatione non tenemur ei obedire tanquam surreptitie et per veri suppressionem impetrate et super hac mea responsione requiro vos notarios vt eam in vestra manualia seu prothocolla reponatis. Sequens vero consultatio continet presentationem factam ad ecclesiam in Schedlisska per premissum illum nobilis qui Rectorem eiusdem ecclesie imediatum nequiter deleuit super qua p. v. cudendo allego textum c. In quibusdam de penis. vbi sic legitur Sacri approbatione concilij statuimus ut si qui patronum vel aduocati alicuius ecclesie Rectorem vel clericum aliud ministrum ecclesie per se vel per alios occidere vel mutilare ausu nephario presumpserint patroni Jurepatronatus Aduocati Aduocatia prorsus amittat et ne minus vindicte quam excessus memoria prorogetur non solum de premissis nichil perueniat ad heredes sed etiam vsque ad quartam generationem posteritatis talium in clericorum collegium nullatenus admittatur neque in domibus regularibus alicuius prelationis assignantur honorem nisi cum eis fuit dispensatum. Ex hys autem verbis p. v. liquide colligere potest an presentatus per dictum patrem occisoris prefati debeat ad dictam ecclesiam institui quem si idem occisor qui in dicta villa Sedlisska morabatur fuit antequam hoc facinus admisisset a patre suo predicto emancipatus ita quod dictam villam habuit sibi a patre pro portione sua assignatam Jurepatronatus commisso tali scelere amisit ipso facto et cum non sit ecclesia illa collegiata sed simplex prolibus deuolutum est illud Jus ad v. p. manus. Si vero non fuit a predicto patre emancipatus ita quod adhuc pater suus dominium ville predicte habuit et retinebat propter delictum filij non potest dictus pater dici priuatus predicto Jure presentandi Ideo tunc merito presentatus ab eodem debet institui dummodo alias idoneus existat saluo per omnia quod facinus illud non sit factum predicto patre procurante annuente mandante vel compulerit. Et ista sunt que p. v. per manum altiorem occasionem dolore constrictus ad premissas consultationes potui dare pro responso. Dat

Reverendissime in xpo pr et domine gr[aci]osissime Hesterna die de manibus Golisky
accepi lras v. p. alacritate no mediocri cocepta visa manus sacre vre et
bndicte scriptura felicem me ratus q in hoc tpe quo a v. p. seperor lrarum
articulo v. p. caritas accipe meruerim unde et illam diligenter p memoriali
ppetuo recondidi sublatis tn aliquibus verbis que possent ad contumelia aliquorum
retorqueri. Si aut p. v. accepit lras meas quas pridem per familiarem d.
Alberti notarii mui intelliget me sup provisione pbende Wislicien sprm v. p
habuisse et eisdem respectibus motu no favisse d. danieli de illius provisione qua
v. p. sibi facere dignata est sorte ne amicus de quo p. v. in disponendis rebus
Eccli. plurimum indiget propterea prava finisset offensus et d. daniel litibus implicatus
Retinuit est igr ordinacon mea q filius d. Judicis Stanislaus qui ex vigore regie
nominacionis fuit installatus et p quo decrata possessio fuit occuppata petente
dno Judice et solicitante. Volebat eum d. Johnes Szczekoczky pinc avisatus si d.
Judex negligendum putaret illam accipe per magistrum Johnem de Elgoth Nunc
p. v. de pfata pbenda provisum est. Magis eum favendum erat filio dni Judicis
de illa q dni Szczekoczky in fratrem sicut contingit ut nova regis perimeret et p
bneficiis tenui non fieret lites nec odia. Dns me Rex plurimum desideravit v. p
adventum et continue inquirit quando p. v. ingredi debeat. Nullus pbat q dns
pallatinus Cracovien vitat pncias suam vel pocius fugit et reddit se sibi vehementer
suspectum. Causatur de hoc rex cora plurimis sed et hostes et invidi sui insultat
de hoc et publice illum carpiunt et q credo q occulte forcius et in tota Curia
hostis regimis et adversarius nominatur sed et amici quod sui faciunt nam eorum
et augent nubilu et rumorem prout et de p. v. faciebant. Consulo ut p. v.
celerius q comperat huc adveniat et sensim ac paulatim hos qui displicent
mores a principe detrahat. In multis iam sape incipit et aliqua deponere optime
indicarem ut p. v. medicinaliter curaret illum et no cum probrando sed dando
raciones reformaret qd restat postq aliud esse no pt nisi oportet ut omnia
cum eo dependeant et decreta sua si sanari no possunt iritari no possunt. Favorosum
Jacobo Koblensky esse incipit de quo omnes lithwani contrepavescunt. Si aliquos
amoveret qui tractant platebs credo omnia alia facilius fient. lras addimi
nruim ppam dare distulit donec p. v. adveniret. Non recusat eum et lras
dare et intimare per hos qui ituri sunt Roma interim quidquid p. v. sola
swaserit. Venire itaque digneminj et no silere causam qua scitis veritatem estimo
q p. v. ipse audiet. Rogo aut no velit p. v. illa que sibi dedit tam credo
emiare munera pervenit eum etiam adipum cuiusque cmia[2o]. Unde et aliquem dicere
habuit. Collectis omnibus que michi dedit reddam sibi ut no sim tot
exprobracionibus obnoxius. Multo melius est ut p. v. ea que iam difficulter
corrigi possunt in meliorem interpretetur ptem et voltum letum sibi ostendat
Sed nec p. v. de homine qui donacon Sandomirien suggessit et petivit molestie
sit. Egit puto ego pure et fideliter omnia anhelans et siciens consummari ea
que honorem famam et gloriam v. p. contingebat. Si quid ptr spem accidit no negligencie
non duplicitati sue sed fortune tribuendum est. Nemo hominibus qui v. p. sanguine
iuncti sunt honorem v. p. cunctis ille sitit et suspirat et certo aliquando ut sepe
fit amare raptus labitur delusus et circumventus aliorum vafro ingenio. Attendere
pt v. p. q omnia sua et se consumit vigiliis laboribus et acerbitatibus plurimis

se exponit ut rebus p. v. et totius domus vestre subveniat. Novi ego et experientus
sum persecutores suas novi contumelias, que sibi continue subministrantur. Et publice
et privatum non recedit de labiis et lingwa illorum qui presunt V. R. cum
indolem suam verentur, diligentiam verentur, liberalitatem verentur, prudentiam verentur,
Amicorum congeriem verentur, mores. Illa est eorum solicitudo amplior, ut eum
arte, qua apprehendere incipit, deiciant, videndo quod nullatenus illi dotibus neque
et acquisitis pares esse possunt, et propterea mordent illum, mordet et scorpio
favere illi p. v. saltem velit, et tunc sinum suum admittet. Vana olim loquor.
In domo p. v. nemo inimicus est, quem credo et in moribus et tandem in mente
p. v. posse eque suadere, letari v. p. debet quod illum post se videt orientem
et sperare quod persona sua in magnum decus et ornamentum domus v. p. succedet.
Non hec ego de illo sua benivolentia deceptus loquor, sed quod in re verum est. Invectus
pridem fuit d. rex, prout aliis literis scripsi, contra eum, et coram omnibus illum publice obiurgavit,
propterea quod credebat, domum ad Kidathowze que iam nichil heri collata est per
capitulum, domus Aiklasthorn pro quo rex intercedebat non cessisse, contrapedibus
que cedebat vel prout sibi per amicos nostros suggestum fuit, p. d. presentium subministrata
fuisse. Habuit ex hinc incertitudinem modicum suum, magnum risum et cachinnum,
sed post successit eius dolor et anxietas. Nam d. rex, cepta innocentia sua et argutus
per d. Reginam et alios placando eum, misit sibi hodie Mazaszeryretz. Ad Comita
Pyandzizowiey multum notus est vir solicitus, fidelis et oculatus. Dominus quidem Martinus
et bonus vir est et fidelis, aliquantulum tamen delicatus et qui in occupacionibus variis
durare non posset et facile anxietatibus frangeretur. Repperi hominem, in ditione
eius aptum, Adream, habet, qui regimen voltu et moribus, magis eum vidi illum
quidem presbiterum Swanthoslaum Commetorem etc. in Sokolnia, qui opinione
vulgari ad procurandum hospitalia plurimum habetur celebris, curat villam Charbinovicze
et iam aliquando d. Gneznensis archiepiscopus misit pro eo volendo eum preficere maioribus, sed renuit
nolens has deserere partes. Eliget servire v. p. quam archiepiscopo, et veniet quandocunque v. p.
sibi mandaverit. Aut hunc igitur aut plebanum de Chotel v. p. accipiat in Comitatum,
uterque ipso bonus est, ille tamen de Sokolnia multum famatus est. Iam eum nec pro Szandzissey
nec Rzyczpyney plebanus mittam, nisi credens quod unus istius complacebit v. p. de plebanis
in Rzyczpyenuey modicam vel nullam ego estimationem facio. Crassus est, tardusque et piger
ad omnia. Szandzisthowiey non novi. Cum duo plebanis de Bodzanczyn feci longum sermonem in
Cracovia, sermonem et ita illum stabilium quod consensit cum magna constitudine accipere locum domini
henrici, et fideliter servire v. p. puto quod inter servitores v. p. melior quo adhuc reperiri
non possit. Unum timet ne in discordiam cum d. wlado Cracoviensi deveniat, sed illo non
obstante faciet quicquid sibi v. p. iniunxerit. Ad continuandum laborem in Pyandzigow ne
laboratores dispergerentur, ordinavi quod d. Woladarius Crac. per d. Czarnothowsky qui
die crastina ad v. p. porrigetur, misit decem marcas in manus d. Michaelis vicepore
ut laboratoribus solvantur labores. Donec v. p. de ampliori pecunia providerit, firmavi
aut cum d. Wolado Crac. quod aut Martinum muratorem aut filium Czipsar mittet in
Pyandzigow ad p. v. pro sua opera perpetuo innovatus. Intelligo quod filius Czipsar instabilis est
propterea quod patrem mittet, prefatum Martinum. Nam non est alius qui maiorem reputacionem habeat.
Mandato regio hodie in medio consilii fecimus sponsionem quod negotia Regis super terra Wlad.
magis promoveamus quam inficiemus, quum alii et maxime Elgotha et ego fuissemus arestati. Dominus
vicecancellarius volebat movere eum contra me, sed habuit a me responsum bonum et tacuit nullum

het omnia nisi d. Bruszinsky cum d. Castellano lublinen. subministravit. Magister Thomas
ut alias scripsi accepit omnes, digno admiratur omnes sed et ipse inter plurimos vacillat
et penitet. Quinimmo est etiam cum nonnullis Cracovien. magistris recedere Thoma pronavit
d. Nicolao de Brzesze, d. autem Johannes ligansza castellanus Wyeyen. puto cum non vadit
hodie dum ex Cracovia in hunc locum recedere pararem, venit ex Dorbe Jacobus et duas
nuntii litteras attulit, unam magistri Thadei alteram Johannis Mocz. utramque originaliter
v. p. mitto, videbit quam v. p. aliquando non meminit, Moroz quod litterae v. p. a domino praedicto
et praedicto Thadeo misse non sunt huiusque reddite. Timeo quod in via intercepte
sunt. Littere super ecclesia Ewroven. puto non habuit expeditionem nisi inter vitem in
nitrate propter aliquam difficultatem que intervenit, de emittendo aliquali
auro pat. v. p. nulla loquitur magister videbit pro certo Carolus Moriney recepi
domino Adam propter florenos de Tyczorze et estimo erit de illis contentus et
sicut in aliis vult v. p. domina Regina nullatenus voluit consentire ut
aliquis haberet prebendam ad Werzmolowski nisi d. Roy, avisata aliquorum litteris quod d. Albertus
penitentiarius mortuus sit vel in brevi moriturus. Non est amplius de illa praebenda
spes habenda aliqua. Adam optavit captare viam ubi d. Otha consentiret in
finem ut d. Andreas nepos v. p. esse possit canonicus forte d. Czanstkowsky
recipet uxorem et cedet desuper. Praebenda Sandomiriensis accepta, quam et d. Adam suam
resignare horret et refugit. De canonizatione beate Hedwigis Regine modica apud
me est spes. Super varie verberamenta aerem. Non est cum spes ut petitur.
Contributionibus ad illum deputatum usum, quarum maior pars iam distracta est.
De Chartusia facilem video viam, dummodo d. Regina firma sit prout promisit
spero habebit p. v. intentum si sollicitare diligentius fuerit ceperit. Magister Werzmowsky
nichil hoc puto faciet, que cum optimo tenuis facturum sperabat. Rumor
ille quem prius descripseram iam quievit. d. Raphael Slawinsky vicecancellarius
suscepit prime prestitam si remansisset non videbam aliud potiorem nisi magistrum
Paulum de Zathor. Siligo de Vsthczew missa nichil valet, vix illam
scrophe comederent. Cras diem domino in Vsthczew committar et ordinabo ut
alia melior siligo trituretur. Seduntur Cracoviam, ne cogatur v. p. pecuniis
panem coemere. Ante dies plures Tomozowsky miserat nuntium suum petivit
Cracoviam, non propter aliud nisi ut d. Castellanus Cracoviensis et d. Sebastianus rogaret
quatinus sibi assistentiam facerent. Uterque se benivolum optulit et repromisit eorum
assistentiam, dummodo non sit contra v. p. Tractabo tamen cum secretario illo Tomozowsky et
si quid avisandum fuit avisabo per familiarem meum Pyetrzykowez quem remisi
expeditum remittam. Castellanum lublinen. accersito praecipue magistro
Marco multas querelas coram eo et v. p. effundit, asserens quod p. v. negotia d.
Lyasky ubique promovet et d. Bruszinsky deprimeret. Et quod in evidentem huius
rei magister Marcus suscepit omnes legationes regie vetuit. Replicabat tamen magister
Marcus non esse vestrum de prohibitum sed quod respondit magister volebat huius assumere.
Magister Elgoth nondum reddit pecunias contributionis domino nostro Regi et hodie
ex Cracovia alter suum recedens pecunias apud magistrum Paulum de Zathor reposuit
quem cum requiret dabit illas, nec potest aliud facere, cum bulla nichil
de Chartusia tangit, licet sub illo colore ipsa consenserit. Contributio pro vestra
prioritate nondum data est sed nec dabitur, donec v. p. Cracoviam advenerit

et ad mortem usque pro salute communi decertare firmaverunt non querentes
que sua sunt, sed que ihesu christi, nec committentes contra vetustissima sanctorum
decreta patrum cum hereticis tractatum inire, aut participacionem habere, qui ne
sua contagione morbida sanos inficiat vitari iubentur, et hominibus pro
sua correctione destitui fauoribus, nec communicare divinis. Nulla est
enim conveniencia christi ad belial, nec participatio lucis fidei ad tenebras here-
tice pravitatis, sicut nec consensus aliquis templorum dei cum idolis etc. Et
si forte dux iste pretenderet hec non in heresum fautoriam, sed ad emen-
dationem et conversionem errancium attemptasse, non gratis aut voluntarie se
seducat, sed animadvertat quam verisimilis sit novos iste correccionis de-
linquencium modus, ut ad compescendum furiosum et suis obviandum periculis
sibi tradatur gladius, aut exaltentur cornua peccatoris sua quoque potestas
augeatur, ut propterea se sub humili confessione erroris correctioni sub-
mittat. Non enim duci licet sed trahi peccatis, aut verum merite commi-
nacionibus, et obstinatis animis, nec pertinaciam hereticorum conversionem prodesse
sed potius obesse constat, hanc si tandem illis ab ipso duce concessa sunt
perfectionem, que revera contra notoriam fidei et christiane religionis offensam
et horrendam christianorum sanguinis effusionem, et certa quorumcunque erit occasio fla-
gicia eciam novare et hostilium inter christianos principes discordiarum
letale seminarium prebet et fomentum, que preterea robur augent infidelium
et succendens furentem et crudelem temerariis presumpcionibus eorum audaciam,
redemptoresque subtrahens fidelibus auxilium, ipso non parum derogat perfectionem
fidei, obstaculum ingerit, et confert impedimentum. Etenim attendite
vos presules et commisso gregi dominico fidei et ecclesie, amatoresque saluti
pastorali vigilancia consulite, et sicut vestre professionis est causam dei
et tocius sancte religionis viriliter agite, nec vecordi subdola vel nimia
qua dissimulacione permittatis, quantum in vobis fuerit ipsum ducem aut
fideles polonie in hac plebe hereticorum fautoriam, sed arguendo
obsecrando increpando monete exhortemini ac nostra et apostolice sedis
auctoritate dicto duci suisque in hac re fautoribus vel in vindicationem
iudicii divini mandate ne prebeant impiis et apostatis auxilium
sed perfugium a tabernaculis pastorum peccatorum ne tandem involuantur

126

in coram scelere et horrenda punicione nec ponat tam fedam maculam in gloria
sua, sed iuxta apostolicam sententiam in ea vocacione qua dudum ad ecclesiam
per lavacrum regeneracionis clementissima vocacione divina vocati sunt in
sinceritate fidei ac unitate et obediencia ecclesie perseveret, neque putet ecclesiam
quam divinus assidue dirigit et protegit sponsus, suorum quantumcumque versuta
malignitate et robusta multitudine hostium deici posse, licet ad
tempus affligi, certe sciatis quod adversus ecclesiam nulla unquam potestas
nec ipse porte inferi temporales potuerunt vel fidem eius elidere. Cumque
enim sathanas expetierit ut apostolicam cribraret sicut triticum ecclesiam
Christus tamen qui ut apostolus loquitur pro sua reverencia exauditus est
oravit pro Petro ut non deficeret fides eius, et nobiscum esse promisit
usque ad consummacionem seculi, sed non advertere materiam clare isti
censentur immemores, qui vel ipsam ecclesiam, fidem eius vel auctorem
prophanare vel impugnare presumunt, aut in tribulacionibus eius
pro sua facultate succurrere parvipendunt subdole dissimulant aut
negligunt. Stat enim ad indignandum dominus, in cuius fide et divinis
leges impie agere impune non cedit, regna transfert et constituit, sub
cuius dicione cuncta sunt posita, nec gloriam potest coram ipso stulta
presumpcio omnino tacere, aut ubi conflatus dux heresis quod absit
parere contempnet salutaribus monitis, preter salutem subditorum
et aliorum perdet et salutem, quos ad constandum in hac re dicto duci
favorem vel obsequium nullo teneri iuramento iudicare, tum omnem
adversus fidem promissio debet infidelem censere permiciem, necnon ad
consules eiusdem ducis et sibi complices in hac re quovis quesito
colore auxilium consilium vel favorem pro censura ecclesiastica, et alia
iuris remedia constanti virtute prout casus exegerint procedatis
tales agentes in premissis, quod iuxta debitum pastoralis officii de zelo
fidei nostra devocione possit apud nos et universam ecclesiam merito
commendari. Datum Rome apud sanctum Petrum sexto Idus Marcii
pontificatus nostri anno octavo.

Martinus episcopus servus servorum dei Carissimo in Christo filio Wla
dislao Polonie Regi Illustri Salutem et apostolicam benedictionem. Nuper dum
cum fama publica nunciante sensissemus id quod nobis non credibile
videbatur de voluntate atque proposito dilecti filii Nobilis Alexandri Lit
vuanie ducis in protegendo Bohemos hereticos, et eos cum sua potencia
sustentando Serenitati tue et sibi scripsimus, que utriusque dignitati contra
venire videbatur. Nunc vero per suas litteras certiores facti de hac
eadem sua disposicione non dubia, nec obscura, magna admiracione et
dolore commoti sumus, quia manifeste cognoscimus quod si predictos here
ticos sub protectione sua ulla condicione receperit iniuriam deo et reli
gioni christiane ac eius detrimentum et nomini suo dedecus faciet et ma
gnorum scandalorum materiam in christianitate movebit, ac novorum
bellorum et discordiarum incendia suscitabit. Et propterea monemus
eum, sibi quod scripsimus in virtute nominis Ihesu Christi, ut se ab hac
perversa opinione removeat. Nam vestram regiam celsitudinem obse
cramus, ut quantum apud eum potes auctoritate consilio et caritate non permittas
ipsum labi in hunc errorem detestabilem et infamem, ex quo non sequitur
sincera reductio hereticorum ut ipse sperare videtur, sed gravior contencio
fidelium et christiani sanguinis largior effusio. Bohemi vero qui si non
erunt ab eo defensi facile ipsa necessitate inclinabuntur fient atrociores
presidiis suis adiuti, et horum quoque malorum que si occupabit Regnum
Bohemie necessario secutura sunt. Tu et ipse qui hunc usque optimorum

xpianorum nomine florentibus causa extitisse dicerent aliarum rerum occupatores
iniusti, romanum imperii turbatores. Nam communis opinio est, nichil eum
conari sine tuo auxilio atque consensu, que etiam verisimilior facta est ex
relacione dilecti filii Martini canonici sancti Georgii in castro Gnezn-
nensis utriusque iuris, qui inter alia parte tua nobis exposuit serenitatem
tuam non esse prohibituram, quin in tuo regno Polonie stipendiarii in Bohemia
profecturi conducantur nomine Alexandri ducis. Hii si fieri permiseris
nichil persuadebis hominibus te huius consilii expertem esse, sed evidenter
apparebit te ad eorum in isto proposito consentire et etiam huius detestande
expedicionis esse te auctorem, ut plerique asserunt, vel saltem eiusdem
esse secundum voluntatem, quam dum licet velis fili carissime corrigere et
meliore et sanctiore mutare consilio, tuosque favores non hereticis sed
nostro et apostolice sedis legato prestare et aliis catholicis principibus, qui tunc
eos pro causa dei militabunt, eo quod omnipotentis dei graciam nostram et apostolice
sedis benivolenciam, publicam xpianorum et laudabilis fame preconium,
tum quiete animi et pacem regni tui consequeris. Datum Rome apud
sanctum Petrum XIII kl. Junii pontificatus nostri anno quinto.

Sermo Regis Anglie ad papam Martinum quintum super reformacione ecclesie.

Beatissime pater, cunctorumque fidelium piissime pastor et rector. Postquam in conspectu
vestre sanctitatis nos hic astantes humiles ambasiatores serenissimi atque
xpianissimi principis domini Henrici dei gracia Francie et Anglie Regis
filii vestri devotissimi tantam invenire graciam meruimus in hac hora
et hoc sacro celeberrimoque presenti auditorio ea proferre debeamus in medium
que rex ipse xpianissimus sanctitati vestre nobis iussit et mandavit exponere,
premissis inde graciarum actionibus devotissimis, quas ex omni nobis a deo
possibilitate concessa eidem sanctitati vestre referimus, rem ipsam nobis iniunctam
prout ab alto michi concessum extiterit, sub correctione tamen et benignissima
supportacione sanctitatis vestre celeriter quarum instruccionum nostrarum materia pa-
ciatur absolvere conabor. Ut autem sermo meus efficacior sit eorumque animos
aut suadeat aut edificet aut delectet, quo fundamento convenencius in-
nitatur, verbum illud assumam regium psalmo scriptum XXXII°, quod fidelis
rex David ut populum sibi commissum ab hiis quos diudum paciebatur tribula-
cionibus et angustiis eriperet, ad deum confidenter legitur dixisse: fiat misericordia
tua domine super nos quemadmodum speravimus in te. Beatissime pater piissimeque Thema
fidelium pastor et rector, sepe et multum sicut hora novit studiose lugent
et clamavit ecclesia, et novissime diebus istis maxime autem in sacris pi-
sano, Romano, Constanciensi atque Senensi conciliis cotidiis, vox audita est
ploratus et ululatus multus. Rachel id est amicabilis et placens deo,
beata mater ecclesia plorans filios suos in diversis mundi partibus heu lamentabiliter
deformatos noluit consolari, sed amicta veste lugubri et quasi vidua
facta domina gencium post filios quos enutrivit et exaltavit, decoris
sue pulcritudinis recepit primordia in plateis cotidie clamitat: No-
lite me vocare Noemi id est pulcram, sed vocate me Maram id est
amaram, quia amaritudine replevit me dominus. Pro autem fortassis
plus ceterisque solito hiis diebus amaritudine se repletam lamentatur
ecclesia, quia a diebus sacri pisani consilii, in quo de fienda reformacione
certa credebatur data esse promissio, frequenter levavit in altis pios in
montes unde veniet auxilium sibi. In montes inquam id est in prelatos
et viros ecclesiasticos, qui propter altitudinem et eminenciam sancte vite sanereque
doctrine quibus pollere debent, in sacris ab ecclesie doctoribus rite montes
nuncupati sunt. Sed vacati qui destruxerunt templum dei et in tribus
diebus non edificaverunt. Verum auxilium istud quod est communis salus
ecclesie dei reformacio, quam per annos ultra quadraginta durante
diro scismate ipsa mater ecclesia cogebatur expectare, rursus a consilio
Pisano ad Romanum, a Romano ad Constanciense, a Constanciensi ad
Senense, tandem vero a Senensi ad Basiliense remissum est, quo fit ut ipsa
mater ecclesia verum istud sic longe factum esse ab ea conspiciens, ac per hoc

de ipso pene desperans ad reges et principes terre cum sancto Job in amaritudine
anime sue clamare compellitur. Ecce non est auxilium michi in me, et ne
cessarii mei quasi amici mei et nati alieni recesserunt a me. Porro quibus
eos homines putabat esse catholicos aut zelantes pro domo dei, quorum aures
tinnire non faciunt, cordaque non emolliunt ad compassionem et fletum in omnem
terram, et in fines orbis terrarum hiis diebus exeuntes clamores populorum, lamenta
cleri, sacerdotum gemitus, pontificum lacrime, luctuosa nobilium carmina, inexplica
biles principum merores, anxia regum suspiria, quorum omnium una vox
unaque dicitur esse summa conclusionis: omnia que sunt in hoc seculo neque mala pa
riter et scandala, que perfecto super celeri festinatissimaque reformatione multum
egent: errores videlicet et hereses, corrupti mores, hec urgentes guerre, secte divi
siones, simonie, concubinatus, fornicationes, ceteraque deformationes et crimina,
quibus tota christianitas paulominus ad fundamentum exinanitur eo peruis (?)
venisse magisque ac magis de die in diem convalescere, quia de viciorum
et heresum extirpatione, de correctione morum, de dissidentium inter se christi
anorum pace et concordia per sanctam atque desideratam cunctis gentibus
ecclesie dei reformationem ecclesiastici viri sufficienter hactenus non curarunt.
Hiis igitur beatissime pater assiduis validissimeque populi christiani clamoribus,
quibus forte comparati minores invenirentur clamores filiorum israel ab egip
tiis quondam oppressorum, ad quos tamen visitandos et in melius reforman
dos clementissimus deus, ut habetur Exodi tercio capitulo, descendere dignatus
est. Ad has insuper miseras ecclesie pressuras gemebundasque voces, que
perfecto corda christiana non obdurant sed reserant, non seducunt sed com
pungunt, excitatus, et ad sancte compassionis affectum salubriter provocatus, serenis
simus atque christianissimus princeps dominus Henricus dei gratia Francie et An
glie rex V., filius devotissimus more progenitorum suorum clarissimorum
Francie et Anglie regum, qui ad subveniendum ecclesie necessitatibus nulli
regum aut principum terre fuerunt unquam secundi, per id quod in ipso est
hiis tantis dei ecclesie malis efficaciter occurrere seque murum opponere
pro domo dei sedulus affectibus disposuit et festinat, sciens utique ut loquitur
apostolus prima Corinthiorum nono: Bonum est homini magis mori quam ut
gloriam suam evacuet. Cum enim desolatis afflictisque populis proximum sit regum
clementer subvenire, dicente poeta: Regia crede michi res est succurrere
lapsis, quo pacto suam non evacuabit gloriam rex, cum ecclesie sancte dei
ut parturienti pacienti vel ad horam succurrere distulit. Sane rerum
omnium deus, quo solo sue bonitatis intuitu cuncta produxit, in eo res crea
tas amoris cuiusdam realis vinculo sic coniunxit et univit, sicque de
se invicem voluit esse sollicitos, ut unaqueque res non propter se ipsam, sed
ut alteri serviat et ministret esse creata videatur, et quanto res aliqua
nobilior est atque perfectior, tanto de sibi subiectis et inferioribus
curam atque sollicitudinem gerat ampliorem, quemadmodum Luce vicesimo
secundo scriptum est: Qui maior est in vobis fiat sicut minor, et qui precessor
est fiat sicut ministrator. Et hec omnium vide perspicue est considera
tibus regulares continuosque motus et influencias planetarum ceterorumque
corporum celestium, quibus hec inferiora corpora in suis operationibus diri
guntur et adiuvantur. Considerantibus insuper actus ierarchicos, quorum sunt
purgare, perficere et illuminare, quos angeli superiores respectu inferiorum
et inferiores respectu hominum regulariter exercendo ipsis ministrare et quod
modo servire noscuntur, quemadmodum divinus Dionisius in libro de cele
sti ierarchia plenius diffusiusque commemorat. Et hoc amoris vinculum
equo pensans libramine disertissimus et eloquentissimus Cicero in primo
de officiis eleganter sursum dictum a Platone recitat, scilicet non nobis solum
nati sumus, sed ortus nostri partem patria vendicat, partem amici.
Et ut placet Stoycis, inquit, que in terris gignuntur omnia ad usum

hominum creata sunt. Homines autem hominum causa geniti fuere, ut ipsi inter se
alius alteri prodesse possit. Cum igitur beatissime pater devotissimus atque
christianissimus princeps dominus Henricus dei gratia Francie et Anglie rex
vestre sanctitatis filius devotissimus tantum sit et eo usque notabilissimum ecclesie
dei membrum, ut inter omnes reges et principes orbis christianissimi
nomine mereatur insigniri, quem ceteris sibi subiectis et inferioribus
ecclesie dei membris per omne quod in ipso est sanitatem eius celeremque
reformacionem procurando non teneri subvenire. Immo quanto constat ipsum
esse nobiliorem atque sublimiorem ceteris, tanto sibi maior incumbit
necessitas providendi, ut diebus suis in ecclesia dei nichil monstruosum
nichil scandalosum seu deformatum vel maneat vel appareat. quod quidem
utique pro viribus studeat adimplere. In ceteris quod suis super omnia videre
desiderat, vestram sanctitatis clemenciam beatissime pater sine qua collapsi destruuntur
muri nequeunt reedificari non petit, et suis digne sanctitatis vestre pia
sancta velit perficere desideria. misericorditer quod celerius subveniat, quibus
ob defectum reformacionis per universum orbem populus christianus paulo
minus ad mortem opprimitur. per hec verba regia clementer satagit incli-
nare. fiat misericordia tua domine super nos quemadmodum speravimus in te. Et quippe
Mia qt misericordia secundum descriptionem Augustini aliene miserie compassio qua
utique si possumus subvenire compellimur, et hec virtus eo usque grata
est et placens altissimo ut sacrificiis immo pre iudicare et deus
totius consolacionis misereri sit et parcere etiam quibuscumque sacrificiis
ipsam preferens dicere voluit per prophetam: misericordiam volo et non sacri-
ficium. Immo pre iudicare et deus totius consolacionis misereri sit et
parcere, ut proprium sibi velit attribui. per hec utique potest intelligi
nichil esse quod eque sicut misericordia homines deo propinquos et similes
reddat et efficiat. Hinc Tullius loquens eggregius, quemadmodum in
nono de civitate dei beatus Augustinus pulcre pertractat, cum in oracione pro Ligario
de laudibus cesaris loqueretur, misericordiam similiter cunctis virtutibus ante
ponens. Nulla inquit de virtutibus neque desiderabilior neque gratior
misericordia est. Licet igitur beatissime pater multe sint christianorum deformitates
et miserie, multas habeat iniquitates et peccata, et si dixerimus peccatum
non habemus, veritas in nobis non sit, certa tamen hanc preciosissimam
virtutem in vobis esse fidimus, opera vestra piissima cotidie locuntur.
Si ergo tantis christianorum deformitatibus et miseriis rex iste christianissimus
misericordias vestras applicari meruit, quibus de suscitacione iacencium erigere
in pulvere, quibus de morbidorum curacione opera vestra appellatur sacratissime
coruscare preciosissima citissimaque oracione. Vincant igitur sine vere
misericordias vestre beatissime pater, et ut misericordias domini vestre beatitudini ipse apostolorum
totus mundus metrum cum rotunditate decantet: fiat inquit rex misericordia
tua domine super nos quemadmodum speravimus in te. Sed inter miseraciones vestras
que tante sunt et eas super terram multiplicari necesse est, que nam
esse putabitur misericordia illa vestra beatissime pater quam fieri super nos rex iste
christianissimus tam instanter eflagitat, nisi festina sacri generalis con-
cilii celebracio et in eodem fienda universalis ecclesie dei tam in ca-
pite quam in membris conveniens salubrisque reformacio. Cum enim quasi
tempora venerant novissima in quibus filius perdicionis qui dicitur
antichristus revelabitur, iam proh dolor per universam fere christianitatem
non audiuntur nisi scismata et sediciones, altaria dei lamentabiliter
destruuntur, ecclesie ministri cum spiritu pharaonicam instabiliorem

sunt reducti loca sancta polluantur ecclesiastica sacramenta ceteraque misteria regni
dei perperam conculcantur insurgunt secte nove prevalent heretici superstitio
vigeat abhominandum formidandumque scismatis idolum multi recedi sibi facere mo
liantur vocatorumque qui vocati sunt iam amplius digne ambulare nolentes
propterea sunt nephandis scelestibus violentiis ministeriis exactionibus
indebitis simoniis publicis fornicacionibus notoriis ceterisque pessimis
abhominacionibus ad quas videndas Ezechielis fodere parietem opus
non est caritatis nomine etiam aput infideles fetorem faciat contempti
bileque reddat. Quid rex quid clerus quid populus quid sacerdos quid
denique iuvenes aut senes ex omnibus infirmitatibus vestris vestrissime prope non
aliud prius habent implorare nisi festinam sacri generalis concilii
celebracionem in quo tante deformitates celerius reformentur per hoc quod
sicut loquitur apostolus omne quod obscenatur et fiet omnis mundus subditus
deo post hanc quippe unam spirat et suspirat rex vester christianissimus
et tamen tuum ipsius sedulitate desiderat sicut regnicole atque dominorum suorum
fideles et subditi sunt in unum dives et pauper et nisi esse quod hanc in
concilio Senensi novissime lapso inchoatam deberet finaliter feliciter recipere
quam sacrum Castaviense concilium circa hoc vere sublimatum occupatum perfice
non valens ad tuum proximum sequentem generale concilium remiserat suos ad
dictum Senense concilium rex vester christianissimus solempnes ambassiatores de
stinaverat plures utique sicut et ceteri principes orbis mittere paratus
altitudo divitiarum scientie et sapiencie dei quam irreprehensibilia
sunt iudicia eius. ab impedimentis que tunc supervenerunt sibi invicem
vans ipsam ad dictum Senense concilium quod sunt celebraturi pro foribus
pervenisset descende bona perfecto facturas que rex hominum generaliter estimare
sufficeret corruptos vestros mores ab ecclesia dei expellendo hereticos con
futando grecos ad latinos veniendo convertendo corda patrum in filios
et incredulos ad prudentiam iustorum ad que bona totaliter redditus
creditur esse possibilis nisi quemadmodum postulat rex celerius fiat misericordia
tua domine super nos quemadmodum speravimus in te. hanc vero unam propterea
rex christianissimus etiam fervencius prosequitur ac optat quia ad ponendum absque
pacem in populo christiano sancta patres olim unam eorumque necessariam atque fru
ctuosam esse docuerunt. ut vix in ecclesia dei vel heresis vel scisma aliud
vel qualiscumque morbus crescentem infectum fuisse legatur exortus ad cuius
perfectam curacionem sacrum generale concilium velut antidotum ad hoc sedule nece
ssarium maxime quod convenientes sapientes non adhibuerint. Quid enim Arrium quid
Sabellium quid Manicheum ceterosque devicit hereticos aut etiam scismaticos
aut de papatu contendentes vel in papatus regimine notorie delinquentes
Quid preter sacrum generale concilium ad semitas rectas vel redire vel
potuisset reducere. Denique et in primitiva ecclesia cum inter fideles questio
fuisset exorta super sanguine suffocato ceterisque ceremoniis legis veteris
apostoli quos tamen spiritus sanctus replebat nullus ipsorum sed neque petri in
dictum sententie concilii generalis preferentes ut omnes de medio scandalum
tollerent divisionis occasio mox sacrum generale conatum celebrare voluerunt
tamen concilii finem ut habetur actuum xv beatus Jacobus promulgans visum
est inquit spiritui sancto et nobis. per hoc totique [illegible] consummando quam
amplexanda quam fovenda quamque veneranda sit a regibus et prin
cipibus universisque populo christiano generalium celebracio conciliorum quibus
rite celebratis spiritus sanctus sic assistit ut in ipsius eandem habentes
cum spiritu sancto mereantur proferre sentenciam nec iam ibi sunt homines qui
loquuntur sed spiritus sanctus qui loquitur in ipsis. Et hac ex causa fortassis
potest contingere quod licet plenitudo potestatis ecclesiastice in summo pontifice
plene resideat nullaque sit viatrix creatura quam Bonifacius VIII

suffitient reformare deducereque non valeat de virtute in virtute donec
videbit deum deorum in syon. Propterea tum in hiis que generalem populi
xpianum in fide et moribus deformati concernunt reformacionem ad generale
concilium recurritur. Quum cum spiritum sanctum conciliis generalibus rite
celebratis regulariter et infallibiliter assistere nemo fidelis ambigat
hoc ipsum spiritu sancto per salvatorem promittente cum dixit Ego vobiscum
sum usque ad consummacionem seculi. Et ubi duo vel tres in nomine
meo fuerint congregati in medio eorum sum. Propterea proinde con
ciliorum generalium diffiniciones condempnaciones declaraciones ceterasque quas
cumque ordinaciones vel formas tamquam regulas prorsus infallibiles
et non quasi ab hominibus sed a spiritu sancto inspiratas et traditas Re
ges et non principes cunctique fideles recipiunt eisque longe libe
rius obsequuntur quam si similes aut forte clariores ab homine per
tabulas traderentur eis quia eciam in statutis per concilia generalia
editis Reges et principes cunctique fideles xpiani partes virtua
liter existunt et in eas consenciunt. Nimirum cum legem quam quis
tulerit ipse portabit vel pati debeat. De obediendis statutis
conciliorum generalium Reges et principes ceterique fideles facile
inclinantur nec eorum umquam ulla potest obrepere excusacionis occasio
quominus ipsa fideliter et inviolabiliter teneantur adimplere. Et hinc
fundamento catholico dudum forsan innixi viri sancti tantam generalibus
conciliis reverenciam impendisse leguntur ut eciam magnus ille pater
Augustinus dicere non erubuerit. Ewangelio non crederem nisi me
ecclesie compelleret auctoritas. Quo motivo eciam fortassis moti pariter
et inducti nedum Greci sed eciam Hussite a suis erroribus et
viis pessimis converti forte recusant donec sacrum concilium
celebretur in quo spiritus sanctus doceat eos omnem veritatem et non
quasi per homines sed per spiritum sanctum convicti cognoscerent quoniam tunc
prout deficiunt scrutantes scrutinio resipiscere compellantur. In laudemque
concilii generalis perpetuo clamare non desinunt Suscepimus deus
misericordiam tuam etc. Cum igitur Christianissime princeps Sacrum
generale concilium tante sit auctoritatis et efficacie in tantaque venit
apud omnes xpicolas veneracione ut sine ipso vix credatur
esse possibile illos qui sunt in sordibus errorum corruptorumque
morum non sordescere sed per ipsum aut et in ipso certum sit fideles
omnes confestim et efficaciter posse recipere pacem cum deo inter
se reconciliacionem viciorum et heresum extirpacionem fructiferam
virtutum plantacionem morum honestatem desiderandam Grecorum cum
latinis unionem. Nonne Rex noster xpianissimus qui principibus
inter omnes coetaneos suos sacre fidei sancteque matris ecclesie
pugil et defensor est. Cuique sic loquitur scriptura Gladius
in vindictam malorum laudem vero bonorum a deo traditus

esse demonstratur ut hac caritatis divine dulcedinis benedictiones languidus xpi
grex suscipiat ut unguentum istud preciosum quod est in capite nedum
in barbam barbam aaron sed etiam in oram vestimenti eius cele
riter descendat festinam huius sacri concilii celebracionem incessanter
atque viriliter prosequi compellitur ymo plane compellitur
et ad hec ipsum habere manifestum interesse ipsumque ad hoc ligatum esse
prorsus et astrictum etiam per motiva que sequuntur si per plenum ea
deducere fastidium non afferret plene demonstrabile est Quorum motivorum
primum fundatur in fidelitate quia Rex ipse christianissimus ecclesiam dei
astringitur defensare illis videlicet qui per errores et hereses aliisque
modis ipsam impugnant et lacerant viriliter resistendo Secundum
in honore et reverentia quam suis debet progenitoribus exhibere
per magnificum videlicet operis reformacionis ecclesie quod ipsi progenitores
sicut toti mundo constat cum indefessis laboribus et expensis edi
ficare ceperunt ad perfectam consummacionem deducendo Tercium fundatur
in fideli custodia quam populis sibi commissis et subditis tenetur
ministrare ipsos videlicet a scismaticis et hereticis ceterisque lupis
rapacibus solicite defendendo Quartum in caritate seu benivolencia
quam grecis et barbaris sapientibus et insipientibus quibus debitor
est debet impendere ipsos videlicet ad pacem et concordiam proximumque
matris ecclesie sancte gremium diligenter reducendo Quintum in fame proprie
custodia qua obligatur pro viribus illesam conservare ipsam videlicet
ab omni suspicionis necnon sinistre nota sapienter precavendo Et ut ex
hiis omnibus motivis saltem ultimi vel in parte declarati
dicta mea verificet Cum rex non christianissimus a prosecucione celebra
cionis concilii generalis et in ipso fienda reformacionis desistendo
illam posset dampnabilem omnique punicione dignam incurrere notam
fautorie deformacionis ecclesie Quia secundum Gregorium Error
cui non resistitur approbatur et consentire est sugillat beatus Bernardus dicens
Tacere cum possis arguere nichil ut suam famam gloriosam illam
per galliam inclitam que dicente Jeronimo monstris [illegible] caruit ab
hac execrabili fautorie deformacionis ecclesie nota illesam
prorsus servet et racione ad prosequendam hanc festinam concilii
generalis celebracionem omni iure divino pariter et humano li
gatus esse censebitur et astrictus Et vehementer quidem astrictus
est et si sic non faciat vix a debito magno mundabitur
cum non solum qui faciunt mala sed qui facientibus consentiunt
ab apostolo digni morte iudicantur nec consequencie vel appa
rencie quomodo habet si singuli Reges aut etiam congregati
cum deo Abraham principes populorum hac festinam concilii
generalis celebracionem forte non quererent quod propterea Rex in

desistere debeat ab inceptis, quoniam nullum forsan in tota christianitate Regnum
invenitur quod in vacantiarum solucione, in beneficiorum ecclesiasticorum adepcione,
in causarum beneficialium deduccione tam enormiter et notorie sicut pre
amplissimum obedientissimumque Francie Regnum deformetur ledaturque. Sed
esto hiis particularibus morbis absque generali Concilio medela
sufficiens possit adhiberi. Si tamen quod absit adhuc omnes declinarent
et de reformandis defectibus notoriis quos circa fidem et mores
patitur ecclesia nemo curaret, Nonne propterea contra divine legis
preceptum a Rege nostro turba est ad faciendum malum sequenda.
Immo cordatus atque magnanimus ille Malachias et sororum
Illustrium cathalago iustus ascribitur, quo zelo divine legis suc-
census Malach sedo solus invenitur liberius fideliusque protulisse
Et si omnes gentes Regi obediant Anthiocho ut discedat
unusquisque a servitute patrum suorum, ego et filii mei et fratres mei
obediemus legi patrum nostrorum, propicius sit nobis Deus. Si eciam
ecclesie Dei necessitatibus christianissimus Francie et Anglie Rex
taceat atque dissimulet, in quem amodo sue salutis anchoram
figere poterit ecclesia. Si statuta haut dubium prorsus inviolabilia
sacri Constanciensis Concilii super ecclesie Dei reformacione, Gre-
corumque cum Latinis unione salubriter edita Rex noster tamquam
primogenitus sancte matris ecclesie efficaciter observaret, primo
et ante omnes fideles, non poneret quis ex omnibus christifidelibus
hoc opere tam arduo iuste dissimulacionis causas ad exemplar
ac per hoc et ignominiam Regis nostri pandere non poterit. Sed et
Rege nostro dissimulante et ipso ad tempus quod Deus prefixerit
Concilii generalis celebracionem expectante, postquam statutis Concilii
Constanciensis super ecclesie Dei reformacione salubriter editis
satisfactum esse non videtur, magis autem ipsam ecclesiam Dei
continue videtur exponi periculis scismaticorum, periculis simoniacorum,
periculis undique nunc insurgencium sectarum et heresum, et quod lamen-
tabilius est periculis pseudo christianorum per quos detestabiles cor-
ruptosque mores ipsam ecclesiam enormiter notorie scandali-
sancium nunquam sanguinem et animas christianorum christum sibi sub-
ditorum qui pendente tali expectacione predictorum serpentum veneno
pestifero letaliter toxicabuntur de manu sua, quemadmodum in Ezechiele
scriptum est, exactissime requireret Deus omnipotens. Sane adversus
Reges ceterosque pastores et rectores populi Dei, qui pascua semet
ipsos gregem autem Dei commissum eis pascere non curant, horribiles
formidandasque malediccionis per Ezechielem ceterosque prophetas imprecatur
promulgantur. Ammirari proinde nemo potest aut debet. Si rex
noster sit ligatus et astrictus, hanc nimium festinam gerit sacri
generalis Concilii celebracionem fructuosissime prosequatur et expetet

Et profecto beatissime pater ni fallatur ipse Rex, ni que fallantur
viri doctissimi circa ipsum multaque per omnem modum et vestre devotissi-
me hec una nullum v. s. offerre potest deo sacrificium acceptabilius
Nullam populo christiano vobis commisso graciam conferre potestis am-
pliorem. Sed et nulla laus durabilior, nullaque magis perhenne
decus vestris operibus virtuosis potest retribui. Quam si diebus vestris
sanctam hanc ecclesie reformacionem in Concilio Constanciensi solempniter
promissam, concorditerque per omnes naciones in Concilio ad proximum
post quinquennium celebrando necessario fieri debere conclusam adimple-
re meruerit in populo dei. Et enim ut ait scriptura homo gloriam
suam alteri dare non debeat. Quis vestram fidelem et hanc sanctam
ecclesie dei reformacionem, ex qua totius orbis vestre fama dependet
quasi alteri reservandam, ultra vel ad momentum differendam esse con-
suleret. Considerata presertim hac Salomonis sentencia durissima ecclesiastici
nono (?) ex cultoribus vinee domini sabbaoth adurgitur
laborandum terribili mortalitate. Quodcumque invenit manus tua
potest facere instanter operare, quia nec opus, nec racio, nec sciencia
nec sapiencia erunt apud inferos quo tu properas. An cui
homini ut de sancta conformacione gloriam reportet ad septennium
vitam spopondit altissimus. Sed et hominibus quotidie morientibus
et sub deformacionis naufragio pereuntibus et perditis, quid
proderit ad septennium quantumlibet salubris facti reformacio. Cum
enim sint tantum vobis desiderata. Aut eciam duobus gemellis
in utero sancte rebecce dudum collidentibus feliciter expulsis. Quid
necesse fuit in Constancia concipere quod vix ibi nasci longevis
temporibus in opidum (?) moris deformitas. Ut sacrum Con-
stanciense Concilium ad ecclesie dei reformacionem eque sicut
ad sedacionem nephandi scismatis celebrius congregatum necessario
extitit. Cum enim nunc hominum malicia eo usque creverit, continueque
crescat, ut valde timendum sit, ne in proximo deum peniteat
hominem fecisse. Quid superest beatissime pater si populus eciam
sacratissimo regimini vestro commissus paulisper hac reformacione
caruerit, nisi quod ipse paulatim in viciis et erroribus inevolubiliter
radicatus ad profundumque peccatorum deveniens tandem aliquid Moisi
tarditas allegat. Et sicut Exodi tricesimo secundo scriptum
est. Ipse populus adversus Aaron congregatus horribiliter voci-
feret. Surge et fac nobis deos qui nos precedant. Moisi
enim huic viro qui nos eduxit de terra egipti ignoramus
quid acciderit. Jam enim beatissime pater securis ad radicem
arboris status ecclesiastici ut divino succidat et amputet
iam esse posita cognoscitur. Ipsaque namque arbor licet grande
et ad celum usque pertingens nedum in Bohemia, sed

etiam in omni fere patria xpianorum iuxta parabolam luce cum septa
tamquam ficulnea pluribus inutilis sterilisque terram occupans ad succi-
dendum excidendumque foras publice dampnum. nisi veluti hunc tandem
expectatum per totque generalia concilia promissum sancte reformacionis fructum
salutiferum languescenti populo dei efficaciter attulerat. lignum habet
spem ait sanctus Job. et si precisum fuerit rursum virescit. et eius rami
pullulant. Sed heu precisam quod absit subtractam semel ab eccle-
sia quod scriptos et alios non reformat pristinam viriditatem, quis eam
ultra pusillus ac magnus vel omnino vel fructiferam conspiceret.
O igitur felix fortunataque progenies inclita de columpna. cui
certe similem in gloria Roma non habuit. Si ex te ortus beatissimus
papa Martinus sicut inveteratum scisma nullum durius ecclesiam
atteruerat feliciter terminando ex omnibus xpianis undique longe lateque
dispersis unum ovile facere et fieri meruit unus pastor. Ita
per sanctam atque desideratam cunctis gentibus ecclesie dei reformacionem
que sit in celis in terra sicut loquitur apostolus pacificans omnia scan-
dala tollere de Regno dei. veterumque morem meam rursus reponere
mereatur. tandem in presenti terra quod utique si fiat. et hec misericordia
tua domine super nos. quemadmodum speravimus in te celeriter impleatur.
Profecto neque scismatici de paniscola. neque fraticelli de eo-
dem temporibus se papam habere mentiuntur. Sed neque hussite
aliive forsan latentes et hiis peiores heretici adversus ecclesiam
dei prevalebunt. que per sanctam reformacionem in fide et caritate
firmiter radicata crescet quomodo in templum sanctum in domino et
erit habitaculum dei. Hanc autem meam veram beatitudinem post scisma
post sacri concilii celebracionem. et in ipso fiendam illic ecclesie
dei tam in capite quam in membris reformacionem propter protractas
et alias multiplices racionabilesque causas optimo tempore si res
id expostulaverit provenire declarandas. Clementissimus atque xpi-
anissimus princeps dominus Henricus dei gracia Francie et Anglie
Rex v. s. filius per omnia devotissimus super nos id est super
omnem populum xpianum cum aut maxime qui sue reali cu-
stodie commissus est summis affectibus fieri desiderans per nos
hic astantes sue regie celsitudinis Ambasiatores et nuncios ad beatos v. s.
pedes provolutus in summa humilitate. et cum omni qua potest devo-
cione et reverencia per viscera misericordie Ihesu xpi. qui vobis ceterisque
successoribus suis exemplum dedit ut ita faciatis, relinquens non
solum per legatos et nuncios. sed eciam in propria laboribusque devo-
tissimos in proprio corpore subeundo. cunctaque temporalia bona
propter hoc postponendo ecclesiam suam sanctam sponsam veram reformare
dignatus est. Benignissime v. s. supplicat. vestramque supplicat

131

rogat et hortatur. Ab eadem quoque mediolanensi instanter petit et
requirit concilium sacrum generale concilium, quod a fine concilii Senensis no-
vissime celebrati venit ad septennium in civitate Basiliensi celebrandum
hinc ad annum proxime futurum. Si vero secundum id citius fieri videretur
expedire, predicti septennii tempus breviando in dicta civitate Basiliensi
inire celebrare dignemini. Tunc quoque ad dictam civitatem Basiliensem
personaliter et in propria descendendo vocatis sufficienter et tempore debito
vobiscumque personaliter in dicta civitate Basiliensi congregatis omnibus
et singulis reverendissimis in Christo patribus et dominis dominis sancte Romane
ecclesie cardinalibus ceterisque prelatis et personis que de iure
vel consuetudine concilijs tenentur interesse generalibus. In eodem Basiliensi
concilio universalem ecclesiam dei tam in capite quam in membris
sufficienter et efficaciter reformare. Similiter dignemini plebis vestre etc.
finem huius vide in fine libri circa tale signum ₣.

[illegible]

Nicolaus episcopus servus servorum dei universis christifidelibus presentes
litteras inspecturis salutem et apostolicam benedictionem. Et si sedentem in throno
[illegible], qui ut nos a barathri retrusis faucibus celestis patrie
possessores efficeret, eius in partu vivificavit unigenitum suum in
sanctis laudum veneratione quamplurimum attollere moneamur, ad ipsius
tamen precipue matris gloriosissime Marie virginis, que castissimo eius
utero castitatis comite pudore retento, prout mirum status flagi-
tabat, natus, etiam sine legitimo humane generationis ausu unigenitum
proferens eundem salutis auctorem protulit, amplectenda solemnia tanto
studijs accuratius invigilare tenemur assiduis, obsequium tante
virgini prestando singulare, quanto nimirum pre ceteris illa quecumque
unificando profuit, modo succurrendo perdito, apud eum quem
mortalitatis lactavit uberibus pro nostri singularitate propiciationis et
gratias offerre, necnon humilium intra sue sacrarium mentis susceptis
votis, meritis excusare culpas orando potest de gravi peccatorum
fenore sedula velut interventrix et advocata nobis ante tremendi
examinis iudicij veniam reportans. Cupientes igitur ut ecclesia beate
Marie virginis Wysliciensis Cracoviensis diocesis congruis honoribus
frequentetur, ac in suis structuris et edificijs decenter conservetur
et ut fideles ipsi eo libentius causa devotionis confluant ad
eandem et ad conservationem huiusmodi manus promptius porrigant
adiutrices, quo ex hoc ibidem dono celestis gratie uberius
conspexerint se refectos, de omnipotentis dei misericordia ac beatorum

Petri et Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi omnibus vere penite
ntibus et confessis qui in festo Nativitatis eiusdem beate Marie prefatam
Ecclesiam devote visitaverint annuatim Quinque annos et totidem Qua
dragenas de iniunctis eis penitenciis misericorditer relaxamus Volumus
autem quod si alias visitantibus Ecclesiam vel ad conservacionem huiusmodi manus
porrigentibus adiutrices aut alias pias inibi elemosinas ero
gantibus seu alias aliqua alia indulgentia imperpetuum vel ad certum
tempus nondum elapsum duratura per nos concessa fuerit presentes litere
nullius sint roboris vel momenti presentibus post [illegible] futuris temporibus
duraturis elapsum duratura per nos concessa fuerit presentes litere
nullius sint roboris vel momenti Datum Rome apud sanctum Petrum
Anno incarnacionis dominice ·1·4·4·8· Octavo Idus Marcij
Pontificatus nostri Anno secundo.

Nicolaus Episcopus servus servorum dei Dilecto filio Custodi Wi
slicien. Cracovien. dioces. Dignum arbitramur et congruum
ut illis se reddat sedes Apostolica graciosam quibus ad id propria
virtutum merita laudabiliter suffragantur. Dudum siquidem omnia
beneficia Ecclesiastica cum cura et sine cura quorumcunque familiarium
continuorum commensalium Venerabilium fratrum nostrorum sancte Romane Ecclesie
nostro tempore Cardinalium tunc vacantia et inantea vacatura colla
cioni et disposicioni nostre reservavimus decernentes extunc irritum et inane
si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigeret
attemptari Et deinde sicut exhibita nobis nuper pro parte dilecti filii
Alberti de Novaciuitate clerici Poznanien. dioc. peticio continebat
parrochialis Ecclesia sancti Stanislai in Chotzow dicte dioc. per liberam resignacionem
dilecti filii Jacobi de Schadek olim ipsius Ecclesie Rectoris de illa
quam tunc etiam dilecti filii Sbignei tituli sancte Prisce presbiteri Cardinalis
familiaris continuus commensalis existens obtinebat in manibus ipsius
Cardinalis qui Ecclesie Cracovien. ex disposicione Apostolica preesse
dinoscitur extra Romanam Curiam sponte factam et per eundem Cardinalem
extra ipsam curiam ordinaria auctoritate admissam vacaret idem Cardinalis
reservacionis et decreti predictorum forsan ignarus ac nulla super hoc
a sede Apostolica facultate fulcitus eandem parrochialem Ecclesiam sic vacantem
prefato Alberto ordinaria auctoritate prefata contulit et providit etiam de
eadem licet de facto ipseque Albertus collacionis et provisionis huiusmodi
pretextu dictam parrochialem Ecclesiam assecutus etiam de facto Cum autem
sicut premissa collacio et provisio predicte viribus non subsistant ipsaque

Parrochialis ecclesia adhuc ut profertur vacare noscatur, nullique de illa preter
nos hac vice disponere potuit sive possit reservacione et decreto obsistentibus
supradictis. Nos volentes prefatum Albertum apud nos de vite ac morum
honestate aliisque probitatis et virtutum meritis multipliciter commendatum
horum intuitu favore prosequi gracioso discrecioni tue per apostolica scripta
mandamus, quatenus si per diligentem examinacionem eundem Albertum ad hoc
ydoneum esse reperis, super quo tuam conscienciam oneramus parrochialem
ecclesiam predictam, cuius fructus redditus et proventus octo marcarum argenti
secundum communem estimacionem valorem annuum, ut idem Albertus asserit non
excedunt, sive ut premittitur sive alias quovismodo aut ex alterius cuiuscumque
persona, seu per constitucionem recordacionis felicis Iohannis pape XXII predecessoris
nostri que incipit Execrabilis, aut similem dicti Iacobi
vel alterius de illa in dicta curia ~~etiam si tanto tempore vacaverit~~ vel
extra eam etiam coram notario publico et testibus sponte factam resignacionem
vacet, etiam si tanto tempore vacaverit, quod eius collacio iuxta Lateranensis
statuta concilii ad sedem predictam legitime devoluta, ipsaque prefata
ecclesia disposicioni apostolice specialiter vel alias generaliter reservata existat,
et super ea inter aliquos lis cuius statum presentibus haberi volumus pro
expresso pendeat indecisa, dummodo eius disposicio ad eum hac vice
pertineat, cum omnibus iuribus et pertinenciis suis eidem Alberto auctoritate
nostra conferas et assignes, inducens per te vel per alium seu alios eundem
Albertum vel procuratorem suum eius nomine in corporalem possessionem prefate
ecclesie iuriumque et pertinenciarum predictorum, et defendens inductum amoto
exinde quolibet detentore. Ac faciens ipsi Alberto de ipsius prefate
ecclesie fructibus redditibus proventibus iuribus et obvencionibus universis
integre responderi. Contradictores auctoritate nostra appellacione postposita compescendo.
Non obstantibus pie memorie Bonifacii pape VIII etiam predecessoris nostri
et aliis apostolicis constitucionibus contrariis quibuscumque. Aut si aliqui super
provisionibus sibi faciendis de huiusmodi vel aliis beneficiis ecclesiasticis
in illis partibus speciales vel generales dicte sedis vel legatorum eius
litteras impetraverint, etiam si per eas ad inhibicionem reservacionem et decretum
vel alias quomodolibet sit processum, quibus omnibus prefatum Albertum in assecucione
dicte parrochialis ecclesie volumus anteferri, sed nullum per hoc eis quo
ad assecucionem beneficiorum aliorum preiudicium generari. Seu si episcopo Cracoviensi
pro tempore existenti vel quibusvis aliis communiter vel divisim a dicta sit sede
indultum quod ad recepcionem vel provisionem alicuius minime teneantur, et
ad id compelli aut quod interdici suspendi vel excommunicari non possint, quodque
de huiusmodi vel aliis beneficiis ecclesiasticis ad eorum collacionem provisionem presentacionem
seu quamvis aliam disposicionem coniunctim vel separatim spectantibus nulli

valeat prouideri per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem, et qualibet alia dicte sedis indulgencia generali vel speciali cuiuscumque tenoris existat, per quam presentibus non expressam vel totaliter non insertam effectus earum impediri valeat quolibet vel differri et de qua cuiusque toto tenore habenda sit in nostris litteris mentio specialis. Nos enim prout est irritum decernimus et inane si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter attemptatum fuerit hactenus vel contigerit attemptari. Datum Rome apud sanctum petrum Anno Incarnacionis dominice 1397 Quinto Idus Aprilis, pontificatus nostri Anno Octavo.

Carissimo in Christo filio Wladislao Regi Polonie Illustri. Salutem et apostolicam benedictionem.

Bonifacius, Carissimo etc. Ad te tua cum sit pugil et athleta fidei nostre ac fortitudinis brachium singularis grates non immito et ad statum tuum precipue dilectionis affectum et ad carissimam in Christo filiam nostram Hedwigim Reginam Polonie Illustrem consortem tuam ac fructus eadem quos te mira nostri claustri sui semine prolis promisit, quod sit honor et gloria, suscepisse catholicorum omnium ad que patris et reginam mira de nostri archano cordis intimum solemnia missarum ingerit ut stirpem tuam sua quoque felici prole potente efficere dignaretur effudimus non immito, quodlibet ut ad futuram posteritatem superillustrante divina gratia ad operis dei laude et gloriam, orthodoxe fidei augmentum nostri et ecclesie sponse nostre statum, nomen tui propagacionis Regis et omnium tuorum salute transmittere valeas et tuo suo quoque corpore regem succedens deum timentes, nos quoque et successores nostros Romanos pontifices sancte matris Romanam Ecclesiam sponsam nostram et eius Ecclesias quoque personas, propter deum cordialiter venerantes, ac presentem Regnum in pacis pulcre et subditos vniuersos presertim in virtute altissimi barbaris christiani hostibus nominis in finitimis et remotis partibus nacionibus gubernatores et quam cum tunc de ad futurum Regem partum premissis et nonnullis aliis considerationibus precipue affectum, et pro incremento tui nominis atque status dispositissima casibus huiusmodi, cum ac deo, potuimus exponere toto diligentie nostre curas proponimus ut nata proles tua, quam prefata Regina ex te pariet dono fuit eterna vltima nomine ipsa et sacro regeneracionis lauacro reportauit, de nostro Bonifacii nomine binomium sumat nomen, prout sedem precibus emergentiam fuit accomodum, vel non ad prendenda fortiter et potenter bella hostis humani generis per armaturam patri misterii eucharistie, ac prestenda felicitatem in ecclesiasticum ac impressionem huiusmodi misterii, meo nomine facere iuxta ritum sancte Romane Ecclesie retinere, ac typermitate cum eadem tua et regis Regine Sanctitate, contrahere salutarem. Circa que loco et tempore celebranda dilectum filium Albertum Jastrzambiecz Electum Poznaniensem Oratorem tuum tui quoque status et nominis sicut maiestate cognovimus, fidelissimum zelatorem, in premissis et eorum quolibet ac dependentibus et connexis cum plene facultatis officio tenore presentium nostrum patrem et nuncium specialem deputamus Rata et grata que in premissis aut circa ea nostra utiliter operatum personam eundem fieri fuerit habiturum. Datum Rome apud Sanctum Petrum Idus Novembris Pontificatus nostri Anno decimo.

Jo. Aeneae

1309

Sacrosancta generalis synodus Basiliensis in spiritu sancto legittime congregata univer-
salem ecclesiam representans ad futuram rei memoriam Desideravit Ezechias
Rex ut fieret pax et veritas in diebus suis et nos desiderio desideravimus
ut pax et unio ecclesie in diebus nostris hoc sacro durante Basiliensi
concilio darentur Verum cum ex plurimis impedimentis que dietim ingr-
uunt et in futurum succrescere possent formidetur ne pax et unio
huiusmodi desiderate in hac civitate Basiliensi fieri aut actus conciliares
libere exerceri valeant Volentes propterea casibus futuris providere
ac ut fides et auctoritas generalium conciliorum universalem ecclesiam representancium
illibate permaneat quod unio et pax vera ecclesie dentur necnon
ut continuetur celebracio generalium conciliorum attento quod iam beatissimus
dominus felix papa quintus providens necessitati casum pro futuro concilio
nominavit inclitam civitatem Lugdunensem in partibus galliarum In hoc
quod satisfacientes decretis sacrorum Constanciensis et Basiliensis huiusmodi
generalium conciliorum dictam civitatem Lugdunensem quam experiencia
docente generalium synodorum actenus ad ea celebranda accomodam et
ydoneam reputamus Tenore presencium in nomine domini sancte et individue
Trinitatis pro futuro proximo celebrando concilio nominamus deputamus
et assignamus Cumque immineat urgentissime cause ut in brevi
fiat alterius generalis concilii celebracio propterea statuimus et ordinamus
ut infra triennium a data presencium computandum generale concilium in pre-
fata civitate Lugdunensi celebretur Decernentes quod cardinales
patriarche archiepiscopi episcopi prelati seu quicumque alii qui ad generalia
concilia de iure vel consuetudine convenire debent in termino premisso
ad dictum locum accedere teneantur dummodo post dissolucionem huius concilii
hoc vel alio in loco continuati restet unius anni cum huiusmodi trie-
nnii finem Volumus eciam et specialiter concedimus quod predictum terminum
futuri celebrandi concilii abreviare valeat prefatus papa felix
per premissa annum et si recte inspicientibus aliud videri non debeat
ad maiorem tamen veritatis manifestacionem declaramus quod non intendimus
nec volumus hoc sacrum generale concilium Basiliense dissolvere aut
dissolutum quovis modo esse censendum quinymo in hoc loco continuandum
fore et continuari debere dum tamen integra et plena libertas
atque securitas necnon salvus conductus per inclitam Basiliensem
civitatem nobis et eidem synodo concessi serventur illesi Adicientes
quod si aliquod fieret impedimentum quominus in hac civitate
Basiliensi iuxta ritum consuetum actus conciliares libere exerceri
possent aut libertas seu securitas et salvus conductus huiusmodi non
servarentur In quibus casibus seu eorum aliquo quod deus avertat
advenientibus super quo stare volumus arbitrio seu attestacioni
Dilectissimorum cardinalium et venerabilium episcoporum aliorumque
dilectorum ecclesie filiorum per nos hodie deputatorum aut
maioris partis eorundem pro parte presencium cum subscripcione eorum

In de super conficiendo publico instrumento et sigillis eorundem muniendo ex
tunc prout ex nunc et ex nunc prout ex tunc hanc sanctam Sinodum per ipsius
continuationem ab hac Civitate Basiliensi ad Civitatem Lausanensem eiusdem
utriusque provincie Bisuntinensis locum habilem tutum et idoneum ad generalis
Concilii celebrationem In nomine patris et filii et spiritus sancti tenore
presentium transferimus et translatam esse decernimus cum eisdem modis formis qua-
litatibus et ordinationibus cum quibus in hoc loco Basiliensi continuata
fuit ac stat de presenti Datum Basilee in nostra publica sessione in
ecclesia maiori Basiliensi solempniter celebrata xvi kalendas Julii Anno
a Nativitate domini millesimo quadringentesimo quadragesimo octavo

Sacrosancta Sinodus Lausanensis In spiritu sancto legitime congregata univer-
salem ecclesiam representans presidente in ea Sanctissimo domino Felice papa
quinto Ad futuram rei memoriam Divinus attestatur sermo quod ubi
spiritus domini ibi libertas · libertas utique agendi · que suadet spiritus
domini tunc modo illa sunt · que a generali Sinodo peraguntur ipsa
ita fieri debere · et a spiritu sancto qui presidet et a patribus ibidem
congregatis, dicit enim visum est spiritui sancto et nobis / Actionibus
igitur sinodalibus permaxima debita est libertas propter quod si de
liberato universitatis proposito impedimento afferat publica secularis
potestas ne libere fiant eiusmodi actus spiritus · locus ille a patribus
relinquendus est / suos instruente discipulos salvatore · in quacumque
intrasset civitatem si non reciperent eos · nec audirent eorum
sermones quod exirent foras de Civitate illa ut a quibus recedebat
intelligerent non discipulorum temporali lucro · sed eorum fuisse gratie
et utilitati in eam Civitatem convenisse / Sinodo vero generali
id perfecto are convenit Experientia namque ab initio christiane
Religionis aperte nos docet patrum conventus ad Concilia
celebranda fuisse honori atque gratie illis Civitatibus apud quas
generales Sinodi celebrationes earum fine acceperunt Etenim
ipsarum nomine celebre redditur per secula que in eis fuerunt /
declarationes fidei · quoniam veritas domini manet in eternum · decreta quoque
ibidem condita ad perpetuam rei memoriam quemadmodum nomine gloriam
acceperunt apud Grecos Nicena Ephesina Calcedonensis et Con-
stantinopolitana Civitates · apud latinos vero Romana Lugdunensis
Viennensis et Constantiensis aliaeque plures · sed et preter eternam earum
nominum laudem copiosa atque multiplex utilitas temporanea
illis accrescit / Unde vivis sumus experti diebus quam plures
Civitates desiderare apud se celebrari generale Concilium offe-
rentes salvosconductus suos aliaque multa accommoda ut in
plena libertate apud eas celebratio fiat Concilii generalis

Rem notissimam eloquimur translacionis sancte synodi Basiliensis iustas
et manifestas exponentes causas. Sancta hec synodus Lausanensis
in Basiliensi civitate dudum constituta multis perseverarunt annis
pro felici consummacione sanctorum operum ad que ab inicio fuerat
legittime congregata, et pro tali tanquam vere universalis ecclesiam
representans ab universis christifidelibus recognita atque venerata per-
manserat. Nota hiis ultimis diebus ea potissimum racione ut inibi
unio fieret et pax vera atque integra ecclesie daretur, pro qua
assequenda certa avisamenta in dieta Lugdunensi de mense de-
cembris proxime lapso celebrata concepta fuere in presencia solempnium
oratorum carissimorum ecclesie filiorum Karoli francorum, Henrici
Anglie et Renati Sicilie regum illustrium, ac nobilis viri
Ludowici dalphini Viennensis primogeniti prefati francorum regis
illustris, inter cetera continencia ut in sacro Basiliensi concilio
unio et pax darentur ecclesie. Crescebat magis ac magis unum
sunt desiderium in dicta prima nove civitate, quanto ad partem
ipsam dono sententiam dei, principiorum impeciebat dispositionem
sed necessitas cogit perhibere testimonium veritati. Die siquidem decima
quarta mensis Junii proxime preteriti venerabilis Fredericus episcopus Ba-
siliensis, prepositus aliique plures de capitulo et clero sue ecclesie
quinque magister civium aliique plures de consulatu Basiliensi coram
notariis et scribis ad finem ut dicebat ut nos sciremus id
quod scribebant et ut eo melius secundum hoc sciremus et possemus
nos regere atque providere nobis intimarunt significatum eis fuisse
per suorum litteras oratorum quemadmodum feria sexta post festum
corporis christi in iudicio camere Romanorum regis super articulo
salviconductus concernente quod per eos revocari deberet contra eos
lata fuisset sentencia, et quod magna cum difficultate ad hoc faciendum
obtinuissent a rege spacium duorum mensium, sed quod interim in ea
civitate non fierent actus conciliares. Verum quia de hiis non habent
adhuc testimonium autenticum litterarum ipsius domini regis, sed intimabat
nobis illa relative, hiis intellectis, quia infra paucissimos
dies oratores ipsos regressuros sperabam, post quorum adventum
sicut postea intimatum a rege ordinatum erat actus non fieri
conciliares. Attendentes nos iam fuisse avisatos, nec concilii
indempnitati providere posse si post ingressum dictorum oratorum
non erat faciendi conciliares actus ipsius sancti concilii tam
sollempnes reservimus generalis singulariter assistente iuxta decretorum
formam, prehabita matura deliberacione et scrutatis votis singulorum
suppositorum in sacris deputacionibus et generali congregacione unanimi
omnium consensu accedente, publicatum est decretum sessionis celebrate
dicti concilii incipiens: Desiderantes Ezechias rex de assignacione
loci pro futuro concilio, et de translacione ipsius sacri Basiliensis

Concilii in Hanc civitatem pro eius continuacione Deinde
post reditum dictorum Oratorum qui sequenti applicuerunt ebdomada non
obstantibus requisicionibus et exhortacionibus nostris ex mandato quomodo
alias pluries factum erat per dilectissimos ecclesie filios Johannem tt
sancti Calixti et Bructinum tt sancti Marcelli sancte Romane
ecclesie presbiteros cardinales aliosque prelatos et Doctores
in consulatu dicte civitatis factis contra persistere vellent in
salvoconductu per eos nobis concesso post relacionem suorum Oratorum
et dixerunt maturis deliberacionibus habitis in novo antiquo
et magno consulatibus per eosdem revocacio dicti salviconductus
facta est / Et die vicesima octava dicti mensis Junii ad specialem
eorum requisicionem de mandato presidentis ipsius sacri Basiliensis
concilii vocatis et in loco sacre deputacionis fidei ubi similes
fieri congregaciones consueverunt congregatis supposito eius presentibus
dicto episcopo et multis de capitulo et clero Thoma magistro civium
Antiquo magistro zunfftarum aliisque pluribus de consulatu dicte
civitatis Basiliensis presentibus Scribis et testibus prohibentibus
quod ad infrascripta specialem a consulatu habent / commissionem lege-
fecerunt / in vulgari teutunico quo scripte erant et deinde latino
interpretatas Simonem literas cesaris Romanorum Regis de revocacione
facienda dicti salviconductus alias eciam eiusdem literas contra ma-
continentes mandata contra mandata concilii libertatem et auctoritatem
ipsius sacri Concilii asserentes expresse voluisse dictum Romanorum
Regem Et post reditum ipsorum Oratorum in dicta civitate non
fierent actus conciliares quodque ex parte et de mandato ipsius
hec nobis intimabat / Et exhabundanti quod revocant /
dictum salvumconductum publice asserentes quod civitas ipsa
Basiliensis non vellet apud dictum dominum Regem de inobediencia sive
rebellione quacumque notari sed vellet prout necesse habet voluntati
et mandatis Regis huiusmodi plenarie obedire prout de hiis aliisque
multis eandem concernentibus materiam publicis constat instrumentis
que inter alia gesta huius sacri Concilii redigi mandavimus
Sancta igitur hec Synodus lausanensis de premissis veram
atque plenam habens noticiam prout decreto suo decernit atque declarat
condiciones in dicto decreto contentas fuisse et esse legitime translata
in hanc civitatem lausanensem quam habilem tutam et ydoneam
fore ad ipsius sacri Basiliensis Concilii continuacionem Judicat
atque censet decernens eciam et declarans sacrum generale concilium
quod in dicta Basiliensi civitate eciamque ad eius translacionem
congregatum mansit in hac civitate lausanensi in nomine
patris et filii et spiritus sancti cum eisdem modis et formis qualitatibus
et ordinacionibus cum quibus in dicta civitate Basiliensi
continuatum fuit erat que sive translacionis tempore continuandum fore
ac presenciam habere universisque et singulis qui generalibus concilii

135

interesse tenentur. In ipso conveniendi debere ad ea sancta opera propter que Basilee congregatum fuit. Et presertim ad perfectionem dande in ecclesia unionis et pacis circa propter suo solempni pronunciati decreto sancta hec sinodus Lausanensis specialiter et expresse assecuta in hoc sanctissimo domino Felice papa quinto publice asserit et declarat quod parata est et intendit hoc in loco omnia et singula facere pro unione et pace in ecclesia dandis et specialiter que per suas litteras predicta amplissima continentes prefatis principibus necnon carissimo ecclesie filio Johanni Castelle et Legionis Regi Illustri directas facturam se obtulit quemadmodum si Basilee prout sperarunt et desiderabant permansisset. Datum Lausanne in Sessione publica primus sancte Sinodi in ecclesia maiori Lausanensi celebrata Nonis Kalendis Augusti Anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo quadragesimo octavo

Ad Universitatem Cracoviensem In regno Polonie

Sacrosancta generalis Sinodus Lausanensis in spiritu sancto legitime congregata universalem ecclesiam representans. Dilectis ecclesie filiis Rectori magistris et doctoribus universitatis Cracoviensis Salutem et omnipotentis dei benedictionem. Gratias deo nostro pro vobis quas possumus agimus. Quia quas debemus pro isto aliisque suis beneficiis nobis concessis referre non valemus. Tanta enim est fidei vestre magnitudo ut hiis diebus malis luceat sicut luminaria in mundo, verbum vite continentes ad gloriam vestram in die Christi fides quippe vestra sibi adversantes stupidos reddit. In ea concertantes ad melius incitat eius defensores in bono confirmat nec mirum cum sumentes scutum fidei et galeam virtute ad regem et principes constituti tela ignea adversarii extinguere conati estis non humanarum quidem virtute sed spiritus sancti operatione vos cooperatores estis quem in vobis locutus est ad implendum Christi promissum in persona ecclesie sectatoribusque fidelium apostolis factum. Licet quidem exemplo sepe accidit multos commoveri et a male incepte pedem trahere. beneque inchoata usque in finem prosequi. tum non vero spectaculo operis insignem et mundi potestates timentes vires accipient. Jam eius vestram inspicientibus publicata veritate confessionis lucerna incensa est non sub modio sed super candelabrum posita est. Exemplar ante eorum oculos obiectum est quod sequantur. non turba non vulgus non potentes. et agentes sequendi sunt. ne si cecus cecum ducat ambo in foveam cadant. sed lux vera illuminans omnem hominem venientem in hunc mundum

De cuius fonte potastis doctrinamque hausistis quam tenetis, omnesque
accipiunt qui bene sentiunt de scripturis sacris ut vos certe minime
agitis, cuius contrarium siquispiam etiam si angelus de celo predi-
caverit anathema vobis sit. An forte deus inter se repugnantia
locutus est, unum in castris, alterum in celis, unum principum con-
siliariis, alterum universitatum doctoribus, unum hominibus per orbem
diffusis, alterum in conciliis congregatis. Absit. Christus divisus
non est. Veritas est mentiri non potest, nec falsa asserere. Cum enim
igitur meliorem doctorem nunquam aliquis invenit quam ipsum Christum docentem
omnem veritatem, intra vos habetis quod petitis, hic vos docuit
opera. Si tu de moribus, de salute, de fide quid recte certoque
tenendum sit ab hominibus scire cupitis, ab eorum sane factis dictis
doctrinis exemplis sciscitemini quorum in medio Christus est congregatos
in nomine suo deserens nunquam, et ab errore conservans. Hii vero sunt
qui in conciliis generalibus legitime conventum faciunt. Commune est velle
doceri de rebus quas intelligamus et intelligentiam nostram cum
docentium intelligentia conferamus inde electuri quod doctius
iudicaverimus. Aliud est velle doceri ut acquiescamus etiam si
non intellexerimus et sine nostra ratione credamus auctoritati. Primum
quidem commune est et nulli peritorum generi denegatum. Docere scilicet
et doceri de quesitis concertare altero alterique vicissim arbi-
trari in hiis que per ecclesiam determinata non sunt. Reliquum
vero est singulare et paucis concessum scilicet docere et non errare.
Hoc autem proprium generalium sinodorum est, quibus in hiis que
attinent ad bonos mores, ad fidem rectam, ad animarum salutem
cum ipsi spiritui sancto idem visum est, cuius instinctu singulari legitima con-
cilia docta et assistentia firmata opera scilicet diffiniunt et
in veritate scilicet firma permanet. Exauditus siquidem fuit a patre
filius orans pro ecclesia ut post eius ascensum alium daret con-
solatorem sancti in eiusdem magisterio declarans illum esse spiritum veri-
tatis quem mundus non potest accipere. Hinc nempe ecclesie
quam generalia concilia verissime reputant, scientes sibi contra
dictorum acquiescere simpliciterque credere soli fideles capiunt. Tacuinus
a matre mundana purum lac sugentes. Si vos iudicium generalium
reprimatis nostre certe unumquemque iudicare optimum esse eorum
que bene cognoscit, ipsius iudicium constans esse deberet
vobis aut quis melius sit illud quod conciliis factum vel
motum in hiis clarum est. Super utroque sepe a sacra sinodo
Basiliensi copiosissimas litteras doctissimosque nuncios accepistis
certum aliquos usque in hodiernum diem in sancta sinodo
fuit ex vobis, quorum de rebus gestis facies certiores
vehementissimoque studio circa res ecclesie habuistis. Edidistisque
de eis amplissimum volumine catholice fidei explicatis veri-
tates atque invictis rationibus confirmatis. Tandem certamine

fidei subiectis coram illustri rege vestro proceribusque regni ponentes
vos nimirum in domo dei, confessique estis quod de veritate salutis
artabamini confiteri. quis iam vos temeritati arguet de re iusta,
criminabitur novitatis de re antiqua, accusabit ignorantie de re bene
cognita ratione vobiscum certet. qui vos de bene actis reprehendunt
et arguunt. illam ratione vincere hominum est, vi opprimere beluarum.
fortis tamen animus nequaquam superatur et bene scientis pericia firma manet
nec plus alteri de bene cognitis quam sibi ipsi credere debet. Iterum in
dubium vertere quod semel perfecte cessit exploratum. Namque hec sunt
calcedonensis concilii qui post repertam veritatem aliud disquirit meo
datum quiret. vobis de rebus ecclesie liquida informatio fuit, continuum
studium, sciencia clara. Quid superest quod ab aliis inquiratis re-
quirate. quos propria scripta vos per orbem doctissimos atque
peritissimos predicant. unum tamen ex omnibus requiritur, ut quod
a vobis iuste inceptum est, sancteque continuatum optimo claudatur
fine. Cunctis vero litere vestre magnam spem prestiterunt vicesima tercia
huius sancte huic synodo lausanensi tradite per Nicolaum
vincencii de Dzalossyn et Iacobum de Stradomija vestros Cha-
bellarios. nos perfecto vestro exemplo hortate sunt in vitam
morte commutare quam veritatis viam a concilio constanciensi et
basiliensi nobis tradita deserere. quod famen deo facere possumus
et iam multos annos polliciti sumus. Nos rursus magnopere
litere vestre consolantur. ut scribitis videmus in quo periculo non solum
amarum sed rerum et corporum pro veritate laboratis. Multi quidem
ex nobis periculum bonorum non timentes propter veritatem sua propter
exulant, vi oppressi patienter sustinent. Insuper iniuste spoliati
equo animo ferunt, leti de periculo corporum cum se a periculo anime
liberatos esse perspiciunt. illud evangelicum pre oculis habentes
Quid prodest homini si universum mundum lucretur anime vero sue detri-
mentum patiatur. aut quam dabit homo commutationem pro anima sua. Ces
tam sevitia quam persecutionum valet sufferre. nisi vel hec sola
spes salutis amarum illud retineret. Sed non credemus primum
veritatis huius persecutionibus saciatum. ecce novum genus ab eo
suscitatum est, quod nos coegit de Basilea ad civitatem Lau-
sanensem transmigrare. De quo copia doctorum infra inclusa
vos faciet certiores. In quibus omnibus deum videntes spem
certam gerimus de eius misericordia quod fidem suam quam una nobiscum
defenditis tuebitur. hodie autem certo accepimus quod ad duodecim
dies regum et principum oratores qui pro pace ecclesie pro-
curanda affuerunt ex urbe huc venturi sunt. speramus
prout communes sermones deferunt de pace ecclesie in proximo
secutura iuxta capitula Bebernensis diete necessitate

fidei et auctoritate generalium conciliorum manente illesa. nunc de hiis
rebus magis certa asserere nequimus. Sed per Nicolaum Chabellarium
Curum Parisius rediturum, apertius que acta sunt scribemus. Interea
et fratres vos animo forti estote et hec acta vestra nostraque prosecucionis
pro una eademque causa publica scilicet veritate fidei confessionis
sepe ante oculos vestros ponite ne ab illo recedendo honor deo
debitus subtrahatur. Sed hoc intuendo meliora carismata emu
lemini. Nos autem pro vobis sine intermissione ad deum oramus. quod
petimus nobis a vobis fieri ut invicem orantes in fide firmati
et radicati salvemur. Datum Lausane xvij kalendas Septembris
Anno a nativitate domini Millesimo quadringentesimo quadragesimo octavo

Lypczky [illegible] ad C. de Wale
Universitas [illegible] ad Ccarl

Venerabiles patres Magistri Doctores domini ac fratres ex visceribus caritatis
singulariter precolendi. Cum causa ecclesie variis iam diu concertacionibus
ventilata etiam universitati vestre sollicitudinem non modicam prout scribitis
ingesserit, dignum censuistis aliorum et nostram in causa tam ancipiti con
silium pariter et sententiam explorare. Et revera dignum censuimus et officium
nostrum debitum fore, ut si qua nobis desuper collata foret industria et
in divinis scripturis ad hoc sufficiens pericia, in hac causa vos saniori
commonitaremus consilio et salubri. et ob id visis nuper litteris vestris
universitatem nostram more solito fecimus congregari ad interloquendum
et consulendum super scripto vestro. ubi tunc conclusum fuerat ut quicquid
in hac causa per universitatem nostram gestum sit vel conclusum plana
rescriberemus veritate. Noveritis itaque quod durante divisione concilii
Basiliensis et Eugenium pape, stanteque protestacione serenissimi Romanorum
Regis ac sacri Imperii principum electorum. alma nostra universitas quid
in materia exorti scismatis et auctoritate generalium conciliorum et summorum
Pontificum senciat, aliquotiens fuerat requisita et super quesitis solita
reddere racionem. mentem suam sub compendio et sumatim cupiens aperire
sub correctione tamen sancte matris ecclesie a cuius se protestabatur determinacione
velle nullatenus declinare, conclusiones quasdam edidit cum suis probacionibus
conformes conclusionibus vestris. de quibus littera vestra nobis missa facit
mencionem. quas hic inserere non curavimus causa brevitatis. Eedem tamen
conclusiones ex certis causis in quibus parte ad presens non descendebant
concilium Basiliense et dominum Eugenium nominando. Ideo quod dominus noster
graciosus nostre universitatis fundator magnificus dux Saxonie etc.
de qualitate huiusmodi non contentus pro adhesione specifice fienda huic
vel alteri parti Reverendos in Christo patres et dominos Misnensem Mersen
burgensem et Nuemburgensem ecclesiarum episcopos abbates prepositos et
alios status sui prelatos in magna copiosa una cum nostra universitate
in certa dieta disposuit congregari. ubi informari certitudinaliter

desideravit. Ex quo ipse simul cum Romanorum Rege aliisque sacri Imperii
electoribus in variis dietis extra partes proprias pro unione ecclesie
reformanda fuisset aliquotiens personaliter constitutus. Causa tamen eandem
hincinde utrisque contingeret indecisa. et ex huiusmodi dissidio in christiano populo
magnum scandalum et periculosissimas discordias suboriri etc. an Eugenio
pape vel concilio Basiliensi esset potius adherendum. Et quia tunc
prefati episcopi et prelati ad universitatem nostram respectum singulariter deflec-
tebant. Nos consideracionem nostram quanto potuimus circumspectius recollig-
entes animadvertentesque quod maledictus est apud deum et homines et
corripietur increpacione severissima qui metu terrene potestatis aut
alterius incomodi corporalis negligit cum oportet veritati testimonium
perhibere. Et quia pro tunc fuimus probabiliter informati quod tempore
deposicionis Eugenii concilium Basiliense fuit minime dissolutum,
et quod ex causis legitimis et rite servatis servandis concilium deposuisset
Eugenium. Ideoque omni metu postposito dedimus concordem pro responso
neminem discrepante. Cum ex quo concilium Basiliense fuit legittime con-
gregatum. nec de eius legittima dissolucione nobis quicquam constabat
ullo modo. Et eciam omnes fere Alemanie universitates in quibus
sunt procul dubio viri qui in hac materia et in aliis concretis veritatem
limpidius speculantur. se pro concilio resolvisset. esset que procul dubio
verum et indubitatum. quod quodlibet generale concilium legittime congregatum
potestatem habeat immediate a Christo. eciam super papam in hiis que super
~~papam~~ ad fidem pertinent. ad extirpacionem scismatum. et ad generalem
reformacionem ecclesie dei in capite et in membris. Ideo consuluimus
securius et sanccius nobis videbatur quod supradicto concilio Basiliensi
esset obediendum. et standum dictis universitatum predictarum (que eciam
nobis oblata fuerunt in congregacione supradicta sub eius vero signo
singuli magistri et doctores sacre Theologie et Iuridice facultatum tunc presentes
manibus propriis se pro adhesione concilii subscripserunt. processu vero temporis
informati fuimus. quod supradictus dominus noster gloriosus dux Saxonie probabili-
oribus argumentis et motivis forcioribus informatus. se una cum domino
Rege Archiepiscopis Episcopis prelatis principibus et aliis Imperii electoribus
se pro domino Nicolao papa quinto per suos oratores. absque tamen universitatis
requisicione. solempniter declarasset. ac ipsum recognosceret ihesu christi summum
vicarium hic in terris. hec considerantes ponderavimus. quod si concilium
Basiliense tempore deposicionis Eugenii prius ante fuisset dissolutum. non
reprehendimus huiusmodi declaracionem factam. quia illud novum non existit
nec ecclesiastici moris est. quod hiis cum quibus sancta Synodus fuit con-
gregata penitus abeuntibus remanentes generale concilium reputent
An autem tunc concilium fuit dissolutum non asserimus. neque de hac
re possumus testimonium perhibere. cum nullum de universitate nostra ha-
buerimus ibidem tunc presentem Sed tamen illud scire dicimus quod ab aliis
audivimus. Et si dederet esse nimis credulum. cum imputetur et qui nimis
est credulus. tamen quia duobus creditur contra unum. et attendi
debeat id quod est credibilius. Ideoque credulitas eius communis
omnium fere principum ecclesiasticorum et secularium potentatum. nos a

universitas ista
tempore concilii Basiliensis
a primo tenuit partem
Eugenii pape

tacitur[n]itate et expressa reluctacione habet racionabiliter excusare. nobisque
nocere non potuit eciam si foret falsa. Cum probabile dubium excusset errantem
facta enim per errorem probabilem valet. diligencia tamen premissa que alias et
certa sciencia non valeret. Cum itaque fundator universitatis vestre Archiepiscopus
et episcopus supradicta probabilitate acceptaverint. ab hiis nobis recedere
non licebit. Attendentes quod perdicionem. et maxima dei omnipotentis
indignacionem incurrunt. qui scisma faciunt. et suo relicto episcopo. alium sibi
episcopum constituunt. prout hoc ostendi posset multipliciter ex scripturis si
non allegacionem super hoc epistolaris brevitas prohiberet. Si tamen universitas
vestra completam certam habuit de hac re scienciam et noticiam
claram. firmis racionibus verorum septimarum testimoniis exploratam. quod scilicet
tempore deposicionis Eugenii Basiliense Concilium non fuit dissolutum
quod eciam ex causis legittimis et veris rite sufficienter processeris eundem
deposuit Eugenium. tunc vobis a recta fide et tramite cognite veritatis
non licet propter quascunque turbaciones quolibet retroire. Cum iuxta salvatoris
nostri sentenciam beati sunt. qui persecucionem propter iusticiam paciuntur. difficilis tamen
est in tali casu ex utilitate concludendi certitudo. Alioquin prius constantissime
sinceriore viam que semper in dubiis eligenda est. consulimus eligatis. facta
enim innocencium eos non inquinant. si eis facti veritas sit incognita ignota.
Neque quisquam vos racionabiliter in hac re temeritatis aut presumpcionis arguere
poterit. cum parati sitis de huius rei veritate a quibuscunque sufficienter edoceri. offerentes
nos per hec scripta ad singula vobis grata. Scriptum Lipczk Anno domini
Millesimo quadringentesimo quadragesimo octavo XXVI die mensis Septembris rectoratus
sub sigillo

Rector magistri et doctores Alme
universitatis studii lipczensis

Egregiis. eximiisque viris Rectori magistris et
doctoribus Alme universitatis Studii Cracoviensis
Precipuis suis predilectis dominis et Amicis

Universitas Colonien[sis] ad Cracov[iensem]

Ascendit fumus aromatum altissime profundissime. scitissime devocionis de
manu angeli in conspectum dei. Cuius odor suavissimus totum per orbem diffusus
pie de Christo sencientium implevit aures. gracias agimus deo. cuius hec munera.
viri clarissimi. quia vera multiformis sapiencia. vera eciam fortitudo atque
constancia nobis. ymo tocius amiciatur. Vos equidem non spiritum huius mundi secuti
non munera et retribuciones amplexi. non eciam terrore mundano persuasi
sed secundum spiritum qui ex deo est. in mansuetudine insitum verbum suscipientes
intellexistis que a deo donata sunt vobis. que et locuti estis. non
in doctis humane sapiencie verbis. sed in doctrina spiritus spiritualibus spiritualia
comparantes. et que in aure audistis predicantes caractere dulci et immortali
in frontibus vestris. Ita ut faciem Altrem principis non veriti sane
veritatis confessione non erubueritis coram hominibus. vos illi alteri
machabeorum duces. qui pro sanctis legibus non rerum dampna. non
exilia privacionum non corporum pericula formidare decrevistis. ymo cum
quolibet vero temporali detrimento veritate colere dispendia salutis conservare

scandala non admittere. Vos dixerimus illos sexaginta fortes qui lectum ambiunt
salomonis, omnes tenentes gladios, et ad bella doctissimos, cuiusque
ensis super femur suum propter timores nocturnos. Nescireque doctissimi satis
omnibus assequi dignitatem rei, per qua laus hec eterna gloria memoria immor-
talis fama vestro nomini accedit. Placuit autem vobis doctissimi patres, ymo
zelosissime inchoata pro celebri salutari progressu fine atque felici
consumatione nostram ~~consolationem~~ consultationem studiose ducatis amplectendam
sperantes inde vobis non paucam afferri consolationem, si dignum aliquid hac
difficultate pandemus. Itaque in primis nichil vere consolationem censemus
accomodatius quam testimonium proprie conscientie, quod pro sua gloria se coluisse
protestatur apostolus. Gloria inquit nostra testimonium conscientie nostre. Hoc testimonio
freti sancti dei apostoli ibant a conspectu concilii, quoniam digni habiti sunt ~~et~~
~~non tanget~~ pro nomine Ihesu contumeliam pati. Non vos latet, quia iustorum
anime in manu dei sunt, et non tanget illos tormentum mortis. Et si coram
hominibus tormenta passi sunt, spes illorum immortalitate plena est. In paucis
vexati in multis bene disponentur, quoniam deus temptavit illos et invenit
dignos se. Nostis non minus quam multe tribulationes iustorum, sed dominus de
hiis liberat eos dominus. Nec ignoratis a domino regnum celorum hiis promissum
qui persecutiones patiuntur propter iusticiam. Sunt hec vobis et quidem omnibus
sapientissimis familiaria, frustra minervam docemus. Sed quid hiis
novissimis diebus circa nos agatur vos ut optastis certiores facimus.
Presentes veritatem quidem illam saluberrimam de generalium conciliorum auctoritate
iuxta tenorem decreti super hoc in duobus conciliis Constantiensi videlicet
et Basiliensi solempniter et concorditer editi, plurium etiam summorum pon-
tificum approbatione confirmati, minime censemus indubium revocandam. Novimus
enim illam non super arenam humane adinventionis, sed super petram
divine revelationis esse fundatam, quam nec pluvie nec flumina nec
venti possint deicere, sed terribilis ut castrorum acies ordinata
prevaleat adversus portas inferi, per quam mundi princeps eiectus
est foras, per quam pax Christi ecclesie data est, per quam immaculata
illius sponsa conservatur sine macula et ruga heretice impietatis,
per quam denique dominus nobiscum est usque ad consumationem seculi
ut non deficiat fides petri. Hanc igitur cum omni devotione veneramur,
hanc colimus, hanc observamus, hanc denique prout nos iure christiane
professionis astrictos arbitramur usque ad sanguinem intendimus defendere.
Verum quia in factis multa sunt et fuerunt multis ambigui-
tatibus involuta, que etiam contrarios habuerunt studiosissimos
defensores, ita ut nobis fieret hec res sicut tenebrosa aqua
in nubibus aeris, nec ignoremus in hiis que facta sunt multotiens
errorem incidere posse, studiose de super dicto consilio in hiis sententiam
distulimus. Malumus enim studiis compluribus tante rei ponderationem
relinquere quam temerarie diffiniendo post modum
in errore reprehendi. Nunc autem post multos multarum

dictaciō atqȝ conuencionē Principū anfractus pro alta paraū
declaracō vtinā salubris inveniat. Cui contraiuit nob' suasum nō
extitit. illo sapientis monito amadusis contra ictū fluuij ne conere
Orandū aut̄ dnm̄ cesimus cum Ezechia. vt fiat pax et veritas
in diebus nrīs. Nec plus scimus. quid oremus vt oportet. Sp̄us
aut̄ sctūs adiuuet infirmitatē nrām et ipē qui passus est
consoletur vos in omī tribulacōe vrā et concedat salutē et regat
vos a malo. Valete pres dignissimi. Ex Colonia decimaseptima mens
Septembris millīo quadringentesimo quadragesimo octauo

Venerabilibus et egregijs multiformis sapie viris
Rectori et ~~d~~ Magris et Doctoribus Alme
Vniuersitatis studij Cracouiensis in caritate xpī dnīs
et Amicis nrīs fideliter amplectendis

Rector et Vniu̇s
Studij Coloniensis

+ 10 Beatissime. Expulsus sede sua hic pr̄ venerandus d̄ Joachim Zograuiensis eps̄ ex
Moldauia, conferre se ad v. s. p̄ntiā constituit vna cū hijs qui sue doctrine seruitii
monita. recte fidei norma pferunt. Intelliges enim ipē d̄ Joachim orientalē
ecclesiam pluribus collidi erroribus. et sequi velle superstitiosa dogmata longo iā tpe
in cordibus simplicium et qui scdm carnē sapiunt nutrita. non mīg anxiose q̄ constant
populos sue gubnacōni commissos ad viā katholice veritatis placere conatus est. de
clarans eos de necte salutis in vnione florencie inter latinos et grecos ecclesie i sinodo
ecumenica conuenta debere pmanere et vnicū dominum recognoscere successorem Petri et
vicarium Jhū xpī. Non tulit hac sana psuasione multorum improbitas. sed sedis eius
velut civis sui infestum hoste eiecit. excedentem illum a sede sua quo valuit
tpe recolligi. paraverat ad v. s. conspectum quibus poterat subsidijs pseruatus sit supp̄ms
eidē v. s. quatinus p̄sonā eiusdem d̄ Joachim velit habere recomissam. et exhibere se illi
atqȝ sue comitiue graciosam atqȝ ppiciam.
Ad cetum Cardinalium de eodem
+ 10 Rmi in xpo pres et dni pstantissimi. Superuacuū putaueram hunc prem
venerandum d̄ Joachim epm̄ Zograuiensem ex Moldauia vro sacerrimo commendare
cetui. fidei enim katholice favor et reuerentia in cuius pfessione suscepit et constituit
int̄ naciones a Romane veritate abhorrens se gessit cum sua sponte comendat
pstitutum apud eiusdem fidei firmissimas bases honorem tm̄ suis desiderijs. quamvis
in alijs ita at in re hac gessi. Siquidem est pdictus d̄ Joachim pres
colendissimi a sede sua eiecto. q̄ populos gubnacōni sue comissos ad veram fidem
et ad veram vnionem in florencia sinodo conuenta salutaribus monitis incli
naverat. neqȝ virum hunc sana psuadente doctrinam greca ecclesia superstitio
nibus varijs multiplicat et plus solito hactenus collisa ferre potuit. scivi
illum pro omni tpe quo hic illi immorari placuit. et que necia sibi et
suis rebar prodi. Supest pres Rmi vt cu ipē d̄ Joachim conspectum Sanctissimi
dni nri psonalit' accedat. fauore vro indicet non indignus et vra
intercessione atqȝ opa s. d. n. sibi piū atqȝ ppiciū repeiat. pro quo et ego
v. p. Rmas depcor et exoro. Sandomirie xvj Aprilis.

Synodus Basilien[sis] decrevit solvi [illegible]

Sacrosancta generalis Synodus Basilien[sis] in spiritu sancto legitime congregata
universalem ecclesiam representans. Ad futuram rei memoriam. Digna
reddimur attencione soliciti, ut venerabilibus sancte Romane ecclesie
Cardinalibus qui apud sedem apostolicam in universalis ecclesie suppor
tando regimine, sarcina iugi onera perferunt et labores in hijs
potissime que eciam in predictis deducendis oneribus occurrunt
eisdem, ut onera expensarum que ipsos propterea subire necessario
oportet comodius supportare valeant nulla ipsis adverse collacionis
nota relicta provide consulamus. Hinc est quod nos attendentes
aliquos provide in ecclesiam dei magnam tunc imminere necessitatem quod
per sanctissimum dominum Felicem papam quintum aliqui sancte Romane
ecclesie Cardinales de novo crearent et promoverentur qui eidem
assisterent et qui ecclesie dei sacrorumque generalium Conciliorum auctoritatis
et orthodoxe fidei ac veritatis et iusticie defensione et con
servacioni digne comparerentur et tunc duris nimis et incongruum
ac reipublice dampnosum pariter et nocivum censeremus qui ad
tanti officij sublimitatis et honoris culmine mereret assumi
inferiorum eciam dignitatum et beneficiorum eatenus per eos obtentorum
vel de quibus ipsis pro statibus eorundem sustentacione decenti pro
videri contigisset pro tempore comodo privarent aut super illis
turbacionum seu inquietacionum iaculis aut alijs molestijs agita
rentur. Ac volentes statui et indempnitatibus eorundem Cardinalium
providere, per alias nostras litteras auctoritate universalis ecclesie ex certa
sciencia statuimus et ordinavimus, ut singuli ad huiusmodi Car
dinalatus honorem et titulum promovendi, et iam tunc promoti omnia
et singula sua beneficia ecclesiastica que ipsi Cardinales ante huiusmodi
eorum promocionem habuerant seu pro tempore haberent, et de quibus
eciam ipsis singulis provideri seu illa ipsis in comendam concedi
contingeret retinere possent ac titulum suarum ecclesiarum seu aliorum
beneficiorum ecclesiasticorum eciam si patriarchales archiepiscopales episcopales
Abbaciales vel alie quevis dignitates, eciam curate et electiue
existerent per huiusmodi promocionem minime vacavisse, aut vacare
censeri, nec quovis modo de illis per quoscumque quavis eciam
ecclesiastica vel seculari fungentes auctoritate disponi provideri vel
ordinari potuisse vel debuisse seu posse aut debere. omnesque
collaciones provisiones et disposiciones de dignitatibus beneficijs
ac officijs predictis aut earum aliquo vel aliquibus tanquam
per huiusmodi promocionem vacantibus vel vacaturis per quoscumque
quavis eciam auctoritate forsan eatenus factas vel inantea fa
ciendas et omnia inde secuta et sequenda tanquam de facto factas
et facta nulla irrita et inania, nulliusque roboris vel

momenti existere Necnon etiam irritum et inane quicquid
in contrarium a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter
contigit attemptari contingeret auctoritate ex simili scientia decre
vimus et declaravimus prout in ipsis litteris quas hic haberi
volumus pro sufficienter expressis plenius continetur Cum itaque
postea prefatus Sanctissimus dominus Felix papa dilectissimum
ecclesie filium Sbigneum episcopum Cracoviensem in sancte Romane
ecclesie presbiterum Cardinalem creaverit et promoverit Nos
volentes quod idem Sbigneus Cardinalis assumptus pro eius
maiori securitate et tutela potiori statuti et ordinacionis
nostre huiusmodi pleno gaudeat effectu ipsumque ecclesiam suam Cra
coviensem cui tempore ~~promocionis et creacionis~~ creacionis et
promocionis ac assumpcionis sue ad huiusmodi Cardinalatus honorem
presidebat et quevis alia dignitates personatus administra
ciones et officia Cantus et prebendas ac alia quevis
ecclesiastica beneficia et quorumcumque ordinum regularia eciam si
dignitates Abbatiales vel alia quecumque existant et ad illa
consueverint quis per electionem assumi eisque cura immineat
animarum siqua tempore predicto ex concessione sedis apostolice
vel alias obtinebat canonice in titulum vel commendam retinere
libere et licite potuisse ac posse illaque per huiusmodi promocionem
ipsius ad Cardinalatus dignitatem et honorem per prefatum dominum
Felicem papam factam minime vacavisse seu vacare nec
de illis aut quibusvis aliis ecclesiasticis dignitatibus personatibus
administracionibus vel officiis de quibus sibi in futurum canonice
provideri contigerit quominus illa iuxta statuti constitucionis
et ordinacionis nostrorum huiusmodi formam recipere et retinere valeat
per aliquem quavis eciam auctoritate fungentem disponi providere vel
ordinari eciam potuisse seu valuisse aut posse vel debere
auctoritate prefata tenore presencium decernimus necnon omnes collaciones
provisiones et disposiciones si que de ecclesia Cracoviensi aliisque
dignitatibus personatibus administracionibus vel officiis
Cantoribus et prebendis ac aliis beneficiis predictis seu eorum
aliquo vel aliquibus tamquam per eandem promocionem vacantibus
vel vacaturis per quosvis quavis eciam auctoritate eciam si
iam forsan facte sint vel fient in futurum et quecumque
inde secuta et sequenda Et quicquid a quoquam in contrarium
attemptari contigerit fuit sunt irrita et inania auctoritate predicta
tenore presencium nichilominus illa eciam ad habundantem cautelam
cassamus revocamus et annullamus ac viribus penitus
evacuamus nulliusque roboris vel momenti extitisse aut

erecte declaramus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre constitucionis nunciacionis cassacionis revocacionis annullacionis et declaracionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignacionem omnipotentis dei et universalis ecclesie se noverit incursurum. Datum Basilee kalendis Novembris. Anno a Nativitate domini millesimo quadringentesimo quadragesimo primo.

Sacrosancta etc. Consolabitur dominus Syon et consolabitur omnes ruinas eius ait Ysaias propheta et ponet desertum eius quasi delicias, solitudinem eius quasi ortum domini gaudium et leticia invenietur in ea graciarum accio et vox laudis quod iam aspirante singulari gracia spiritus paracliti ecclesia experiri sperans et videns pastorem bonum constituendum a domino super familiam suam [illegible] sapienti et fideli regimine relevet ipsam ecclesiam a languoribus suis quos inutili et dampnosa administracione hactenus perpessa est, et licet diversis temporibus diversi modi super eleccione Romanorum pontificum observati fuerint prout necessitas et utilitas ecclesie exposcebat, nunc tamen cura rei huius sub direccione omnipotentis dei incumbit huic sancte synodo congregate pro reformacione ecclesie et salute omnium fidelium in nomine Christi salvatoris qui ait Ubi sunt duo vel tres congregati in nomine meo ibi ego sum in medio eorum, et iam post edicionem salubrium decretorum et sacrorum canonum atque iustam deposicionem illius, qui ipsos canones et decreta spernebat et parvipendebat sancte reformacioni et restauracioni legis domini ac publice salutis vehementer obsistens superest unicum tantum querere a domino et eius beneplacito sue benignitatis eligere per quem desiderata cunctis gentibus ipsa reformacio atque salutaris gubernacio ecclesie dei in salutare deducatur effectum. Nam et singulariter futuro pastori incumbit bene regendi natas dum veteres exemplum sui predecessoris ob eius dampnosum regimen erecti ante oculos positum habebit. Dudum quidem in quarta sessione huius sancte synodi celebrata iii kalendas Julii Anno a Nativitate domini millesimo quadringentesimo xxxix statuta fuit de eleccione Romani pontificis si sedem apostolicam hoc sedente concilio vacare contingeret in hunc modum. Hec sancta synodus statuit decernit atque diffinit quod in eventum vacacionis sedis apostolice hoc sacro generali durante concilio eleccio summi pontificis in loco ipsius sacri concilii fiat, et interdicit ne alibi celebretur in genere attemptata quavis auctoritate etiam si papalis, non obstantibus quibuscumque constitucionibus editis et edendis aut aliis in genere faventibus acsi de ipsis esset

de verbo ad verbu facienda mencio specialis aut iuramento firmata existat quibus
ex certa sciencia derogat et decernit nulla et irrita esse et nullius roboris
vel momenti ipso iure Contrarium vero attemptantes sint tam active quam passive
quo ad electionem Romani pontificis et ad quascunque alias dignitates inabiles
et omnibus habitis dignitatibus perpetuo privati et infamie nota et etiam
excommunicacionis sentenciam incurrerent ipso facto Et si forsan aliqua de facto
prefata electio presumetur tam electus prefatus quam illi adherentes et eis pro
tali gerentes supradictas penas incurrant Absolucionem vero omnium et singulorum
qui premissas sententias aut aliqua earum incurrerint quoquo dicta sancta synodus
tunmodo preterquam in mortis articulo sibi reservat Decernens presens decretum
ligare afficere vim et effectum habere et sortiri post sexaginta dies continuos proxime
futuros a die publicacionis eiusdem Deinceps aut in uno decreto septime
sessionis ordinatum fuit quod in eventum predictum vacacionis sedis apostolice hoc sedente
generali Concilio ante sexaginta dies a tempore ipsius vacacionis continue computandos
ad electionem Romani pontificis minime procedetur quem tamen sexaginta dies per quos
vacavit ipsa sedes per deposicionem et privacionem Gabrielis olim Eugenii
pape quarti hec sancta synodus duxit expectandos decrevit quod effluxo ipso
tempore electionem Romani pontificis in hoc sacro Concilio esse fiendam modis et
formis per ipsum Concilium declarandis prout in decreto inde XXXV[te] sessionis
plenius continetur Cum autem iam post eiusdem temporis lapsum adhuc plures
dies ad electionem prefatam procedere distulerimus ecclesia quod acrimos dolores
paciatur dum protelatur se apostolice diutina vacacio et differtur novi pastoris
electio Et presertim quod qui inscisme depositus est variis artibus ecclesiam conturbare
conatur et apostolice sedis primatum nefanda presumpcione tenere et occupare
in grave scandalum ecclesie et magnum periculum fidei et religionis christiane
qui pertinaciam suam in dies magis et magis hominibus manifestando mense
Septembris proxime preterito horrenda invectiva adversus veritates fidei
et hanc sanctam synodum eiusque fautores promulgatur non correctionem seu emen-
dacionem proferens sed omnem incorrigibilitatem et pertinaciam ostendens atque pro-
fectus toti mundo manifestans quod necesse est ecclesie katolice de provido et
fideli pastore providere qui etiam a persecucionibus tam reprobi hominis defendat
fidem quam construet ac iusticia et veritate tueatur animas quam precioso sanguine
redemptas quas prefatus Gabriel seducere nititur dirigat in via salutis Nam
sicut res ipsa indicat plura et maiora scandala in dies evenient
nisi per auxilium dei de remedio providebitur opptimo Ad quod querendum
et de novo pastore providendum necessitas fidei maxime nos impellit vo-
lens itaque eadem hec sancta synodus post maturam et longam exspectacionem
explere debitum et obsequium suum deo suo et saluti atque necessitati ipsius
ecclesie ut tenetur providere Ad laudem et gloriam summe trinitatis patris et
filii et spiritus sancti Statuit decernit et declarat electionem Romani pontificis fiendam et
celebrandam esse pro hac vice per hoc sacrum Basiliense Concilium

seu eius auctoritate modis et formis infrascriptis. Et primo quod una cum dile-
ctissimo ecclesie filio Ludovico tituli sancte Cecilie sancte Romane ecclesie
presbitero Cardinali de Arelate vulgariter nuncupato presente et presi-
dente in hoc sacro Concilio, et aliis ipsius sancte Romane ecclesie
Cardinalibus si qui ante consumatam electionem futuri summi pontificis advenerint et ad-
herentes huic sacro Concilio eidem electioni interesse voluerint Alii tamen de
[illegible] qui ceteris hominibus ecclesiasticis vivis in sacerdocio aut saltem dyaconatus
ordine constituti usque ad numerum triginta et duorum per eandem synodum ad predictam
electionem faciendam in una generali congregatione ac in sessione publica nomi-
nandi et deputandi potestatem habeant prout secundum deum et conscientias suas
eisdem videbitur hac vice libere eligendi summum pontificem Auctoritate huius
sancte synodi Ita ut ille absque ulla exceptione ab universali ecclesia summus
pontifex habeatur qui ab omnibus predictis sic debentibus pro hac vice
eligere Aut saltem a duabus partibus ipsorum fuerit electus et consensum ut
infra de[claratur] prestiterit, nec valeat electio nisi due partes predictorum in ipsum
electum consenserint et convenerint. Quod omnes pro hac vice eligere debentes
tanto attencius sinceris mentibus et conjugatis conscienciis ydoneum et
utilem pastorem eligere curent, quanto ecclesiam in maioribus necessitatibus positam
conspiciunt ad solum deum oculos dirigentes qui in districtissimo examine de
tanto et tam arduo negocio de quo pendet salus universalis ecclesie reddituri
sunt racionem Ordinat insuper statuit et decernit hec sancta synodus quod supradicti
eligere debentes die sequenti post nominacionem ipsorum in congregacione generali conveniant
omnes in maiori ecclesia Basiliensi in qua missa et sermo solempniter celebrentur
et fient, prout est de more fieri in die quando intrant Conclave te-
nebiturque eodem die publica sessio et ibi omnes suscipiant Eukaristie
sacramentum Ac iuramentum prestent quod in xxxiii sessione huius sancte
synodi continetur ordinatum, quibus peractis sine recedendo in domos suas
intrent Conclave ad hoc ordinatum in domo huius civitatis Basiliensis
in qua sacra deputacio pro omnibus teneri consuevit ad electionem huiusmodi
celebrandam et consequenter presentandam ac intimandam certa quod facienda observanda
et prosequenda que in presenti decreto expressa sunt et que in ceteris expressis
hic non alia decreta huius sancte synodi Necnon alie constituciones atque
ordinaciones videlicet tam in corpore Iuris clause quam extravagantes
que hactenus observari consueverunt de Cardinalibus et aliis electoribus
Romani pontificis statuunt et decernunt, que omnia salvis expressis in presenti
decreto voluit in suo robore permanere, et etiam in predictis ad eligendum
pro hac vice deputatis et deputandis locum habere quemadmodum de Car-
dinalibus in predictis decretis constitucionibus et ordinacionibus statutum
et ordinatum reperitur, sed nullum eisdem expressis quovismodo preiudicium
generare. Electus autem in propriam presentata sibi electione si prius in hac

Civitate fuerint per aliquos ex ipsis electoribus etiam si Cardinales non fuerint vel extra
Civitatem per aliquos ex ipsis vel alios ex ipsis habentes mandatum ab eis in presentia
Notarii vel saltem decem personarum requisitus teneatur infra diem naturalem ab hora
requisitionis consentire ac firmare modo et forma inferius descriptis Alioquin eius
electio pro infecta habeatur Volumus autem quod si contigerit ipsum electum non acce-
ptare seu ei non consentire forma et modo et in tempore ordinatis quod prefati ad
eligendum ordinati ad ulterius electionem procedant priusquam exeat Conclave si
prefatus electus in hac civitate fuerit Si vero fuerit extra civitatem eo casu infra
triduum post noticiam habitam in Concilio et per ipsum Concilium in congregatione
generali declaratam de recusatione per electum facta Interim intret Conclave
pro electione alterius facienda omnibus modo et forma sicut superius dictum
est Et si quis ipsorum electorum a tempore primo ingressus Conclavis in antea
recederet a Concilio vel decederet Aut impedimentum haberet propter quod
electioni interesse non posset vel etiam Conclave intrare nollet Alius
loco eius surrogetur de eadem natione per ipsos ad eligendum deputatos
Aut per maiorem partem eorundem et intrare possint prefati deputati Aut ma-
ior pars ipsorum ordinavit Durent quod presentis omnium et singulorum predictorum
A nova absque alia deputatione electorum donec electio per ipsos facienda realiter
per consensum electi sortita fuerit effectum Hanc autem formam et modum
electionis approbat statuit ordinat et decernit hec sancta Synodus pro hac
vice et ad omnem scrupulum removendum omnes et singulos in eadem Sy-
nodo presentes et venturos et qui ei adheserunt quoad huiusmodi electionis
opus et totalem effectum ab omnibus suis excommunicationibus si quas forsan
incurrerint et quibuscumque censuris a iure vel ab homine generaliter vel
specialiter etiam a Conciliis generalibus vel summis pontificibus promulgatis
absolvit ipsos quoque et omnes actus in eadem Synodo agendos active et
passive quantum opus est habilitat et habiles esse declarat Volens etiam
ut specialiter in omnibus ad eligendum deputatis aut deputandis ut pre-
mittitur locum habeat constitutio Clementis VI que ordinat ut nullus ex
Cardinalibus cuiuslibet excommunicationis suspensionis et interdicti pretextu a dicta
electione repelli valeat Ceterum eiusdem Concilii decretis in hiis que
superius expressa non sunt semper salvis supplens ex certa scientia et ex pleni-
tudine potestatis omnes et singulos defectus si qui forsan intervenerint in
premissis Ac etiam suspendens omnia iura positiva in Conciliis generalibus
et a summis pontificibus edita et statuta et ordinationes consuetudines et
privilegia quibuscumque concessa et penas contra quoscumque ordinatas et eis
derogans in quantum effectum presentis decreti impedire possent quoquo
in contrarium facere non obstantibus quibuscumque Interea cum unitas verum ac
constantie temporis id exposcant ut hec sacra Synodus et ipse summus pontifex
dei gratia ut primo assumendus quam maxime unum sint eadem caritate

vnanimi consensu complurib(us) ad hec agentib(us) omnibus ordinat et decernit
vt electus in summum pontificem priusquam aliud que in que pertinet ad admi-
nistracionem papatus exerceat insignia coronacionis sue assumere debeat .
loco huius sacri Concilii Ad quem si absens fuerit infra terminum sibi
assignandum per deputatos ad eligendum vel maiorem partem eorundem venire
teneatur. Sequitur forma consensus professionis et iuramenti prestandi per ipsum
electum in summum pontificem In nomine domini Amen In nomine sancte et indi-
uidue trinitatis patris et filii et spiritus sancti Ego N electus in papam omnipotenti deo
cuius ecclesiam suo presidio regendam suscipio et beato petro apostolorum principi
corde et ore profiteor quamdiu in hac fragili vita constitutus fuero me
firmiter credere et tenere fidem katolicam secundum tradicionem apostolorum generalium
Conciliorum et aliorum sanctorum patrum, maxime autem octo Conciliorum
sanctorum vniuersalium videlicet primi Niceni secundi Constantinopolitani tercii
Ephesini quarti Calcedonensis quinti et sexti Constantinopolitani septimi Ni-
ceni octaui quoque Constantinopolitani Necnon Lateranensis Lugdunensis Viennensis
Constanciensis et Basiliensis etiam Conciliorum et illam fidem vsque ad vnum
apicem immutilatam seruare et vsque ad animam et sanguinem confirmare defensare
et predicare Ritum quoque pariter sacramentorum ecclesiasticorum ecclesie tradita omnimode
prosequi et obseruare Polliceor etiam fideliter laborare pro tuicione fidei katolice
et extirpacione heresum et errorum Reformacione morum ecclesiarum et obserua-
cione decretorum Constanciensis et Basiliensis Conciliorum Ac pace in populo xpi-
ano Immo etiam prosequi celebracionem Conciliorum generalium et confirmacione
electorum Iuxta decreta sacri Basiliensis Concilii hanc autem professionem
mea manu subscripsi et tibi omnipotenti deo in die tremendi iudicii red-
diturus sum de hoc et aliis meis operibus racionem pura mente super
altare offero quam in primo publico Consistorio solempniter repetam
Datum Basilee in sessione nostra publica in maiori ecclesia Basiliensi
solempniter celebrata Nono Kl Nouembris Anno a Natiuitate domini 1439

In Esdra scriptum est Veritas magna et forcior pre omnibus . omnis terra veri-
tatem inuocat, celum etiam ipsam benedicit Veritas manet et inualescit
in eternum et viuit et obtinet in secula seculorum Non est apud eam accipere
personas neque differencias sed que iusta sunt facit omnibus iniustis Cuius
quidem veritatis fortitudinem dudum impugnare conatur Gabriel quondam dictus
Eugenius papa quartus iusto iudicio a papatu depositus scripturis magis de-
hiat et presumpsit Qui nuper apud fflorenciam prout per summariam informacionem
accepimus libellum quendam qui incipit Moyses famulus dei promulgauit
deque translacionem pretensam huius sacri Concilii in fferrariam quam erronea
in fide pluribus decretis et gestis nostris lucidissime declarauimus Nec-
non creacionem scismatica conuenticuli fferrariensis, sub nomine generalis Con-
cilii hoc sacro durante Concilio in vim pretense translacionis attemptata
maiori sui pertinacia defendere et approbare conatur Adiciens ipsa

recta linea per anfractus exorbitavimus Et quod Concilium Constanciense in malignum
sensum et a sancta doctrina penitus alienum protraximus in hoc quod declaravimus
per sessionem nostram xxviij kl. Junij proxime preteriti celebratam tres veritates
quarum tenor sequitur. Veritas de potestate Concilij generalis vniversalem ecclesiam
representantis supra papam et quemlibet alterum declarata per Constanciense et hoc
Basiliense Concilia generalia est veritas fidei katolice. Veritas hec quod ipsum Con
cilium generale vniversalem ecclesiam representans actu legitime congregatum super decla
ratis in prefata veritate aut aliquo eorum sine eius consensu nullatenus aucto
ritate potest dissolui Aut ad aliud tempus prorogare Aut de loco ad locum
transferre est veritas fidei katolice. Veritas duabus predictis pertinaciter re
pugnans est censenda heretica Conatur quoque ipse Gabriel post predicta sic
eum asserta sub obscuritatibus verborum nostrorum involvere dicens se dampnare
et reprobare veritates predictas ad sensum Basiliensium que inquit facto demon
strant neque illum sensum explicavit, nec in quo sensu eas approbare velit
et manifestavit quod fortassis ideo subticet quia manifeste videt verba dictarum
veritatum adeo clara esse et aperta sicut sunt quod de nulla obscuritate
notari merito possunt, nec ad multiplices protrahi sensus Et per consequens
quod ille primus sensus iuxta quem se dicit reprobare dictas veritates nul
latenus allegari potest Hoc autem notum facimus cunctis vniversis katolicis
quod nullum sensum in hijs habet hec sancta synodus nec habere voluit nisi quem
sacra synodus Constanciensis habuit in declaracionibus suis sensum verum et
katolicum quem quidem semper habuimus in declaracionibus per nos factis in secunda
vndecima duodecima et nona et alijs sessionibus nostris ac epistolis si
nodalibus presertim cum Cardinalibus sancte Romane ecclesie patriarchis
Archiepiscopis Episcopis Oratoribus principum Abbatibus doctoribus qui in
nostro cetu affuerunt fideliter et vnanimiter credentes quod Concilium habet potestatem
immediate a Christo Cui ipse papa obedire tenetur prout veritas prefata in Con
cilio Constanciensi declarata diffinivit quodque hec veritas est fidei divine
quod ipsum ipse Concilium generale vniversalem ecclesiam representans legitime congre
gatum, eo modo quo frequenter declaratum est sine eius consensu dissolui
Aut de loco ad locum transferre non potest neque adversus has veritates
principale Gabriel ipse qui primam dissolucionem huius sacri Concilij
sine eius consensu prima vice per eundem Gabrielem attemptata hoc
sacro Concilio eidem gratia dei omnipotentis precipiente atque mandante
iudicialiter revocare compulsus est tunc in sua adhesione ea decla
ravit nulla irrita et inania, ipsa quoque non obstante Concilium legitime conti
nuatum fuisse ac prosecucionem habuisse, et habere debere Revocavit etiam
expresse litteras incipientes Deus novit quo suo nomine ferre dicebantur
vt adversus huius sacri Concilij ac aliorum Conciliorum auctoritatem varios
errores continebant Item duas litteras suas incipientes Inscrutabilis et
in archano Alias etiam quascumque aut quorumque per ipsum aut suo nomine
in preiudicium aut derogacionem huius sacri Concilij Basiliensis seu contra
auctoritatem factum et attemptatum seu assertum erat Ecclesia quoque katolica tunc
in pace consenciit tenens firmiter esse verum et katolicum Credi ipsa absque

consensu Concilii ipsum dissoluere aut transferre non potest. Cognouerunt quoque cuncti fide-
les quod acquiescere oportet iudicio generalis Concilii [illegible] cum post tam
diuturnam resistentiam duorum annorum quibus ipsam dissolucionem idem Gabriel
iustificare conabatur acquieuit iudicio sacri Concilii prebens iudicialiter coram
eodem formam sue confessionis, quemadmodum sacrum Concilium ordinauit
reuocando expresse ut dictum est quecumque attemptata per eum aut nomine suo in
contrarium. Possunt quoque omnes katholici nunc videre quanta plaga inferretur
ecclesie dei, si reuocaretur in dubium illa declaracio facta in Concilio
Constanciensi facta vigore cuius deposicio Johannis xxiii et priuacio Be. a iure
papatus si quod habebat sic in suis obedienciis intitulatorum. Ac etiam
electio Martini cui successit olim Eugenius facte sunt, ut a quibus consequntur
omnes creaciones Cardinalium, promociones prelatorum, et aliorum ordinum et
graduum ecclesiasticorum facte sunt. Quodque declaracionis eiusdem et auctoritatis
a Christo date Conciliis generalibus vigor deperiret, si summi pontifices possent
Concilia dum congregata essent transferre de regione in regionem sine
consensu ipsorum in eisdem Conciliis presentes ut dissoluerentur aut discederent
etiam si nollent quociens liberet ipsis pontificibus. Verum in hac
approbacione decretum vitatum quam idem Gabriel facit in prefato libello
intelligere possunt fideles quo iam id vertitur quod a vii annis in sua xii
sessione de ipso Gabriele predixit hec sancta Synodus. Cum autem tot
quantum ex eius verbis satis quoque colligi potest vel aliud pretendere videtur
nisi ut ecclesiam pessundet, sicut quod sibi et successoribus faciat non solum
abrogandi ritum sacrorum Conciliorum et ea pro libito dissoluendi sed et
ipsorum decreta spiritu dei promulgata, a quibus status pendet uniuersalis ecclesie
irritandi et abolendi et presertim declaracionem illam qua in hiis que ad
fidem extirpacionem scismatis et generalem reformacionem ecclesie in capite
et in membris pertinent quilibet etiam si papalis dignitatis decretis generalis
Concilii subiaceat. Hec in prefata xii sessione habentur que nunc idem Ga-
briel aperte manifestat. Unde omnes intelligere possunt quod iuste hec sancta
Synodus huiusmodi eidem restitit conspiciens animum obduratum, quo antea
Conciliorum generalium statutis et verbis resistebat contempnendo etiam et
violando voluntarie sacros Canones pro salute animarum editos de quibus
ait Damasus papa violatores Canonum voluntarie a sanctis patribus grauiter
iudicantur et a spiritu sancto instinctu cuius ac dono dictati sunt dampnan-
tur. Cum blasfemare in spiritum sanctum non incongrue videtur, qui contra
eosdem sacros Canones non necessitate compulsi, sed libenter ut pre-
missum est aliquid aut proterue agunt aut loqui presumunt aut facere
volentibus sponte consenciunt, talibus enim presumpcio manifeste unum genus
est blasfemancium in spiritum sanctum. Reprobat insuper prefatum Gabrielem
et dampnat suam deposicionem ad quam hec sancta Synodus iuxta
disposicionem prefate veritatis in Concilio Constanciensi declarate post
longam expectacionem examinacionem iudicialem processit propter heresim

scisma Simoniaca notoria prauitate pluriu et contemptu ac violacom assidua
Sinodaliu decretorum generaliu reformacionum gnalem eccle in capite et in me-
bris quibus incorrigibilit scandalisabat eccla dei A quibus quidem nequaquam
se in pfato libello expurgat sed contra et maledicta in hoc sacru Conci-
liu et supposita eius refferre conat et sinam in iudice ferre a quo licime
condempnatus extitit Et phanu p calliam hereticus iudicatus est veros katolicos
doctrina ipius eccle inviolabilit tenentes hereticos appellare psumpsit sicut
mos est condempnatoru de heresi ut suis iudicibus maledicere et heresim abijce
soleat cu fuerit manifestissima veritate supati Ad que omia plenore
renssiom secimus in reuisione Sinodali data in ma gnali congregacon nona huius
mensis octobris Reuocat etia penas quas adversus supposita huius sete Sinodi
eo quod sue prise et erronee translacionem no pbabant iam dudu anno proxe
in conventiculo Ferrariensi pmulgauit Cum itaque ex dicto libello omibus constare
possit quod pfatus Gabriel in crimine heresis ac scismate de quibus condempnatus
est se ptinacius obdmatu reddat et magis ac magis se heticu exhibet
vniuersis et singlis xpifidelibus hec sca Sinodus pcipit atque madat vt iuxta
vbu Moysi famuli dei dicentis Recedite a tabnaculis hominum impiorum a
tabnaculo et consorcio ac omi adherentia ipius Gabrielis tanquam a Chore
Datan et Abiron auctoribus scismatis recordare cu effectu illius quod cu aio
deuiterit Iuxta preceptu apli in epla ad Titu qua dicit heticu hoiem
post pma et scdam correccionem deuita sciens quod subuersus est qui huiusmodi est et
delinquit ppo iudicio condempnatus Na etia iuxta doctrina Io. in scda Canica
sua non heti doctrina eccle nec e dicendu Aue Dicens quod huic diuine
scie no acquiescentes merito ptimescere hent quod in districto examine diui
iudicij redditure sint racom si ppaream adherenciam et fauorem deo Gabri-
i p gnale Conciliu condempnato tanquam hetico pstent Et cum ut ait b Augus
Illa causa recipi no debet quoru dampnantur auctores Ne ex doctrina pre-
fati libri que in confirmacom sue heresis et scismatis dictus Gabriel post sua
condempnacom effecisse dicit copia fidelium in hac re seduci contigat hec
sca Sinodus districtius inhibet pcipit atque mandat omnibus et singlis
xpifidelibus cuiuscumque dignitatis etia Cardinalatus patriarchalis pontificalis
aut cuiuscumque ecclastice vel scularis etia si vniuersitates comitates vel Col-
legia fuerint ne pfatu libellu publicare pdicare approbare seu defende
psumant vel ei quouismodo assentire crede aut fauere vel eo vti seu
vtentibus eo consiliu auxiliu aut fauore pstare neque etia prius censuris
seu similibus inodacomibus declaracomibus dapnacomibus reprobacomibus inciacomibus
confirmacomibus et disposicomibus in eodem libello quomodolibet contentis quas nullas aut
nullius penitus roboris et momenti esse decreuimus et declaramus obedire
attende seu eas obseruare Aut vigore earundem seu aliorum quorumcumque
mandatorum vel concessionum aut indultorum quarumcumque dignitates etia si Cardinalatus
patriarchalis Archiepalis epalis fuerint vel bnficia aut alia quecumque bona
suppositorum huius sete Sinodi et eide adherenciu quouismodo impetrare occu-
pare aut detinere etia si motu ppo eis concessa dicant vel ipsos sic impetrantes

occupantes vel detinentes ad possessionem eorundem reapse vel admittere seu eos
in eisdem sustinere quovismodo presumat sub penis fautorie heresis et scismatis
necnon aliis penis contentis supradictis ab omnibus dignitatibus etiam si ut pre-
mittitur Cardinalatus patriarchales Archiepiscopales aut pontificales fuerint beneficiis
et officiis ac inhabilitacionibus ad easdem et interdicti dudum in viii viiii
et xxxix ac aliis sessionibus huius sancte Synodi in talibus factis promulgatis
quas haec sancta Synodus innovat et quas omnes et singuli predicti ipso
facto incurrent nec ab alio quam ab hac sancta Synodo preterquam in mortis
articulo valeat de predictis absolvi Et si qui huic sacro Concilio incorporati
aut eidem adherentes forsan vigore mandatorum prefati Gabrielis olim
Eugenii post eius suspensionem ab administracione papali emanatorum suis
dignitatibus aut beneficiis quibuscumque spoliati essent aut spoliarentur in futurum
possunt nichilominus sine alia cause cognicione aut requisicione alterius
auctoritate possessiones huiusmodi dignitatum et beneficiorum per se vel per alios reintrare
et recuperare aliis penis contentis in decretis nostris semper in suo robore
durantibus Datum etc.

Eugenius episcopus servus servorum dei Ad perpetuam rei memoriam Moyses vir
dei populi sibi commissi salutem zelans timens quod ne ob sediciosum scisma
Chore Dathan Abiron quod ira dei in populum si illos sequeretur resurgeret
iussu dei ad plebem inquit Recedite a tabernaculis hominum impiorum
et nolite tangere que ad eos pertinent ne involvamini in peccatis eorum Sense-
rat enim ipse domino inspirante sediciosos et scismaticos illos ulcionem gravi-
ssimam accepturos sicut paulomodo rei monstravit eventus dum nec terra sub-
potuit eos sustinere sed iusto dei iudicio illos absorbuit ut descenderent in
infernum viventes Sic et nos quibus licet immeritis dominus Ihesus populum suum
committere dignatus est audientes id execrabile zelus quod quidam perditi
homines Basilee commorantes ad scindendum ecclesie unitatem preteritis diebus
machinati sunt verentes quod ne quos incautos seducant fraudibus et ve-
nenis inficiant adimpleri dominum mei ipse populum nobis traditum clamare pari
voce compellimur Recedite a tabernaculis hominum impiorum maxime cum
longe amplior sit plebs christiana quam illa tunc Iudeorum ecclesia sanctior
quam synagoga et Christi vicarius ipse Moyse auctoritate et dignitate superior
Etenim Basiliensium impietatem dudum providere cepimus quicquid cum illud
Basiliense Concilium intuebamur iam in tirannidem plebi dum multi etiam
inferiorum gradus ad id veniendum statuendum quod pro libito factorum auctorum cogerentur
dum ad nonnullorum vota et iudicia diversis artibus contorquerentur Alii men-
daciis et fraudibus seducerentur dum conspiracionibus coniuracionibus neonopo-
liis et querelis fere omnia cederent et pro ambicione papatus diutina
protractio eius Concilii querebatur Ubi namque innumere novitates inor-
dinacioes difformitates et que infinita parabantur mala atque etiam eccle-

insta sacros ordines constituti ignorantes inexperti vagi discoli et profugi apostate de criminibus condempnati et de carceribus fugientes nobis et suis superioribus rebelles et reliqua huiusmodi hominum monstra concurrerent qui ad ipsum scelerum ingressi in omnem corruptionis labem facile trahebant. Adveniente etiam ad id ipsum opus unionis orientalis ecclesie quod per quorundam factiosorum fraude omnino perturbari videbamus et ideo tantis malis quantum in nobis erat providere cupientes ex predictis et aliis rationabilibus et causis necessariis de quibus in decreto translationis plene continetur prefatum tunc Basiliense Concilium de venerabilium fratrum nostrorum sancte Romane ecclesie Cardinalium Consilio pluribus venerabilibus fratribus et dilectis filiis Archiepiscopis Episcopis Electis Abbatibus et aliis ecclesiarum prelatis ac magistris et doctoribus ad Civitatem Ferrariensem transtulimus ubi etiam cum orientali et occidentali ecclesia Concilium ycomenicum domino disponente fundavimus. deinde morbo pestis superveniente et continuante ad civitatem Florentinam eius gratia annuente eodem sacro Concilio approbante transtulimus in quo ipse piissimus et clementissimus deus ondidit mirabilia sua ut scilicet scisma illud perniciosissimum quod in ecclesia per quingentos fere annos cum maximo totius christianitatis detrimento invaluerat et ad illud extirpandum plurimi sancti Romani pontifices predecessores nostri multi quoque reges et principes et alii christiani magnis olim laboribus et impensis diutissime insudaverunt per multas tandem in utroque loco disputationes publicas et privatas diversos tractatus et labores multiplices sublatum fuit et sanctissima Grecorum et Latinorum eius felicitate consumata prout in decreto super inde confecto et solempniter promulgato plenius continetur. Ex qua re ipsi eterno deo inexhaustas gratias referentes omnes quoque fideles populos congratulantes obtulimus illi hostiam iubilationis et laudis videntes eum non gentem unam veluti Hebreorum populum ad decas per missionis revocari sed multarum gentium populos nationes et linguas ad unum divine veritatis eloquia meritum quoque convenire pro quod etiam iam magis spes reddit ut ipse sol iustitie in oriente oriens ad aliarum multarum gentium etiam infidelium tenebras radios sue lucis extendat fiat quoque salus domini usque ad extremum terre. Cuius quidem rei iam optimas arras deo disponente tenemus dum ipse omnipotens deus per operam manum Armenorum oratores ex longissimis septentrionis partibus ad nos et apostolicam sedem ad sacrum hoc Concilium his diebus cum pleno mandato pervenire concessit qui nos non aliter quam beatum Petrum apostolorum principem intuentes ac venerantes ipsamque sanctam sedem veluti matrem omnium fidelium et magistram recognoscentes ad eam et prefatum Concilium pro spirituali cibo et sane doctrine veritate se venisse professi sunt. Ob quam rem deo ipsi deo nostro iterum gratias multas retulimus. Sed quas in prefato Concilio diminuto quoque opere molestias quas impugnationes quas denique persecutiones non quidem a Turcis aut Sarracenis sed a christianis karissimis passi fuimus horret animus commemorare. Refert beatus Jeronimus quod ab Adriani temporibus usque ad imperium Constantini in loco resurrectionis dominice simulacrum Iovis et in crucis rupe statua Veneris ex marmore a gentibus posita colebatur existimantibus persecutionis auctoribus tollere nobis fidem resurrectionis et crucis si sancta loca per ydola polluissent. Non dissimile a Basiliensibus illis hominibus perditissimis nobis et sancte ecclesie dei his diebus fieri contigit nisi quod illud a paganis et verum deum ignorantibus factum est hoc ab his qui cognoverunt et oderunt

Et ideo superbia eorum iuxta prophetam ascendit semper in eo periculosius quo sub reformationis specie quam semper in se habuerunt venena diffundunt. Primum quidem postquam hii qui omnium scandalorum patratores Basilee fuerunt Grecos in promissione defecerunt cum per nuncios Grecorum et ecclesie orientalis oratores plane intelligeret carissimum in Christo filium nostrum Johannem Paleologum Romeorum imperatorem illustrem et bone memorie Joseph Constantinopolitanum patriarcham reliquosque tam prelatos quam orientales alios ecclesie ad locum yconomenico celebrando concilio per nostros legatos et presidentes aliosque ex presidentibus ibidem existentibus ad quos ius eligendi locum iuxta conventionum tenorem concilii consensu firmatam propter graves superiorum eius dissensiones devolutum erat legitime electum accedere velle. Cuiusque etiam nos huiusmodi loci electionem ad supplicationem et instanciam maximam dictorum oratorum in generali consistorio Bononie confirmasse ac galeas et alia necessaria pro huiusmodi sanctissime unionis opere multis laboribus et impensis versus Constantinopolim destinare proposuissent, quoddam detestabile monitorium seu citatorium quo sentiunt hoc opus interrumpere contra nos et sancte Romane ecclesie cardinales decernere ausi sunt, idque ad prefatos imperatorem et patriarcham Constantinopolim mittere ut ipsos et omnes alios omnino a veniendo diverterent, sciebant enim illos ad alium locum quam electum ut promittitur nullo pacto venturos. Deinde cum predictos imperatorem et patriarcham ac reliquos pro ipsius sanctissime unionis opere ad nos iam venire prospexissent, alium impietatis laqueum huic tam divine rei iniicere sunt conati, dum quandam sacrilegam suspensionis ab administratione papatus sententiam, immo potius insaniam, contra nos protulerunt. Postremo inveterati scandalorum duces, numero quidem paucissimi, quorum plerique conditionis infime, et nominis vere paucis odiosissimi, iniquitatem super iniquitatem apponentes ut non intrarent in requiem domini, dum spiritus sancti gratiam pro ipsorum Grecorum unione iam in nobis operari conspicerent, Arcata linea per anfractus errores exorbitantes penitus quadam decimo sexto kalendas Junii proxime preteriti sessione fecerunt, in qua quibusdam decretis licet per unam tunc ex tribus obedienciis post recessum Johannis XXIII qui erat in eadem obediencia in dubio papatus Constancie scismate tunc vigente editis, et inherere se dicentes tres propositiones quas fidei veritates vocant, quibus nos et omnes principes ac prelatos et alios fideles et devotos apostolice sedis hereticos facerent, protulerunt, quarum tenor sequitur in hec verba. Veritas de potestate concilii generalis universalem ecclesiam representantis super papam et quemlibet alterum declarata per Constanciense et *Tres veritates*
hoc Basiliense generalia concilia est veritas fidei catholice. Veritas hec quod papa concilium generale universalem ecclesiam representans actu legitime congregatum super declaratis in prefata veritate aut aliquo eorum sine eius consensu nullatenus auctoritative potest dissolvere aut ad aliud tempus prorogare aut de loco ad locum transferre est veritas fidei

katholice veritatibus duabus predictis pertinaciter repugnans est censendus hereticus. In
hoc perniciosissimi dum suam malignitatem sub veritatis fidei fuco colerent
Constanciense Concilium in malum ac reprobum sensum, et a sana doctrina
penitus alienum pertrahunt, ceterorum scismaticorum et hereticorum doctrinam sequentes,
qui confictos errores et impia dogmata ex divinis scripturis et sanctis patribus
perverso intellectu astruere sibi moliuntur. Deinde avertentes sensum suum penitus
et declinantes oculos suos ne viderent celum neque recordarentur iustorum iudiciorum
more Dioscori et dampnate Ephesine synodi. Ad quandam venenatam
execrabilem quod asserte declaracionis seu privacionis sententiam a dignitate et officio
summi apostolatus inexpiabili quodam scelere processerunt, cuius tenore omni pie
menti horribilem haberi hic volumus pro sufficienti expresso, nichil
omittentes quantum in eis fuit, quo inexpiabile unionis bonum in totum everteret.
O miseros et degeneres filios, o pravam et adulteram generacionem,
quid hac impietate et iniquitate crudelius, quid detestabilius, horribilius
atque infamius excogitari poterat. Dixerat enim nichil melius, nichil gloriosius
ac fructuosius hac sanctissima unione ab exordio nascentis ecclesie in populo
christiano visum vel auditum fuisse, neque expedire in re illa de loco contendendum
fore, sed pro ea consequenda nedum humeros subdendos, sed et corpora
animasque exponi debere, pro hoc toto orbe clamantes et ad illud commonentes
populum christianum, veluti in suis epistolis et decretis plenius continetur. Nunc vero
tam furiose tam impie quantum in eis est ibidem processerunt, ut ad illud Basiliense
latrocinium tocius orbis demonia confluxisse videantur, et licet illorum iniquitates
sibi semper mentita omnipotens deus huiusque prevalere non permiserit, cum tamen ad
eam complendam usque abhominacionem desolacionis in dei ecclesia viribus omnibus
studeat. Nos qui sine gravissima dei offensa ac manifesto periculo confusionis
et abhominacionis in dei ecclesia talia dissimulare nullomodo valemus,
iuxta pastoralis officii nostri debitum, multis etiam zelo dei suasionibus nos
ad hoc propriis impellentibus tantis malis obviare volentes, ac quantum in
nobis est opportune et salubriter providere, execrabilem impietatem et
pestem perniciosissimam a dei ecclesia eliminare predecessorum nostrorum sanctorum
vestigia, qui ut scribit sancte memorie Nicolaus papa, soliti sunt concilia vel
Romanorum pontificum nequiter celebrata cassare, sicut in alii contigit synodo
Ephesina secunda, quam beatissimus Leo papa submovit et Calcedonensem instituit,
plene et salubriter declaracionem decretorum contra sacrilegos illos auctoritate apostolica
in sacro Ferrariensi generali concilio quindecimo Marcii per nos editum hoc
sacro Florentino concilio approbante innovamus, quod vacuum competentem esse
diximus, contra translacionem et declaracionem nostras convenientes, et illa scandalosa
et nefaria presumentes, etiam cardinalatus, patriarchali, archiepiscopali, episcopali,
abbaciali aut aliqua quavis dignitate ecclesiastica vel seculari prefulgerent,
excommunicacionis privacionis dignitatum beneficiorum et officiorum atque inhabilitacionis
ad futura penis in dictis litteris nostris translacionis contentis ipso sacro Florentino
approbante concilio incidisse declaramus. Decernentes etiam nunc ac

declarantes per quamplures per dictos impios homines Basilee existentes facta et attemp-
tata de quibus in presenti nostro Florentino decreto fit mencio similiter omnia
et singula per predictos et per eos facta gesta et attemptata et specialiter in duabus
pretensis sessionibus seu verius conspiracionibus ultimis nominatis ac quecumque
ex eis vel ab ea forsan secuta sunt et in futurum sequi possent tamquam
ab impiis hominibus et nullam potestatem habentibus sed a deo eiectis et
reprobatis fuisse et esse nulla cassa et irrita et de facto presumpta ac
nullius penitus existere roboris et momenti ipsas quoque propositiones superius descriptas
iuxta pravum eorum Basiliensium intellectum que de facto demonstrant veluti
sane sacre scripture ac sanctorum patrum et ipsius Constanciensis Concilii sensui
contrarias. Necnon prefata asserta declaracionis seu privacionis sententiam cum omnibus inde
secutis et que in futurum sequi possent tamquam impias et scandalosas Necnon
in manifesta ecclesie scissuram ac omnis ecclesiastici ordinis et christiani principatus
confusionem tendentes ipsos sacro approbante Concilio dampnamus et reprobamus ac
dampnatos et reprobatos nunciamus decernimus etiam et declaramus omnes et singulos
predictos fuisse et esse scismaticos et hereticos et ultra penas in prefato Florentino
nostro Concilio declaratas tamquam tales cum omnibus eorum fautoribus et defensoribus
cuiuscumque status gradus ecclesiastici vel secularis extiterint etiam si Cardinalatus
patriarchali episcopali archiepiscopali abbaciali aut alia quavis dignitate prefulgeant
ut cum predictis Chore Dathan Abiron ultimam accipiant porcionem penis
condignis omnino puniendos. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre
innovacionis declaracionis dampnacionis reprobacionis nunciacionis constitucionis
et disposicionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc
attemptare presumpserit indignacionem omnipotentis dei et beatorum apostolorum Petri et Pauli se
noverit incursurum. Datum Florencie in sessione publica synodali solempniter
in ecclesia beate Marie novelle celebrata Anno incarnacionis dominice 1439
pridie nonas Septembris Pontificatus nostri Anno Nono.

Eugenius episcopus servus servorum dei Carissimo in christo filio Wladislao
Polonie Regi Illustri salutem et apostolicam benediccionem. Per dilectum filium
Nicolaum de Bonis familiarem nostrum dudum recepimus litteras Serenitatis tue per
quas litteris nostris respondes quas idem Nicolaus ad te pro parte nostra detu-
lerat. Nam cum ea pervenisset ad noticiam nostram non sine magna molestia mentis
nostre quod magnum pares exercitum ut illud ad Regnum Bohemie adversus
Carissimum in christo filium nostrum Albertum Romanorum Regem Illustrem trans-
mitteres revolventes in animo quanta multa in populo christiano mala et pericula
ex tali missione gencium provenire possent scripsimus Serenitati tue illam
hortantes ac requirentes per viscera misericordie dei nostri ut ab huiusmodi trans-
missione exercitus desistere vellet prout in ipsis litteris nostris plenius continetur

Cui quidem precipue literas manu patrem respondens, gentes ipas te / principum nostras acceptisses literas transmisisse. Multa preterea alia pro causa tue iustificacionis scribebas que nos omnia diligentissime perlegimus / Ob eam quidem rem ordinaveramus oratorem nostrum ad tuam celsitudinem destinare / qui dirigente domino gressus suos pacem concordiam et unitatem inter te et dictum Regem Romanorum reponere ac firmare mandato et auctoritate nostra et sedis apostolice conaretur. Erat quidem iam ille orator ad iter accinctus / cum in mentem nobis venit alia viam ut putavimus aptiorem et que huic negocio magis conduceret / se nobis obtulisse. Cum enim in oppido Nurembergensi / dieta ad festum sancti Galli proxime futurum / admissionem magnam immineat celebranda / cui dictus Rex Romanorum personaliter debeat interesse / et ad quam nos dilectum filium Nicolaum tituli sancti Petri ad vincula in Thelis presbiterum Cardinalem Apostolice sedis legatum / cum nonnullis aliis Oratoribus nostris destinare pararemus / qui iam mediatate mensis presentis hinc discessurus est / et alii venerabiles fratres et dilecti filii sacri imperii electores. Ceteri quoque principes et comunitates Alamanie per se vel suos Oratores intererunt / inter quos tua excellencia suos forsitan oratores transmittet / Ob eam rem eidem legato cuius porro in hac re maior erit auctoritas / negocium huiusmodi cum dicto Rege tuis quoque oratoribus pertractandum ac salubri fine terminandum / committere decrevimus. Nostra bene faciet celsitudo tua / tum honoris sui causa tum pro bona ipsius negocii disposicione suos Oratores ad dietam huiusmodi / etiam si alias transmissura non esset / sufficienti ad eam rem mandato instructos destinare. Ut possit dictus legatus domino concedente cum ipsis oratoribus tuis ac prefato Rege materiam pacis et concordie pertractare / et salutari fine concludere. Quod si forte esse aliqua racione / aut quia commode fieri non posset / aut quia prudencie tue minus videtur Oratores tuos ad dietam huiusmodi / minime destinaturus esses / placeat hoc prefato legato nostro intimare / ut unus ex Oratoribus nostris quos cum dicto legato transmittimus / huiusmodi negocii causa / ex disposicione et mandato nostris / ad presenciam tuam personaliter venire curabit. Datum Ferrarie Anno Incarnacionis dominice 1438 . sexto idus Septembris pontificatus nostri Anno VIIIo.

A. de Rachaneto.

Beatissime Impellunt me singulares virtutes et merita venerabilis domini Johannis de Thanczyn Canonici Cracoviensis / ut pro eius promocione maiestate Beatitudinis vestre deprecer et implorem / presertim occurrente vacacione beneficiorum que per mortem olim venerabilis Wischote de Gorka prepositi Poznaniensis et Notarii sedis apostolice in vestre Beatitudinis cadunt provisionem / humiliter itaque quo possum dignetur Beatitudo vestra prefato domino Johanni de Thanczyn de prepositura Poznaniensi aut de aliqua parte provisionem facere / et tam ipsum quam parentem suum Magnificum Johannem de Thanczyn pallatinum Cracoviensem virum in prudencia et virtute ceteris prestantem / vestre Sanctitatis et sedis apostolice devotum liberalitate et clemencia solita honorare / per quod Beatitudo vestra magis in virtute quam premiis provisionem ipsam collocabit. Tanta est enim in virtute vere pro quo intercedo / ut si Beatitudo vestra incognita ac michi commissa esset / in provisionem sua motu proprio moveretur /

Joh. Dlugosch d. offic. Crac. Raphaeli de Skawina +

Voluit p. v. pro sua in me benivolencia significare in dolore suum recentem
et novum, pro facinore dni Sbignei Szwyranczky habitum, quem intellexi vestris litteris,
nondum solita amaritudine propter occisionem fratris mei, et casum meum
recepta, novo merore turbavit et sauciavit. Non dubito siquidem p. v.
sicut meo, ita et hoc dni Szwiraczky casu in amaritudine posita est,
eo quod nimia caritate erga notos et amicos flagrat, pressim ubi insperati
repari cernis quod non potest qualis fuit, utrisque ex istis. Doleo ego de
sorte dni Szwiraczky, compatior quod sic fragilium, et casui, quia non
credebam in ipsum unquam cadere debuisse, propter viri bene traducta etate,
et morum bona indole atque maturitate. Attendo quod per casu illo sibi
grande scelus, filio suo infamiam, duabus animabus mortem, et posteritati
atque domui sue dedecus, miserabiliter innexuit, nec femina illa si bene
volumus considerare tali morte digna erat, a filio suo primum ut singulis
seducta, deinde impugnata. Potuit bono consilio casu filius alia via
rescindere, et seipsum scelere et erumpna non involvere. Concurrebat me sciente
in eum ut in Judicem Cracoviensem eligeretur aliquot vota, duo quoque ut Reverendissimi
Cardinalis pro ipso votum dabat, sed omnia anteacta merita sua hic
uno facinore tam immani videntur non solum suffocata sed etiam polluta.
Spiritualia siquidem est ut v. p. littere reperiunt, ita quod superiori eterna vitam
eius esses et nodos, ante annos plures scripsissem, non fuissem credo
oppressus tot malis que nunc patior. Adeo eum me angustie ex
casu meo coartat ut caput dolore continuo infectum colleam, oculos humectatos
ex lacrimis teneam, et nisi me lectione librorum a gemitibus
averterem, vereor aliquam gravem valitudinem experiri oportet. Itaque premium
benevolentiae, et p. v. et michi circumspiciendum est, ut aliquem ex
hoc pelago ex hiis procellis et fluctibus iam pluribus tempestatibus naufragium
passi, nondum in misericordia Jhesu Christi absorpti ad portum
securitatis evadamus.

Dno Palatino Crac. Johanni de Thanczyn +

Magnifice dne Amice dilecte. Dum in continua anxietate et cogitatione
positus sollicitus essem de vobis et de statu sub vestro ducatu
constituto, cupiens audire aliquid boni novum de vobis et vestris successibus,
littere vestre heri michi sunt reddite, scripte circa obsidionem Wolek Sabbato
ante Simonis et Jude, ex quibus magnam concepi animo recreacionem et leticiam
intelligens vos ex illis et ceteros fratres et amicos meos vobiscum in
Castris positos sanos et incolumes esse. Pro quorum incolumitate et felicibus
successibus funduntur ad dnum preces per me et clerum meum continue
preces. Compassio autem ex littera vestra acquisicionem Castri Wolek que

facilis huius, qui in Cracovia degebat videbat nodosum et difficile esse
et parum vos vel propter situm loci, vel propter paucitatem certaminis, congressus
perterrisse, tum etiam ex eo, quod in pulveribus et lapidibus interponitur, maxime
defectum. Cum autem hec omnia satis grauia et onerosa sint, Rogo
in caritate vestram, et eandem per virtute animi vestri contestor et interpello, in
huius omnibus et si forte acerbiora, quod deus avertat, evenerit, durate
animo et tenete illum semper invictum. Hostes enim vestram constanciam consolidatam,
magis eam metuent, quam validum exercitum, et si magis et paruis du-
biis nichil temere et leviter aggrediendum est, Ita nec leviter obmittendum.
Nam si ceptum vestrum presserit exitum, crescet hostibus animus et tum
Regnus cum vestro nomine magis suggillacio et turpitudo inoretur, prebebitur
que materia detractoribus et inuidis, vestram famam virum carpendi, qui etiam
nunc sublimaverat et consilia vestra obtrectant. In huius in omnibus animus
vos magnus retinendus est, et exempla priorum Romanorum sequenda ut
non moveamini ad populares rumores, et virtute atque constancia consolabit
superatis adversitates. Neque enim illud quemcumque premium et honorum
in tam alto et arduo colle situm est, quod ad illud virtus vestra vestra po-
tencia provenire non possit, et cum deliberacioni, atque conquisicioni operam et
cogitacionem ceperitis, quanta ex conquisicione, laude fama et gloriam, quanta
ex invito discessu turpitudine et suggillacioni, vna nobiscum intelligetis.
Nichil est quod tolerandum non putabitis. Ego iam dante deo meliori
sanitati restitutus sum, cuius infirmitas adeo erat vulgata et sonora,
ut ab omnibus teneretur et predicaretur dudum morte absumptus. Gracias dicam
deo ex hoc loco in Erlze predicto, nullum tamen adhuc usum pedis dextri
habeo. Contracte sunt enim et extenuate ita illius pedis vires, ut
officium suum etiam ad modicum spacium non posset exercere. Cetera omnia membra
retinent vigorem suum, nec aliquis defectus michi obstat, nisi quod pedem
dextrum non possum figere ad incedendum. In ...fesso sancti ante
sancti Martini 1·4·7·3·

Veneris sabbato ante dominicam Passionis michi magister Jacobus cum sua comitiva michi
semper sua virtute amatissimus, venit huc salvus atque ... vivimus est, et
hoc meum relevat tedium, quod eius presencia acsi vna essemus domo. vtor, alias
absente et non presentem illum reputassem. Cum Italico mansionem facio, provideto
me expensis ex pacto trium ducatorum longius mensibus, inde magistro Jacobo precium
in vna domo prestare non potui.
Dominus 6 autem fautore vestre dominacionis missum michi reddidit, de cuius missione magnas vestre dominacioni habeo
gracias, et maxima vestre dominacionis in me beneficia recognosco, que sola mei sunt medica
nulla prestitit subvencionum, dominacio vestra non solum subvenire non cessat, sed etiam pro meis
infirmitatibus, quas maxime sunt animi affectum, quas maiores corporis computant.
Ego vias estuantes ita acerbas dicit habeo, ut velim eas non dimidiare
sed in me assumere, dum illas quoquomodo non possum tollere remedio, languor verum ma-
xima summa quod anxietas est, et morbus meus quam vero facit michi passionem
Et ut illum levem consentiam cum peroribus medicis, et pro dominacione vestra consilia eorum mittam.

Reuerendissime in xpo pater et domine prestantissime / Excellens illa vestre
paternitatis in me beniuolencia operis effectu in promocione mea ad Cardinalatus Jo.
dignitatem demonstrata nullis probitatum signis nullis virtutum meritis sed ex
innata vestre paternitatis bonitate proueniens cogit me et mentem meam solicitat
quatenus vestre paternitati literis meis postquam personaliter non possum crebro visitem /
vt paternitas vestra possit agnoscere quod beneficia sua in hominem non ingratum /
contulit. Et licet ad superioribus diebus nonnullas literas ad vestram paternitatem
miserim quia tamen ad illas responsum redditum non est vereor eas forsitan non
presentatas. Et si presentate sint non negligencia quam in tam pectore altissimo
inspirari non possum sed occupacio vestre paternitati opportunitatem scribendi negauit /
Et quia Reuerendissime pater erectio mea ad Cardinalatus fastigium postquam in
Regno hoc et ex literis Sanctissimi domini nostri pape et ex relacione Reuerendi
patris domini Baptiste episcopi Camerinen. percrebruit aliquorum interposicione et
signanter domini Vincencij olim Gneznensis Archiepiscopi impugnata sunt scripsi
vestre paternitati omnes huiusmodi difficultates michi ingestas tamquam promocionis
mee auctori Moleste enim ferens prefatus dominus Vincencius Archiepiscopus me sibi
in predicte dignitatis assecucione prelatum infringere et abrogare promocionem
meam nec iniustum nec turpe putavit / Et primum Serenissimum principem dominum
Kazimirum Polonie Regem deinde aliquos Barones ad fauendum sue instancie
et importunitati perduxit / Rex enim ipse decretum apostolicum satages facilius
irritare Scripsit Sanctissimo domino nostro et tandem et relacione Nuncij reperit /
vt Sanctitas sua ad tempus aliquod a missione supersederet Capelli propter
turbacionem intestinam Regni quam preponebat venturam. Detinuit itaque
Sanctissimus dominus noster Nuncium ad ferendum Capellum designatum et literis huiusmodi
regijs causas prefatas ad inficiendum promocionem nostram continentes motus
mittere Capellum literis et Nuncijs promissum distulit / Ego tamen impedimentum
huiusmodi ratus non posse in aliquo officere scripsi Sanctissimo domino nostro
scripsi et aliquibus Reuerendissimis dominis Cardinalibus supplicans
quatenus causis huiusmodi quas etiam racionibus sufficientibus extenuaui
exclusis dignaretur promocionem meam consumacionem mandare attento quod
nulla turbacio nullum scandalum quod allegabat pertimescendum est et
predictus dominus Archiepiscopus deo permittente morte ex hac contencione subtractus
vestram eciam paternitatem michi pre colendissima obsecro quatenus apud dominum
nostrum literis suis facta mea promoveat persuadeatque sue Sanctitati vt
Capellum promissum non obstantibus hijs que ingerunt impedimentis
transmittat. Nulla etenim vis esse poterit que me ab illius susceptione
et vsu deterreat. Nec interposicio Regis obstat qui non turbacionem
aut scandalum metuens sed aliorum respectibus ad vota repugnancium
et non bene amplitudini mee fauencium conductus est / Mutaret fortassis
nunc sentenciam sed timet de leuitate apud Summum pontificem notari
Et veretur ne aliqua propterea nota iniuria sue maiestati fiet
paternitas vestra rem gratissimam si dominus noster apud quem precipuum locum
amoris p. v. invenire promeruit consilijs et precibus vestre paternitatis motus
circumscriptis causis que dilacionem induxerat Capellum michi mittere Aut
Nuncijs meis venerabilibus viris dominis Johanni Rey preposito sancti
Michaelis in Castro et Johanni Pristhka decretorum doctori Canonicis
Cracouien. Aut alteri eorum plenum ad id mandatum habentibus tradere
dignabitur. quo Capello superveniente omnes difficultates interpositas
et cause continuo evanescent et occident et Rex ipse ciuitatem in
voluntate conuertet / Dignas aut literas v. p. Summo pontifici aut
aliquibus dominis Cardinalibus in fauorem meum scribere dignabitur
hunc Nuncio illas consignare velit. Venerabili magistro Thadeo
Thadeo Therwisino presentandas /

1o Beatissime pater et domine clementissime. Orta pridem inter Nicolaum Hagez ex una et Annam filiam Mathie Czedlicz partibus ex altera cives Leopolienses et subditos fideles regni mei, qua dictus Nicolaus suam asserebat sponsam, materia litis et questionis honorabili Francisco decano Leopoliensi cui examine cause huiusmodi rescripto fuit commissa, lite et termine in causa huiusmodi procedens Annam predictam ab instancia eiusdem Nicolai absolvit, sententia sua diffinitiva. A qua pro parte prefati Nicolai ad sedem vestram apostolicam extitit provocatum. Cum autem pater beatissime inconvenientes cause eiusmodi nec equalis non videntur esse cum prefatis dignetur sanctitas vestra speciali decreto causam huiusmodi appellationis remittere ad partes iudicandam. Et ubi aliorum potissime regni mei, partes appellans declinare vellet iudicium saltem sanctitas vestra administracionem iusticie et decisionem cause, que aliquamdiu appellacione revocari non possit in dubium reverendissimo patri et domino domino Sbigneo Cardinali et episcopo Cracoviensi committat, cuius integritas non poterit esse alicui parti suspecta.

1o Beatissime etc. Diuturna vexacio que inter venerabiles viros Raphaelem de Skawina officialem meum Cracoviensem, Petrum de Ossowa ab una et Theodricum de Warzinagige partibus ab altera occasione prepositure Beate Marie et Cantorie Cracoviensis, consurgens viget in hac die, cogit me, ut vestre sanctitatis pias aures fatigem. Nisi enim de clemencia vestre sanctitatis declaracio prefato Theodrico concessa rescissa fuerit, durabit inter eos aliquamdiu clamor et bona predictorum beneficiorum usque ad interitum distrahentur. Et pro tanto supplico humiliter sanctitas vestra dignetur vestra sanctitas querelam eorum ad instanciam admittere atque facere ut causa inter partes in consistorio apostolico cessantibus reiectis remanentibus quibuscumque declaracionibus et commissionibus principali iuri derogantibus per viam iuris expediatur, et favores quibus una pars suffragari ante gravamine cedant bono iuri.

1o Beatissime. Absumptus est pridem pro condicione humana venerabilis Wischota de Borka olim prepositus Poznaniensis et canonicus Gneznensis, Poznaniensis et Wladislaviensis et sedis apostolice notarius, ex cuius obitu sua omnia beneficia cesserunt vestre sanctitati ordinacioni specialiter reservata. Quocirca vestre sanctitati humiliter quo possum supplico dignetur in distribuendis eiusmodi beneficiis suis ad venerabilem Johannem de Thanczyn canonicum Cracoviensem, filium Magnifici Johannis de Thanczyn pallatini Cracoviensis habere respectum, et de prepositura Poznaniensi aut aliqua prebenda eidem providere. Ut enim pro illo apud vestram sanctitatem fiduciali precibus intercedam, tam suis quam parentis sui pallatini Cracoviensis multis et virtutibus provocor. Cuius tanta est apud me estimacio, ut inter consiliarios regni mei status prelatis qualibet honorificencia amplitudine et gracia illum, tamen in se quam prole cupiam sublimari. Ad gratum quod singularem referam si sanctitas vestra intercessioni mee presenti grata et liberali concessione respondebit.

Oratio in obedientia pro Germanis Frederici imperatoris tercii ad Nicolaum V. 129

Non habet me dubium pater sanctissime quin apud te scita illa domus quam
dominus supra firmam petram laudat edificatam ad quam recurrendum est regnante diluvio
naturam extra eam non est salus et cuius decorem diligere se propheta testatur persuasumque
michi iam dudum fuerat in hoc amplissimo loco nemini loqui decere nisi vel summa doctri
na vel auctoritate vel vite sanctitate prestantem cuiusque nichil huc afferri videar oportere nisi perfectum
ingenio elaboratum industria rebusque ipsis illustratis esset nec immerito ni fallor quis enim aliter
vel coram te summo pontifice celi regni clavigero ac iesu christi vicario vel coram hiis gravissimis
ac sapientissimis patribus commendetur verba faciens hac ego cum alias ad te missus necessi
tatis expendissem in tue sanctitatis conspectu tacere potius quam loqui maluissem Sed quoniam
plus erant qui legationis regie munus obibam quod voluntas refugit necessitas impulit
Nunc vero secundum ad te remissus spectabilium nobilis viri ac clarissimi collegae mei beneficio et
eloquentia hoc facile levari qui et prudentius et gravius et ornatius multo quam ego deside
rium regium electorumque principum explevisset Sed nescio quo factum sit ut michi potissime
nichil apto et multum repugnanti sit onus dicendi mandatum forsitan quia certius amalis sum
vel quia sum ytalicus habere non nichil latentis energie vel notitia vel communis patria credi
tur In me aliud nichil est quod michi preterea dicendi faciat audaciam at ego si magnum
est iubentis imperium et si parere maioribus cupio nullatenus tamen in presentiarum tuam alloqui
sanctitatem fuissem ausus nisi me res ipse de quibus agendum est maxime et reipublice christia
ne et plurimum necessarie commonuissent nisi et causam illi darent quorum nomine verba
fient Sublimes atque principes quos intueberis dum me audies Et quod tue michi
negassent aures prestabunt illi nec enim vel parva sunt vel ab ingratis missa principibus
que michi oranda incumbunt Ceterum quia moris est coram te loquentibus breviusculam
sibi aliquam unde exordiatur ex sacris literis sententiam assumere non adversabor ipse con
suetudini quam dicere magis quam docere oportet Inter auctoritates autem quas sacrosancte possu
nt creditibus mutuare nulla michi aptior nullaque iure convenientior proposito visa est illa quam nobis
Paralipomenon affert Morabatur in presidiis inclitus david accesserunt cum viri Benyamin
et Iuda quibus obviam david egressus Si pacifici venitis inquit ad me ut auxiliemini
michi cor meum iungatur vobis Si autem insidiamini michi pro adversariis meis cum ego iniqui
tatem in manibus ~~meis~~ non habeam videat deus patrum nostrorum et iudicet Atque illi tui su
mus o david et tecum fili ysai manebimus pax pax tibi pax adiutoribus tuis te adiuvat
deus tuus Aptissima satis michi videtur ad nostrum propositum verba Nos enim forsitan a
nobis pater beatissime an amici venimus quid queramus quid offeramus dum nos nomine non nosipsos
qui assumimus intuitos sed dominum dominum Cesarem Fridericum tue sanctitatis devotissimum filium
ac preclarissimos principes et reverendissimos patres sacri Imperii electores tum prelatos ac pre
latos tibi devotissimos tum quorum hic oratores vides intelligi volo Sumus igitur non solum
amici sed etiam adiutores pacem afferimus pacem querimus atque cum tu filius Benyamin
et Iude dicimus pax pax tibi pax adiutoribus tuis te enim adiuvat deus tuus Plena
pacis petitio est plena pacis oblatio pacis nomen ut inquit orator dulce est et res ipsa
cum iocunda tum salutaris qui prestant pacis consilia teste sapiente sequitur eos gaudium



Dominus vero in Evangelio beatos esse pacificos tradidit ideoque iubet in Epistolis doctor
gentium ut que sunt pacis querant mercedemque repromittens pacem inquit habete
et deus pacis et dilectionis erit vobiscum vobiscum. Huius igitur tam sancte rei tam utilis
tam necessarie tam commendate et nuncii et petitores sumus. Atque propterea repetimus pacem pacem
tibi pacem adiutoribus tuis te enim adiuvat deus tuus. Duo hic vobis tria iacimus nostre
orationis fundamenta et que ultima sunt ulla comitatis prius tetigimus. Ostendendum est enim quo
te deus tuus adiuvet dum Germanie principes in bonum erigit auxilium. Monstrandum est
quam ferimus pacem. Dicendum est quam cupimus. Sic enim et pacificam esse nostram adven
tum intelliges. Et cor tuum prout speramus nostris iunget principibus. Et neque illi tui
Eruntque illi tui et manebunt tecum in perpetuum. Adiuvat igitur te deus tuus beatissime
pater adiutores namque tui Germanie principes dedit. Alius sunt aliqua repeten
da. Et quo pacto nunc te iuvant principes discernendum est quod brevissime faciam.
Exorto pridem apud Basileam dissidio quod omnibus notum est doluerunt Impe
riali principes dum vulnerari ecclesiam et inconsutilem tunicam Christi scindi vi
debant. Moxque ad componendam in ecclesia pacem navare operas statuerunt. Quod
ut commodius facerent utque nationis seditiones facilius evitarent et ne processibus
contrariis involverentur quibus protestationibus usi sunt devotionem tamen suam quam
erga te sanctamque sedem apostolicam gerebant nichil propterea imminuentes. Sic autem
suspensio orta est. Hanc Albertus indelebilis memorie Romanorum rex secutus est.
Huic et invictissimus noster Fredericus Cesar assensum prebuit. Tum ne a
suis electoribus id exigentibus dissentiret tum ne plus sapere videretur velle
quam suus sapuerat antecessor. Speravitque regia serenitas vel pacem extemplo
reperire vel melius rem cognoscere. Laboratum est sepe et multum pro concordia.
Sed quamvis tua Sanctitas semper bene consuluerit nonnullorum in culpa factum est
ut omnis in cassum hactenus conatus abierint ut frustra principes sepe convenerint
frustraque nunc huc nunc illuc transmisse fuerint legationes. Ea de re statuit Regia
Maiestas statueruntque et sui principes modum suspensioni suspensionem aliorum ponere. Con
venientque nuper Frankfordie partim personaliter partim per legatos ac sentientes
te illi successisse cui dictum est rogavi pro te ut non deficiat fides tua et tibi
dabo claves regni celorum et pasce oves meas et plurima huiusmodi sororia certa vul
gataque via obedientiam tibi prebere decreverunt. Sed quia nonnulli aderant
tam ex Basilea quam ex aliis locis qui longe aliter sentiebant et aliter sua
debant magna contentio fuit et anceps prelium nunc huc nunc illuc acies
inclinata. Tu levasti manus hoc est tui oratores tui benigne responderunt ex
parte tua. Neutrumque principum validius pugnabat. Cum vero brachia remisisti
hoc est cum oratores tui duriores fuerunt languidior erat cuneus nostrorum vince
bantque adversarii. Similis pugne faciem habemus in Exodo scriptam. Namque inter
populum dei et Amalech prelio ascenderunt Moyses et Aaron et Hur in verticem
collis. Josue vero cum electis viris pugnabat. Cumque levaret Moyses manus
vincebat Israel. Si autem paululum remisisset superabat Amalech. Et sim brevis

non coaptabis singula ut possem singulis satisfacere sed vera est Crisostomi sententia non
cessat impugnari ecclesia non cessat insidias pati sed in Christi nomine superat semper
et vincit et quamvis alii insidientur quamvis alii repercuciant eam fluctibus funda
mentum tamen quod super petram est non quassatur Experimento est quod inquit Hilarius
proprium esse ecclesie solet ut tunc vincat cum leditur tunc intelligatur cum arguitur tunc secura
sit cum deseritur tunc obtineat cum superari videtur nam et si multociens desperare nos
audirent ad extremum tamen cum ante oculos omnium tue sanctimonia vite tua clem
clemencia tua liberalitas tua benignitas posita est impletum est quod inquit sapiens
cum placuerint domino vie hominis etiam inimicos eius convertet ad pacem Ad pacem
namque non solum regia maiestas que tibi semper deditissima fuit et quasi alter Josue
pro te pugnavit non solum principes sui electores atque alii qui quasi vere electi tuum
statum tuumque decus tuebantur Sed quamplures alii qui malignandi causa conspiraverant
permoti sunt ac in tuum versi favorem Quibus ex rebus manifestum est quia deus tuus
te adiuvat Germanosque principes tibi efficit adiutores Quod fuit omnis nostre
membrum primum ex quo diximus pax pax tibi pax adiutoribus tuis te enim adiuvat
deus tuus Sed non monstravimus adhuc Beatissime pater qualis et quanta pax est quam
tue Sanctitati offerimus Inclite namque sedis destinata materia fuit quam nunc liceat ab
solvere Nichil ceterum Clementissime pater si magnum esse atque amplissimum diximus munus
quod apostolice sedi iam sumus exhibituri non enim unius urbis unius provincie unius
ve regni sed maximi et inclite nominis Theutunici nobilissimeque atque latissime
nacionis Germanice declaracionem et obedienciam sumus prebituri Quod si gloriabatur
de populo suo dicebat Moyses Nec est alia nacio tam grandis que habeat deos
appropinquantes sibi sicut dominus deus noster adest cunctis obsecracionibus nostris Que est
enim alia gens tam inclita cetera istiusmodi Quanto magis de nacione Germanica licet
nostris principibus gloriari que ab alpibus Ytalie usque in Daciam et a Reni flumi
ne usque in Tartarorum barbarorum protensa tot splendidas urbes in se continet tot
latissimas provincias tot amplissima regna tot venerandas ecclesias tot potentes
principes tot populos tot linguas diversas Nempe si teste sapiente in multitudine populi
dignitas regis et in paucitate plebis ignominia principis ingens gloria est nostris
principibus ingens dignitas Sed maior tue Sanctitati iam imminet que declaracionem
et obedienciam receptura est nacionis huius In qua non solum principes ac reges
potentissimi sunt Sed ipsum regnorum omnium caput Romanorum imperium est constitutum
Vetus dictum est Beatissime pater per duo luminaria magna que deus in firmamento
fecit sanctam apostolicam sedem et imperium sacrum significari Duo sunt inquit unus
ex tuis antecessoribus quibus principaliter mundus hic regitur Regalis potestas et auctoritas
sacra pontificum Preterea nunc apostolicam sedem que nichil aliud est quam refugium
ac patrocinium orbis terre cetus de sacro reverendissimorum patrum collegio ceterique

Cardinaliu qui tunc mudi concliu tocius militantis Ecc(lesi)e Senatus appellari potest
Nimis satis Imp(er)ii sacri privilegia possit exp(ri)mere Nimis satis Augustalis cul
minis peroruare valeat dignitatem Sub Augusto nasci salvator et censum sibi
dignatus est dragma pro se petroq(ue) solui et reddi que Cesaris essent Cesari iussit
diuinum oraculum Tantu(m) q(uo)q(ue) exalto suscepisse privilegium Cesaream sublimitatem
quidam asserunt ut Imp(er)io stante nichil sit cur antixp(ist)i formidemus adventum
Sic enim b(eatus) Joh(annes) verba commentatur qui tenet teneat donec de medio fiat ac
huius amplissime dignitatis potestas et auctoritas in dominum Cesarem ffredericum le
gittimo iure translata est Huius igitur maximi principis mundi domini in omnibus
qui regnat altiores suisq(ue) principibus et nationis Germanice debitam ex nobis
recipiens obedientiam Sed quoniam de natione loquimur h(ec) est illa natio par sancte
que viros habet industriosos literatura capaces rei militaris peritos patris cupi
dos fidei zelatores et ad omnia natos quecumq(ue) agant Hec est illa natio p(er)
sancte que non modo huc modo illuc sed semper idem vult quoniam ratum est quod sola
vult Hec est illa natio que nec leviter recipit aliquid nec facile deserit Eius
si post dissidium sedis ap(ostol)icorum suspensionem serius videt relinquere confide quod tecum
diutius manebit nec divelli unquam a tua devotione poterit atq(ue) ista pax est quam
tue sanctitati afferimus p(ro)pter quam dicimus pax pax tibi pax adiutoribus tuis te enim
adiuvat deus tuus At si pacem huiusmodi cupis pr(ese)rvari sanctissime quemadmodum cupere te con
fidimus opus est ut nationem quoq(ue) Germanicam beneficio pacis impartiaris
ut sit pax etiam adiutoribus tuis Nimis enim sit pacem aliis largiatur ut pacis
ipse remaneat expers Nimis pascit gregem et de lacte gregis non manducat
Nimis os triturantis alliget bovis afferunt pacem Germani principes sed pacem
etiam expetunt Cupiunt nat(io)q(ue) aliqua que nisi obtineat nec tradi voluncta possunt
nec pax ~~nationibus haberi~~ nationis haberi Capita quatuor principalia sunt Primum est
ut generale Concilium in tempore locoq(ue) designando convocetur Alterum ut p(ro)fessio potestatis
auctoritatis et preeminentie generalium consiliorum catholicam militantem Ecclesiam repre
sentantium per tuos oratores ffrancfordie facta tuis literis approbetur Tertium est ut
nationi Germanice super gravaminibus oportune provideatur Quarto et ultimo
loco petunt ut que in preiudicium ducum principum electorum vel suarum Ecclesiarum
acta sunt ex tue sanctitatis Clementia revocentur et in pristinum singula statum re
digantur quibus p(rese)rtim sanctitati tue concessis pax firma tibi erit pax apostolice sedi
pax nationi Germanice pax toti Ecclesie Seorsum ista sed breviter et sua
tim libabimus Concilium sane exacta petitur quia plurima sunt Ecclesia reformanda
nedum in populo sed etiam in Clero providendum est ut omnis dissidii ~~fores~~
fomes in Ecclesia sopiatur Et habet h(ec) petitio plurimum honestatis nec quisq(ue)
est qui non putet honestum generale Concilium convocare venerabile est et in
omnium plurimum gentium nationumq(ue) reverentia generalis Concilii ~~nomine~~ nomen

Cardis firm in frat
bns brunb rector v. d
Joha bol

|

Casimiri Regis polo. con Cracovos apud sedem apostolicam Nicolaus 15

Non est parum pater beatissime tui culminis sacratam maiestatem attendere manus esse
reor vultum tue sanctitatis inspicere. Eo maxime propterea quod tue sanctitatis
sedem honore omni venerandam portare. Cum in illa sedeas domo que apud
Apostolum est ecclesia dei vivi columpna et firmamentum veritatis ac magnum pietatis
sacramentum quam dominus noster Ihesus super petram se firmam edificatam fore affirmat.
Quis ergo coram te sacerdote summo episcoporum principe etiam regis claviger
Ihesu Christi vicario cum ambitu tui senatus sacri Reverendissimorum patrum Cardi-
nalium Collegio audebit fabulare. Quis michi cui oratorum pedestrem similis
cum inniarum presumet depromere coram sacratissimo tantorum patrum vertice
aliquid huiusmodi dignum dicere cum non ad id urbane eloquentie viri sufficere possunt.
Quid ergo par Ermagore oratori Lucido ad tuam sanctitatem venio oratum. Non michi ad
eam arduitatem foret ausus nisi tuos filii Illustrissimi domini mei Polonorum Regis
me labruscum coegisset iussus quem mea exilis refugiebat voluntas Regia
tamen et imperabat auctoritas. Sed quia mos antiquus est coram te potantibus
breviusculam ex sacris literis summam assumere ut quanto ex fortiori materia fundamentum
iactum fuit tanto quod supponitur edificium durabilius erit. Non recitar huic
probato mori. que discernere magis quam docere michi eitendum est. Unde
orsum iri eam rem non apparem in sacris paginis repperi dictum quam psalmographus
chore in psalmo xlvii[o] dicencium pro gloria salomonis. hec psalmi verba
laus tua in fines terre iusticia plena est dextera tua. Satis congrua in
videntur ad id propositum verba que quamvis ad literam sint de magnificentia
et gloria Salomonis deprompta de cuius laude et gloria admirati sunt Reges
terre convenerunt in unum dicentes. Sicut audivimus sic vidimus. Quod
professa fuit Regina Saba audiens et deinceps videns sapientiam Salomonis
dixit ad eum. Verus est sermo quem audivi in terra mea super sapientia tua.
Maior est sapientia tua et opera tua quam rumor quem audivi. Beati sunt viri
tui et beati servi tui qui stant coram te semper et audiunt sapientiam tuam. Recte
dixerim beatissime pater iacti fundamenti verba tue plus beatum quam Salomonem in laude
deprimenda. Quis ignorat Salomonem unius gentis iudaice fore regem.
Quis dubitat Salomonem dictum fuisse a domino quia postulasti sapientiam ad
discernendum sapientia iudicium. Ecce feci et cor sapiens et intelligens intantum
ut nullus ante te similis tui fuerit nec post te surrecturus sit. Hoc tamen
intelligendum est in comparatione Regum qui fuere ante et post Salomonem
quo pluribus aliis sapientiores extitere. sicut Adam qui in plenitudine
creatus est sapientie et Moyses cui deus loquebatur sicut amicus ad
amicum. plus beati apostoli quibus dominus ait Beati oculi qui vident que
vos videtis. Multi prophete et reges voluerunt videre que videtis et
non viderunt et audire que auditis et non audierunt. hoc generaliter omnibus
dictum est apostolis. Sed specialiter sancto comparatum est Petro Beatus es Simon
Bariona quia caro et sanguis non revelavit tibi sed pater meus
qui in celis est. Ideo tu es petrus et super hanc petram edificabo
ecclesiam meam. Et alibi omnibus preceptum est apostolis. Laxate retia
vestra in capturam. Singulariter iussum est beato Petro. Duc in altum.
In qua altitudine potestatis Petrine tua residet Sanctitas. que nedum
Salomonis precellit sapientiam laude gloriam et honore. Sed omnium prophetarum
et Regum. Nusquam in veteri legimus testamento alicui prophete aut
Regi dictum fuisse. Tibi dabo claves regni. quodcumque ligaveris super
terram erit ligatum et in celis. Dumtaxat id confessori concessum est
Petri cuius tu pater sancte verus successor es et omnium heredes et quis

aly sunt aly celi ianitores et gregum pastores. sed tu tanto gloriosius quanto
et differenciam nomine hereditasti pre ceteris Sunt aly in partem sollicitudinis
tu vero in plenitudine potestatis Et ideo laus tua est in fines terre
iusticia tua plena est dextera tua Equidem ista omnia cuilibet vicario
ihu xpi eciam ante te et post te sunt generalissima Sed magis
ad speciem libet descendere. et quod laus tua in fines terre iusticia plena
est dextera tua satagendum michi est demonstrare. Verum fateor ignorare
neminem nosse id xpianum omnem conflictum post assumpcionem sanctitatis
tue ad summum apostolatus apicem per rabiem turcorum in oppressionem
bisancij. quanto plane fidei zelus tuo sacro insuit pectori quantos
tua beatitudo usque in hunc diem conatus operas. cum pondera et
expensas in favorem fidei effuderit Quanta tuorum viscerum compassio
super domino grege sic sub infidelium gladio cadenti. tota nedum
Europa sed asia et affrica cognoscit Et ideo specialiter laus
tua in fines terre Unde sequitur quod iusticia plena est dextera tua
Tibi enim dictum est a domino Ecce constitui te super gentes et regna
ut evellas destruas dissipes vicia et plantes virtutes per iusticie
statera et claves tue ... a deo dedicatas Et alibi per Jheremiam
prophetam de Ihesu ... iusticia dictum est tibi Ecce posui te quasi
plaustrum triturans novum habens rostra serrancia ut dextera tua
plena sit iusticia Que secundum beatum Augustinum Est regia via
qua nec declinatur ad dexteram molliendo iudicium. neque ad sinistra
exasperando supplicium Non enim est crudelitas punire reatum sed iusticia
Non tamen consilium damus ut mox iudicet sed cum omni maturitate iure
dextro discussa rei causa iudicent delinquentes exemplo domini qui de
sodomitis ad Abraham dixit Clamor sodomorum et peccatum eorum
aggravatum est nimis. descendam et videbo utrum clamorem qui venit
ad me opere compleverit an non est ita ut sciam Et in Ewangelio
dominus villicum iniquitatis vocat ad se cui ait Quid hoc audio de
te. redde racionem villicacionis tue. Hec est secta laudabilis quod iusticia
per eam regnat prudencia. pax triumphat. securitas et omnis dignitas
floret. Hec est virga aaron que frondiut. floruit et fructum
protulit. quia iusticia quasi frondet dum provida mente concipitur. floret
dum vilis ... fructificat dum per eam vicia corriguntur. Hec est
ventilabrum quo granum dividitur a palea. sanum a morbo. virtus
a vicio. Hec est anceps gladius qui utraque hominis parte discidit
corpus ab exterioribus iniurijs. animam a spiritualibus molestijs Que
tamen iusticia interdum est relaxanda propter scandalum multorum. aliquando
est aggravanda ut sit cautela reliquorum Unde beatus infert Augustinus
Ideo non puer aut iuvenis presse debet ecclesie sed annosus ut in
progressu et statu iusticie sit lux mundi et sal terre qui per splendorem
iusticie cuique quod suum est tribuat. alienum non vendicet utilitatem
propriam negligat communem custodiat. peccatum conferat opem ferat.
et pericula suscipiat aliena Talis persona est beatitudo tua cui apte
premissa conveniunt psalmigraphi verba laus tua in fines terre. iusticia
plena est dextera tua Sed iam patri beatissime redeat ad eum a
quo missa impetrata est mea hec oracio qua volumus tempore propulari
et propter eisdem ecclesie verbis ad serenissimum dominum meum regem Polonorum

A
Iusticia s Augl

A
non puer et iuvenis non
possit ecclesie

Hec ... phi
...
...

sic relatis laus tua O rex in fines terre iusticia plena est dextera
tua. Hanc laudem Regis mei et regni sui coram tua beatitudine mito
censui depromere Deinde iusticiam suam sup terris prussie bello q
iusto demonstrare et in calce huius oracionis sex pericoles iustas et
venabiles ex pte eiusdem devoti filii tui Regis mei a S. tua humilit
optinere Sic q hec mea finem accipiet oracio. Hec cu sic libanda
prosequor Primu de laude Regis mei et sui Regni dignu fuit proponere
Cu apud sapientem laudandi sunt viri gloriosi in generacione sua im-
perantes populis secundum legem dei studium habentes in preceptis eius et fide
bona deum colentes. Ex hac ortodoxa fide Rex meus cu suo Regno
merito est laudandus Cu apud Augustinum de verbis apostoli fide
sana nichil e laudabilius nichil gloriosius. nulle maiores divicie
nulli thezauri nulli honores. nulla maior huius mundi substancia e
quam fides katholica. que peccatores illuminat. infirmos curat. fideles
iustificat. penitentes reparat. iustos augmentat. martires coronat. virgines
viduas et coniugales casto pudore conservat. clericos ordinat. sacerdotes
consecrat. et omnes regnis celestibus preparat in eterna hereditate collocan-
dos. Hanc ihu xpi fidem a quingentis de septem annis inmaculose su-
scepit polonia per inclitum principem nomine Meschkone triginta prin-
cipes infideles sub se tunc habentem qui cecus a natiuitate p baptismi
lauacrum regnatus statim cu lumine fidei lumen oculorum est natus
exinde tota polonia luce sane fidei decorata sub leone papa
octauo. et imperatore Ottone primo deinceps regale sceptrum sub
Otthone tercio suscipiens in primo Boleslao polonorum Rege usque
in hanc horam xpo duce fide orthodoxa tenuit firmissime Nusquam
aut paganismo aut erroribus bohemorum circumvicinis eandem violavit
fidem. pro qua pte ab una contra pollexianos. ab alia adversus
thartaros infideles a ccc. ferme annis usque in hunc diem bella
gessit fortissima Nunquam q se pro fide ihu xpi posuit precipue
adversus illum crudelissimum thartarorum imperatorem cum innumerabilibus
congregit potencias et nunc recentissime ihu xpi gra tribus premine
Moderny dns meus rex ante duos annos socium eiusdem im-
peratoris nomine Bodechmath cu ccc. bajaris et nisi Regnum
percelebre polonorum tantis thartarorum conatibus se diu usque in pnti
obstitisset. ea convicinis omnibus regnis et conmetaneis xpiane
fidei oris. dampnu irreparabile recius dirum desolacionem rabies
thartarorum ingessisset Cu tanta sit magis eciam thartarorum pona
et tam inmanis illorum insidelium multitudo ut non p milia sed
variis miliones vix posset estimari Cu quantis aut sumptibus
laboribus et expensis. quantis q polonorum stragibus. aquando triumphis
hoc sane fidei stat defensio potiit tua considerare sanctitas quo tanto
tempus tractu. quo Inclitum polonorum Regnum cu innatis quibus ihu
xpi thartaris diu gessit bella sed ad singularem gloriam et
eternam in scla laude accedit. olim clarissimi Regis Wladislai
progenitoris moderni Regis filium memorabile quod ante xl. annos
est actum Ut p regem per eundem Regem pluribus annis belligeratum e
de infidelibus Subactis ex pte ipsorum terris sex ecclesias kathedrales

Meschko princeps polonie ... fidem ...

Divisio di ...

Regni polonie laus

A

eius fide suscepit ... sub Leone vii et Otone I

Boleslaus primus Rex

pollexianos

...modernus ... ...

et vna Metropolitana cum pluribus Monasterijs Collegiatis et pro-
chialibus ecclesijs donauit et erigi procurauit vbi nomen domini nostri
Ihesu Christi colitur fides katholica augmentatur et multa milia vt-
riusque sexus gentilium fidem Ihesu Christi cognouerunt et usque modo in
posteris consistent. Nec mediocri laude Modernus dominus meus Rex
imperpetuum venit attollendus. qui suffragante Ihesu Christi gracia ante
duos annos conflictu nouo primum cum thartaris habuit et imperatorem
Sodechmath cum suis barbaris deuicit et usque in hunc diem detinet
vinctum. Perpetua laude insuper fruitur laude et gloria ipsius Regis
sui et Regni Ecclesiasticorum pontificum et prelatorum honesta conuersatio.
erga deum et precipue precellentissimum Eukaristie sacramentum mira
et sincera populi deuocio singulariter inter alios Christiani nominis Reges Rex
meus et suum Regnum apud sanctam Romanam Ecclesiam et tua beatitudine
sedem apostolicam hac redolet laude quod ab inicio Christiani nominis per ipsum regnum
suscepto semper Sedi apostolice fuit obedientissimum deditissimum et immediate
super se Romanum pontificem ac Romanam Ecclesiam recognoscit colit et ve-
neratur Nam quotiescunque apostolica vacarit sedes ante omnes alios
principes Christiane religionis Sedi apostolice viciniores prouolat nunccii
obediencia Vnde merito laus Regis mei et sui Regni in fines terre est
diffundenda. et apud tuam Sanctitatem appendenda.

Consequens est pater sancte sedem mei proposit(i) absoluere partem et Regis
mei iusticiam quam habet in terris prussie declarare Siquidem vera iusticia
cum bonum augmentum in preceptis dei consistit et tota lex cum prophetis
in eisdem consumatur Summa iusticie Christiane hec est, quod tibi fieri vis
alijs facito quod tibi fieri non vis alij ne feceris prout dicit dominus
Quecunque vultis ut faciant vobis homines et vos facite eis hec
est enim lex et prophete Vnde hac racione iustum esse constat quod dileccioni
proximi concordat hoc vero iniustum est quod a dileccione proximi discordat
dicente apostolo Qui diligit proximum suum legem impleuit Nam
non occides. non furaberis. non concupisces rem proximi tui et
si quod est aliud mandatum in hoc verbo restauratur Diliges proximum
tuum sicut te ipsum In hoc fixo super firma petra posito fundamento
coram tua beatitudine demonstrabo lucidissime quod deuotus filius tuus
Rex meus iuste tanquam verus heres et dominus possidet prussie terras
et nunquam fuit aut est occupator vel invasor. nec illicitus ymsore de-
tentor terrarum Sed ipsi fratres cruciferi solo nomine religiosi permittente deo
ex occulto suo iudicio terras violenter invaserunt. occupauerunt. et iniuste
detinuerunt contra Regis iusticiam et contra proximi dileccionem in animarum
suarum dampnacionem. Hec huiusmodi est proposito tunc veracius quod fuit
verificata a centum et vltra annis coram pluribus summis pontificibus
Deinceps in sacro Constanciensi concilio. cum magna strages eorum
cruciferorum[?] cum iuliauerat Deinde coram olim Martino et vltimo ante quot
annos in presencia olim domini N. precessoris Sanctitatis vestre per auctencia duarum
sentenciarum institutarum a Sede apostolica ante centum annos latarum in
rem iudicatam transactarum Vnde iusticia Regni polonie super predictis
fuit demonstrata et certis Quarum sentenciarum autentica hic habeo
transumpta id in se continencia Quas olim dominus Iohannes xxij

recepta querela per Wladislaum tunc regem Polonie super occupacione et violenta
detencione terrarum predictarum per fratres + contra deum et iusticiam facta com-
misit tribus delegatis Qui procedentes in causa discusso negocio protulerunt sentenciam
diffinitivam pro dicto rege condempnando + ad restitucionem ipsarum terrarum et
de fructibus xv annos per + perceptis adiudicarunt regi xxx milia marcarum et
pro expensis cl marcas. Hec pronunciacio fuit de anno domini M° ccc xxxi quarto
Idus Februarii propter occupacionem ipsarum terrarum per + anno xv Cui sentencie + non
paruerunt propter quod per sedem apostolicam excommunicati fuerunt et sic in hodiernum
diem permanserunt obstinati Nec spoliacione huiusmodi terrarum contenti de anno
domini M° ccc xxix invaserunt fortius ipsum regnum et tres ducatus insignes
Wladislaviensem Cuyaviensem(?) et Dobrinensem contra iusticiam occupaverunt plura
milia hominum occiderunt virgines viduas matronas nobiles stupraverunt
et nudatis natibus quasi greges pecudum minabant Ecclesiam kathedralem
Wladislaviensem cum pluribus aliis collegiatis et parrochialibus cum sacrosanctis
eukaristie sacramentis cremaverunt Non sufficit eisdem + hec horribilis cru-
delitas sed mortuo predicto Wladislao rege capta oportunitate de anno
domini M° ccc xxxii nobilem ducatum Cuyavie in toto vastarunt Maiorem
occupant Poloniam ubi ecclesiam Metropolitanam Gneznensem multis clenodiis
calicibus ornatibus depredati sunt et c ecclesiis crematis multis civilibus ho-
minum occisis manu sacrilega maiorem Poloniam contra iusticiam deo permittente
pluribus annis occupabat filio regis Wladislao Kazimiro tunc minorenne
Qui super tam deplorandis iniuriis querelam coram Benedicto xii deposuit
duobus pro parte regis Kazimiri missa delegatis quibus in causa procedentibus
receptis c xxx testium deposicionibus ibidem adiudicarunt prefatas iudices terras
predictas Kazimiro regi tamquam ad ipsum regnum iure hereditario pertinentes et
intra limites regni et intra ipsum regnum consistentes et quod possessores
dicti regis tamquam veri domini et heredes eas possederunt et tenuerunt
condempnando dictos + ad restitucionem fructuum illarum perceptorum taxando eos
ad summam centum nonaginta quatuor milia marcarum ponderis polonici
et monete et ad expensas in lite factas mille sexingentarum marcarum
condempnantes eosdem + tamquam sacrilegos propter quod declaraverunt eosdem
excommunicatos et mandaverunt denunciare publice per omnes dioceses circumiacentes(?)
donec satisfacerent et reedificarent omnes ecclesias combustas Que sentencia
lata fuit de anno domini M° ccc tricesimo nono cui sic et prime non
acquieverunt + parere nec se a dictis censuris curaverunt usquemodo
absolvi Sed fortasse tunc s[?] cum hec pulsaret questio Unde prefati
fratres tantum regnum quod in longitudine ad centum quinquaginta et in lati-
tudine ad octuaginta almanica protendit se miliaria potuerant invadere et
manu violenta sic occupare Simpliciter hoc est racio Nam ante trecentos
quadraginta annos Rex Boleslaus Rudis(?) Polonie suadente dyabolo
beatum Stanislaum episcopum Cracoviensem ad altare sacrum divina celebrantem iniuste
occidit et in mille frusta concidit pro eo quod sanctus Pontifex regem sacrilegum
pro suis iniquitatibus arguit et excommunicavit Qui Rex proinde miserabili
interiit morte per cuius exitum [?] tantum parricidium iusto dei iudicio
actum est quod ipsum regnum Polonie ducentis annis caruit regalibus sceptris
Sed erat divisum in multos ducatus et in vindictam tanti facinoris

Marginalia: Summa 30 + [?] annos; + in ducatus invaserunt; 3es ducatus Cuyavie(?); Benedictus 12; 2 sentencia contra +; Regni Polonie longitudo et latitudo; Boleslaus 2 [?]

principes Polonie capite carentes propriis se conradebat gladiis et intestinis et so-
cialibus perimebant guerris Quod finitimi videntes pagani tunc Pollexiani
Pruteni · Sudo · Samagite · Lithwani · et Thartari ab omni parte regnum ipsum va-
stabant · utriusque sexus in captivitatem redigebant. Hoc videns
optimus Cuiavie et Pomeranie princeps Conradus ante ducentos annos
vocavit xii milites + fratres de Almania in armis strenuos quibus castrum
Culmen cum terra sub hac lege donavit ut contra Pollexianos paganos
fortiter dimicarent et eosdem dicioni sue subiugarent postquam vero in terris Polle-
xianorum aliqua fortalicia et opida acquirerent extunc castrum Culmen
cum terra restituerent quod et ipsi facere spoponderunt et tempore medio terra Mycha-
lowiensis a duce Lestkone in ducentis octuagita marcis obligata receperunt
Tande prefato duce mortuo Conrado prefati fratres plura infidelium occupabat
territoria et municiones ac opida fortificabat Admoniti deinceps per he-
redes ducis Conradi ut castrum Culmen cum terra restituerent id facere
nolebant Sed sic ditati contra suos benefactores Polonie principes in
superbia se erexerunt et sue vocacionis obliti ac erga benefactores suos
ingrati moverunt arma contra eosdem quorum terras et dominia sepius vastant
Deinde ducatum Pomeranie maritimum inter omnes Polonie ducatus egregium
cum valido exercitu occupaverunt ubi multa milia Polonorum in ore gladii
extinxerunt et sue professionis immemores gladium quem contra paganos assump-
serant in benefactores principes et eorum subditos christianos crudeliter converterunt
Et ab illo tempore usque in hanc hodiernam dati sunt Regno Polonie in flagellum
+ bene a cruciatu dicti quia a centum quadraginta annis obmissa sua
vocacione in arcum pravum conversi christianos semper cruciabant et Polonie principes
suos dotatores magnis usquemodo lacessebat iniuriis quod credendum est
evenisse in punicionem mortis sacre beati Stanislai Si enim prout scriptum est in Ge-
nesis morte iusti Abel deus punivit usque in septima generacionem verisile
est quod propter tam inmane beati Stanislai necem huiusce lacerationis regni et
ipsorum fratrum cruciatu sit punivit fratres tirannice. mor violenta si hic
adessent + utique michi responderet et iuste predictas terras posse-
derunt Sed credent ad hec omnia fratres duo fratres Polonie Kazimirus
et Wladislaus plures composicionibus super eisdem terris nobiscum fecerunt concordias
Verum id esse fateor sed omnes ille concordie per ipsos + fuerunt vio-
late Nam mortuo Kazimiro de anno domini Millesimo ccc septuagesimo
successit eidem Ludowicus Rex Ungarie quo decedente ob defectum seminis
Regis princeps Lithwanie paganus Jagel dictus moderni Regis mei
pater in Regnum Polonie fuit electus et cum omnibus suis Litwanie Medincz
Chelmen ducatibus Christi Ihesu fidem suscepit Cui Wladislao de anno
domini Millesimo ccc quinto Cruciferi concordie inter Kazimirum et eos obliti
per patentes suas literas diffidarunt Regnum Polonie invaserunt multa
dampna et homicidia intulerunt Deinde Rex se defendendo de anno
domini Millesimo ccc decimo cum potenti exercitu et primum obtulit eis pacem
more christiani Regis ut concordiam perpetuam tempore Kazimiri firmatam in suis
punctis et capitulis observarent Qui in corde stomachati duos
cruciatos Regi miserunt gladios ut eosdem in auxilium reciperet Rex
katholicus tanta videns superbiam nichil credens humiliatus est
deo sperans in eius auxilio et fusis lacrimis hec fabatur Ihesu

domine speravi non in arcu meo aut gladio, tu es victoria mea factum est
deo propicio qui sperantes in se non deserit. sed sua forti protegit manu. qua tunc
sexaginta milia armatorum pro parte cruciferorum fuerant prostrata Et omnes ille
terre conquisite quas iniuste et tirannice possidebant. excepto castro Mariem-
burk. quod hodie fratres modicum cum aliis terris iniuste possedit. Deinceps
Rex christianus magis concordie viam eligens quam gwerre, commisit in Sigis-
mundum olim Imperatorem et facta per eundem inter partes concordia prefatus Rex
Wladislaus contra thartaros et scismaticos exercitualiter se movit versus
Podoliam de anno domini M° cccc° tricesimo primo securus de premissa
concordia quam fratres rupcerunt optinuitore visa quod rex cum tota milicia regni
sui exiverat Confestim magnum collegerunt exercitum, duos ducatus
nobiles dobrinensem et cuyavie cum ecclesiis collegiatis et parochialibus
ignis voragine absumpserunt, intrant regnum et primo homines utriusque
sexus etiam in ecclesiis necabant ubi rivi cruoris humani fluebant. Et
pro magna parte bona ecclesiarum Metropolitane Gneznensis vastarunt
ecclesiam quoque kathedralem wladislaviensem in honore beatissime Marie
virginis fundatam in tecto ac testudinibus deiecerunt cui in parte debuisset
quia gloriantur de hoc insigni titulo et vocant se fratres hospitales
hierosolimitani sancte Marie quem eciam titulum falso sibi usurpant ex eo quod
nullum hospitale in hierusalem habent nec in suis conventibus quos
habuerunt etiam unum hospitale repertum est quod edificassent sed magis
castra struxerunt ad destruendum Polonie regnum in quibus multociens
viros trucidando propter uxores et filias quibus sunt abusi castris semper
scandalosam duxerunt vitam in lenociniis luxuriis et adulteriis prout
hoc manifestum est omnibus convicinis utriusque sexus hominibus. O vere
prophana religio iniquorum societas, sacrilega incendiariorum luporum quoque
velata devocio sub veste ovina tales fecit fructus sub albo man-
tello tegitur sathanas niger. Qui sub nomine fratrum sancte Marie laude
et honore persequntur sue benedicte matris Cuius ecclesiam wladislaviensem
magnificam et potentem nedum in suo edificio nobili confregerunt sed et
diocesim desolarunt Quid dicam de ecclesia kathedrali ploczensi que similiter
ad honorem sancte dei genitricis est dedicata cuius diocesim pro maiori parte
cum ecclesiis et bonis ecclesiasticis redegerunt in favillam Taceo de
ecclesia Rigensi Metropolitana sancte Marie in pluribus livonie quam
exclusis religionis sancte beati patris Augustini Canonicorum regularium
ordine. tirannice occupaverunt et sue religionis fratres introduxerunt
fratres Qui quia non bonos sed malos faciunt fructus ideo iam coram
domino mito sunt excidendi et in ignem mittendi ut in quo quis peccat
per id puniatur.

Post hanc sic violatam per fratres concordiam subsecuta est tercia et ultima
de anno domini M° cccc° Quam similiter idem fratres violarunt in pluribus articulis
et punctis Et primo cautum erat in eadem concordia, et pro utraque parte
Iuramento firmatum quod quocienscunque Rex aut Magister ordinis vellet
convenire pro renovanda pace sedibus extunc milicia et cives utriusque partis

non debent iurare contravenire Contigit de anno dni Mo cccco xlo Rege
Wladislao agente in Regno Hungarie et contra Theucros preliante ubi et miles
xpi vitam finivit + cogebant suos subditos ut contra Regnum Polonie acciperent
arma, qui iuramentis suis contravenire nolunt Et proinde compulsi sunt
facere ligam contra ordinem, super qua liga litigatum est coram imperatore
moderno, qui miserat in Prussiam Johannem Marchionem Brandburgensem ut indu-
ceret milicia et cives Prussie ad contraveniendum concordie predicte ad movendum quod
arma contra Regnum Polonie, Qui quia noluerunt Magister cum suis subditis
devenerunt ad dissidenciam, et quoniam milicia Prussie que fideiusserat pro +
de pace perpetua sic iuramenta inter se dissidebant Jam federa pacis rumpebantur
Nec licuit Regi stare in huiusmodi pendulo Quia omnia pacta et iuramenta
intelliguntur stantibus rebus ut nunc Et ideo mutata essenciali qualitate
huius rei necesse fuit ipsum eciam mutare et providere Regno de certitudine
et securitate Nec fuit alius modus providendi magis accomodus nisi iste
quem obtulit deus ex suo iusto iudicio etc.

Insuper in eadem contentum erat concordia, quod limites certi inter Regnum et
Ordinem debebant distingui sepius ad id requirendi, + moniti sunt per
Regem nunquam volebant eosdem estimare limites, et exinde ipsa concordia
in hoc puncto per eosdem fuit violata.

Tercius articulus Concordie cui contravenerunt est Quod opidanis in Chosch-
no qui accesserant ad Regem tempore guerrarum nunquam in aliquo malo debue-
rant remitti accessu predicto sed eos fovere in omni gracia et favore, quos in
gladio perimerunt. Preterea in eadem articulatum fuit concordia quod per flumen
Wisla debuit esse liber transitus omnibus Mercatoribus utriusque partis Cui
capitulo per + contraventum est Ecco, quod prohibuerunt Mercatoribus de Regno
huiusmodi transitum, et plures proinde mercatores occiderunt Sed potissime
Thanciparum fregerunt concordiam per + utriusque partis iuramento fuit firmatum etc.
ex suo iudicio iusto quo actum est Quod dissidentibus se Magistro + cum
milicia et suis subditis belligeratum est inter ipsos plura castra
eorum que aliis menibus extruxerant cum turribus fortissimis ipsorum
subditi demoliti sunt in pena peccati ipsorum, sicut quondam Rex Na-
buchodonosor propter superbiam eiectus est a Regno, sic et + propter ipsorum
inmania que fecerunt peccata occupantes terras iniuste ad Regnum Polonie
pertinentes iustissimo dei iudicio a subditis suis spreti sunt et poterit dicere
David ad dominum Qui subdis populum meum sub me Quemadmodum eciam
actum est sub recenti tempore de Serenissimo Francorum Rege, cum quo deus
tantam fecit graciam, quod duo Magni Vasconie et Normandie ducatus
qui violenter et iniuste per Anglos a multis temporibus erant occupati,
sunt iusto dei iudicio restituti per instinctum subditorum ut ad verum
suum redirent Eadem Christi dei clemencia in Rege meo est diffusa
Quod sua sponte milicia cives et tota Prussie civitates in tanta
dissidencia cum + [illegible] venerunt [illegible] ad dominum Regem, offerentes eidem
tamquam vero domino et heredi Prussie terras id demonstrantes, quod omnia
Iura militaria et civilia habent a Regibus Polonie confirmata et non

a + quos affirmabant Tirannos et violentos earundem terrarum possessores
Et quia nullum violentum perpetuum Ideo dei ordinacione id fuisse dictum
quod propter eorum + iniusticias iniurias contumelias et diversos populi dolores
quos eis inferebant periit eos deus de sede Et ibidem plura exhibiunt
privilegia a quadringentis conscripta annis sub titulo Regni Polonie et
principum que sola sufficiunt ad iustum titulum Regi meo et ad verum
dominium earundem terrarum Et si rex meus sic oblatos non suscepisset. per
hec hoc unum singulare perstringo quod dominus meus Rex coram domino ffrederico
Marchione Brandburgensi offerebat se Ex hiis liquide declaratum est
quod dominus meus Rex tamquam verus heres et dominus naturalis a deo
sibi restitutas possidet huiusmodi terras Nec unquam fuit invasor
detentor aut iniustus occupator sed verus possessor Et ideo vere
dictum est de eo Iusticia plena est dextera tua.

Quapropter demonstrata sic Regis mei iusticia ipse Rex meus has ad te
humiles dirigit supplicaciones ut in tuo intrent conspectu. Prima
vulgatum est ut in curia tua et in Regno suo patulum quod ad sinistram
suggestionem + in die sancto Cene dum publicati fuerunt ut consuetum est
per te excommunicati hec adiecta fuit censure comminacio Excommunicamus etc.
Et quia apud iurisperitos huiusmodi comminacio generalis hominem ligat
nullum. Et super huiusmodi comminacionem censure Sanctitatis plures ut dicitur
sub plumbo emanarunt littere Portis Ecclesiarum affixe et ad partes
varias transmisse in confusionem tanti Regis et sui Regni Et inde quamplures
iuris ignari qui sunt plures quam scioli publice dicunt ipsum
Regem per huiusmodi quas viderunt hic publicari litteras excommunicatum
fore pro tali quod reputari debere Unde magnum in Regno suo
et circumvicinis exortum est scandalum Ideo dominus meus Rex tue
humiliter supplicat beatitudini quatenus per eandem generale sic promulgata
censura tua declaret Sanctitas numquam intendisse aut voluisse prefatum
Regem aut eius subditos censuri excommunicatos et excommunicari debere
Ut sicut prefatus Rex ignominiose per huiusmodi litteras in diversis
partibus Sanctitatis est dehonestatus sic per literam declaracionis Sanctitatis tue honor
eiusdem Regis mei apud fideles propaletur Secundo exorat ut
mores prelatorum tua Sanctitas corrigat et castiget etc.
Tercio de Ecclesiis kathedralibus Warmiensi et Culmensi diu vacantibus.
Quarto Sanctitatem exorat tuam ut allectus virtutibus sacris et fama
Reverendi patris ipsum in Cardinalem tuum aut sacro Cardinalium
adiungat Collegio. Hec sunt pater beatissime de quibus tua Sanctitas Rex
meus illustris per me suum oratorem clementiam supplicat exorat
et exaudiri rogat Super hiis quod benignum Sanctitatis tue
petit habere responsum etc.

Vere autem porro tepente ut ait Maro vere novo gelidus canis cum
montibus humor liquitur et zephiro putris se gleba resolvit Ecce
advenerunt oratores serenissimi ac potentissimi Polonie Regis ac
Nobilissimorum fratrum ordinis de Milicia beate Marie Theotunicorum
de Prussia Hec est illa Prussia cui nomen fecit Bithinie Rex
Prussias apud quem crudelis Hanibal dux penorum a populo Romano
victus et fugatus exulavit miser Cuius suasu Rex Prussias contra
populum Romanum bellum suscepit pugnam publicam non audentibus sibi
dum exta consuleret. mire est ausus dum in hunc modum increparetur
An tu inquit O Prussias vituline carunculae credere mavis quam
Imperatori probato Confugit ergo et superatus Prussias in illam
Scithie partem perfugit ubi Vistula fluvius Sarmaticis montibus
ortus illabitur germaniam Scithiamque disterminans Cuius quidem
Bithinii populi vestigia inibi hodie apparent quia nonnulli
prisce lingwe oracula retinentes ab colonis doricis vadicis et
Ionicis populis competenter intelliguntur Rex vero ille potentissimus
frater germanus est quondam Regis Wladislai qui quondam cum inclita
Regina Elizabeth Ladislai Regis genitrice super Regno Ungarie
dissidens Attamen auctore Juliano sancti Angeli Cardinali tunc
legacionis apostolice fungente officio cum Thurco principe Thurcorum
genitore bis feliciter dimicavit ac prelia consertis cum hoste manibus
binia commisit Tercio tandem adverso prelio victus gloriose occubuit
cuius nomen ob id per gloriam hodie spirat Casimirus vero Rex
hodie Regnans necdum in fratris sui Regno successit sed Regnum
ipsum amplificavit ultra Sarmatas et Ruthenos et Scithas
vagipalantes quorum sedes incerte ac vage sunt qui usque ad
Thanaim porriguntur illum scilicet Europe et Asie limitem de quo est
illud Neque enim plus litora Nili quam Scithicus Thanais primis
gadibus absunt Orabant autem utriusque partis Oratores quatenus archidux
ille causas differencias inter partes supradictas in se suscipere et ordine iudi-
ciario terminario dignaretur siquidem amicabili composicione terminari non
valeret Nam paulo antea inter partes convenerat ut octo a qualibet
parte deputati una cum Johanne Giskra supremario articulos discordie
moderarentur et in quibus ipsi contendentes non consentirent Archidux
ille potestatem haberet dirimendi Archidux siquidem compromissum arbitrium
assumpsit partibus diem dixit locum designavit scilicet Nuremberga ad
quo se non dubitavit alios sacri Romani Imperii principes
adducere posse quorum consilio fretus partes ipsas ad concordiam reducere
aut si illa defficeret causam ipsam certiore sententia diffiniret Et hoc
ad festum Nativitatis sancti Johannis baptiste qui terminus pro dignitate
personarum gravitate cause sed et pro locorum distancia congruere videbatur
Profectus est ergo Archidux in die prefinito ad locum designatum

Sed intercesserunt queda novitates ppt quas de securitate pfectois dubitatu est et ob id tm cunctatus et hesitando diu est ea vice comissu sui paulo plixior hoc loco qm statuera pre btissime Sed sic rei narrade varietas hortata est Nam si obedientissimus ille filius B vre causa illa timasset ut sibi spes maxia pollicita erat Profecto nedu maxime vires illi expeditioni militari qua nunc agimus accessisset sed mag ps totius opis expleta fuisset siquide vires ille Regis et milicie fratru Theotunicoru que sese iam diutius attinuerat simul iuncte atq adunate fuisset que terra mari qz potentes sunt Na et ipius Regis sole opes impetu ferreut in Turcu pore scz bello qd iam incoraui Et qz ppter confinacione Regni Polonie tutus erat transitus et traducto exercitus in hostem hoc tpe quo ppter dissensione que e int gloriosissimum Imperatore nrm et Mathiam qui sibi Regnum Ungarie usurpauit Ungaria ipa nobis et Turcis intiacta no e usqz quaqz puia de quo tame alio loco latius dicendu erit Nunc vero ut poeta dixerim Claudite ia riuos pueri sat prata biberut Veruy Archidux ille nichilominus reipublice et illius desideratissime expeditionis pro viri sua cura gerens ad Rege Polonie misit a quo rursu tale recept qz Rex ipe de pximo suos Oratores plenissime instructos mitte velit cum quibus nedu sup rebus int illu et fres milicie sed etiam de illius vibus in turcu vertendis tractabitur plenissime.

Ne suspectus hic solas laudes Regis Polonie narrado fris duxi et de illis fratribus ord Theotonicorum etiam aliquid attingere.

Btissime Superioribus paucissimis diebus audita illa singulari gra qua michi et Regno meo dignata est facere S B in vocacione et assumpcione Reuerendissimi in xpo patris dni Sbignei Epi Cracouien ad Cardinalatus dignitatem cumulandus ad modu gras qz reddens ipsi eidem B V repetendu ididem et me statum quo et facionibus subdolis quorundam obsisterem et vocacionem predictam michi tam gratissima ut destinatum sorciatur effectum opportune pmoverem Etenim datu est auribus meis quo quidam Martinus Lopez clericus ex Regno meo origine ducens veritus non sit cora maiestate btitudinis vre quasdam litteras fariez qz publica instrumenta falso pferentes exhibere in quarum serie ut dicunt plura continebant in derogacionem Reuerendi in xpo patris domini Sbignei Epi Cracouien in derogacionem predicte plata et presertim qz ipe dns Sbigneus Epus coram et ad me dixerit non debere litteras processus et mandata ab olim felicis recordacionis Eugenio papa quarto B V immediato predecessore emanatas et emanata et signant illas et illa que dictus Martinus Lopez in vim litterarum executoriarum sup ecclia prochiali in Podgrodze Cracouien dioc optinere asserit tamqz ab eo qui depositus a sede apostolica hic no mentur obedienciam summo pontifici debitam execucioni debite demandari Hec audiens miratus sum

druk.

hominis insulsitatem temeritatem, et ad singula que negocium huiusmodi consistunt et circumstant prospiciens in ea magis et magis firmabar sententia, quod non ex se ipso sed aliorum instigacione machinamentis, qui fortasse contra personam et promocionem prefati domini Olesnicensis episcopi immodice stimulantur ardoribus, ad hoc ausu sumpsit cum homo plebeius et ex rusticano tugurio, nullo etiam adauctus ecclesiastico gradu, non nisi actus furore mentis ad talia potissime coram monarcha orbis prorumperet et huius rei mihi persuadeam, quod nullatenus litere eiusmodi confecti instrumenti, V. S. promoverint animum. Nec sit etiam necessarium ad refellendum easdem, multam adhibere operam volui timere ut male simplicis consisteret improbitas, super ea etiam ad V. S. scribere ut liquide innotescat eidem, quam falsa sunt hec, nec unquam totam me actam que ille contra personam prefati domini Olesnicensis episcopi fabulavit. Nam solum etenim me predictus Martinus Lopez sui exercicium clare suarum, quemadmodum suo huiusmodi instrumento inseruit, non solicitavit, sed nec recolo me unquam eum vidisse, cuius etiam persona mihi incognita est, propter quod si prefatus Martinus qui clericus in minoribus asseritur foret iurisdiccionis mee, ille in eum decernerem, quod pena docente sentiret, et ipse et alii quantum deliquit, id in quod mihi arbitror ingressu V. S. que excerni falsa conatus in resuo votis et precibus exoptans, et hominis tam temerarii improbitas, absque debita multa non transeat. Ad oram autem ut S. V. non accommodet fidem talibus ineptiis et figmentis, et presertim contra personam prefati domini Olesnicensis episcopi honoris sedis apostolice et tam eiusdem S. V. cum precordialiter domini Eugenii semper zelantissimi, quod sed eundem tamquam illum, et quem S. V. non indignum, favore et honore Cardinalatus prout cepit recepit confoveat et prosequatur supplex flagitto precor et opto. Datum in Curia mea Berstensi Wylnensis dioc. die lune xxvi mensis Februarii Anno domini 1448.

E. S. V. humilis filius Kazimirus R. P.
et magnus dux lithwanie.

Arenga altera ad idem

Res miranda agitur in filiis dolus hic ingenium singulare quod eo fortius prodit si vera constitucione non retundit. et cum virtutis testimonio eliminatorum non accipit dilatus atque in eorum qui pie vivere et innocenter cupiunt. lesionum grassatur. Etenim datum est eis ut ad finem.

Beatissime. Desiderium S. V. quod hic in prosecucione fidei et defensione religionis christiane adversus turcos fidei hostes magnis sumptibus et sumptis laudabiliter celebrans, quod ex eo finaliter premittet, pacis unionem expiacionem subsecuta. treugas aut treugas per universum orbem. sub certis penis et censuris. V. S. indixisse dum intelligit, nonnullorum veridica relacione, aliquos fore qui sti V. solicitaret petent et consuleret ne treuge ipse ad terras prussie extenderentur et ne in eisdem temporalibus indiciis includerentur. Rogat V. S. orator devotus d. prefatorum regis digne S. V. dominus Polonie Rex per suas litteras fieri certum et informare, cum treugas huiusmodi temporales per V. S. indictas et impositas teneat aut obliget observare suis adversariis in terris prussie, et vicecontra ipsi sue sublimitati, necnon per emulos suos et invidos in conspectu S. V. et dominorum Cardinalium reliquorum et ceterosque reges et principes totius quantum cuiuscunque status et condicionis orbis homines ... sin sugillari aut culpari valeat atque possit, quod propter defensionem subditorum sive invasionem repressionem sed hostium in terris suis prussie, treugarum pacis fractor, et huius sancti operis pro fide et religionis christiane defensione cepti impeditor aut perturbator foret seu conseretur..

X v. de principum vesti do recto folia 6 vl. 151

Q(u)anta quoq(ue) Conciliorum dignitas est ut ex hijs no(n) solum Romani pon
tifices sed q(ui)d etiam Cesares ingentem gloriam sint assecuti p(ro)pt(er)ea que
multis in locis sinodalit(er) et utilit(er) gesta sunt in Constantien(si) Concilio s(an)c(t)is
sima quod annis iam sex quadraginta viguerat etiam abolitum est ex quo
fit ut honesta sit et sancta Concilij petitio sup(er) qua re plura diceremus
nisi quia te nunquam inveni(m)us in commotatore Concilij repugnatorem si que
vel olim audito Regi oblata fuit vel que nup(er) ffrancfordie tui polliciti sunt
oratores memorie repetam Sed mittemus iam ad petitionem secundam tuam teno
rem superius retensimus Scimus beati(ssi)me p(ate)r in ea te sede sedere que tardo
et caput factum est a deo et non ab alio est constituta Et sic tardius hostium
regitur sic huius sancte sedis auct(orita)te omnes Ecclesie deo disponente reguntur Nichil est
q(uo)d aut Regia maiestas aut principes sui de tua vel fide vel sinceritate vel do
ctrina nusquam Sed commemorat quedam rumore sinistrum de auctoritate Conciliorum
qui plebi gravior videbatur q(uo)d nunc penitus tuis l(itte)ris extinguendus est Consueve
runt antecessores tui cle(mentissi)me pat(er) quos tu no(n) solum sequeris sed equas ac pre
cedis benefaciendo obmittere sepe facere malorum hominum audienciam de tacito sibi
de sua fide reddebant nec novum est neq(ue) inusurpatum Romanos pontifices Ro
manis regibus sue fidei puritatem rescribere Beatus Gregorius cuius vita sanctior
an auctoritas maior fuit incertum putes sicut quatuor Evangelij libros sic q(ua)tuor
Concilia se suscipere ac venerari fatetur non tam lata nec tam magnifica de te
verba petuntur Sed solum q(uo)d supra diximus q(uo)d ab hac Sanctissima sede non
hesitamus assequi cuius sublimitas in humilitate fundatur cuius auctoritas in hone
state stabilitur Tuum est omnia facere quibus salus quiritur animarum et omnia fugere
quibus scandalisari fides queat Duas iam petitiones absolvimus modo quod
sup(er) gravaminibus dicendum est audiat oro benigne sanctitas tua molestiamq(ue) ra
tionis intendat Gravamina de quibus agitur bifariam dividuntur alia per decreta tol
luntur Concilij Basilien(sis) alia tue S(anctita)tis indigent auxilio que decreta abolentur
Sunt reservationes innumere annate graves causarum ad Romanam curiam frequentes ad
vocationes cetera istiusmodi quibus ordinaria iurisdictio erat penitus evacuata que
licet durum ante tuam ad summum apostolatus apicem vocationem nationem gravia videret
non tamen ut decem ille tribus apud Roboam filium Salomonis auctoritate ipsa iugum
excussit Sed Basilien(sis) Concilij provisionem expectavit eius decreta cum non
nullis modificationibus acceptavit hisq(ue) est usa ut ergo post hoc sine grava
mine natio sit q(uo)d hijs decretis in futurum uti possit pro licentia petitur
habes huius p(ar)tis modestiam nunc honestatem sequentis ~~agnosce~~ agnosce dum hoc

gravamina que fiebant p(er) sedem aplicam

Neutralitati fuit qua plures viri preston ecclesiarum metropolitanorum cathe
dralium monasteriorum diversarumque dignitatum et beneficiorum vel integram vel
maioris partis bonorum possessionem fuit assecuti quod tua quod aliorum aucto
ritatibus horum paternitas sanctitasque deposcit quodsi magna in multitudine possessorum
non nulli compiunt iniustis dictati titulis tollerabilius tamen est paucos in
iuste possidere ad pacem quam multos iuste possidentes turbare Sunt enim quedam
sui natura iniusta que communis boni causa et publice pacis intuitu sepius
iustis fuit laudatur apud veteres magnumque habet fictionis ille qui resti
tutis in urbe sua sententiis exulibus non que prius habuerant bona reddi
dit sed accepta mutuo pecunia quanti res eorum fuerat attripe iussit Indi
gnum namque vir bonus putavit longi temporis possessionem removere Similiter et
in omni unione vel in nostra vel maiorum nostrorum tempestate celebrata
possidentium condicio semper melior fuit nec aliter nam si secus fiat pax omnis
abrumpitur Cetera que petimus in septis leviora sunt annatas enim remitti
vel ius detractorum vel tue liberalitatis est munus relaxare censuras pariter re
scindi que contra fedus neutralitatis acta sunt equum Si tamen mitior hec
aliquid est quod apostolice sedi grave videatur Supplicant principes ut tua Be
nitas que patiente iam annis quindecim ea omnia que acta sunt tolleravit
nunc etiam pro parvo tempore pacienciam habeat et obedienciam nationis ut offer
tur recipiat quo facto omnia in melius redigentur Est enim intentio regie
magestatis suorumque principum hac sanctissima sede que per dei ordina
tionem ex munificentia Cesarum mirifice sublimata fuit omnem sua
dignitate retinere omne ius omnem splendorem omnem potestatem ad quas
res suis temporibus cuique laborare intendunt in Franckfurdiensi dieta non
fuit otium ut erat voluntas de provisione tue Sanctitati tueque sedi facienda
transfigere Quarta nunc et ultima petitio superest Coloniensis et Treuerensis
ecclesias earumque prelatos res ista concernit tum honestas eo maior est
quo tue natie hudmiori dignitati Sedique apostolice convenientior est Nichil
ad nos attinet Beatissime pater de tuarum suarum viribus disputare tam per me
Sedis facta solius dei iudicio reservent Sed formidamus scandalum
nisi tua clementia in hac ultima petitione nostras preces exaudiat namque pre
lati magno natu magnoque potentatu clari amicis et clientulis fulti in
opidis arcibus sine spoliis sine incendiis sine magno ecclesiarum damno
amoveri facile nequeant In veteri testamento cautum est ne quis edum in
lacte matris sue coquat quod non non absurde fuit interpretatum si quis
prelatum in ecclesie suo sanguine multandum esse negamus Scisque Beatissime
pater quam sancta est Colloniensis ecclesia quam vetus Treuerensis quam venera

biles ambeque toto memorabiles orbe Sit quantum cui quantum possi-
subiecte habeant, nolit tua Beatitudo duas illas ecclesias que duo ma-
gna nationis Germanice luminaria sunt nostris periclitari temporibus.
multis rationibus hunc locum consolari possumus. Sed scimus tuam con-
suetudinem, clementiam, pietatem, humanitatem. Scimus Cardinales, episcopos
aliosque prelatos quos ante te devictos non solum extulisti iacentes
sed amplificasti etiam eorum pristinam dignitatem. Scimus quia nulla
re magis deo proximas quam salutem hominibus dando. Ideo parcimus
verbis, teque solum oratum facimus, ut tua Beatitudo que in alios sepe
multos benignissima recepta est, nunc etiam erga prelatos et prin-
cipes de quibus agimus et ipsorum ecclesias sui sit memor ipsius. In-
natamque sibi clementiam et humanitatem servet. Quod si feceris ut spe-
ditamur et nationum integram habebis obiam et nulla unquam
etas de tuis laudibus conticescet. Hec sunt Beatissime pater que nostri prin-
cipes abs te petunt, magna fateor sed recta et honestati consona. In
prima petitione communis versatur utilitas. In secunda tua humilitas. In
tertia equitas. In quarta benignitatis tue sedes desideratur. Tuum est
quod iste petit libenter annuere. In tua manu nunc est radice scisma-
tis omnem euellere, pacem orbi concedere, consolari nationem et eius
obedientiam recipere. Cumque ut vides nostri principes in amicitia ad
te miserunt ut auxilium tibi opus est ut cor tuum indicat cui et
illi tui et maneat tecum in perpetuum et tempestive ac convenient a
nobis dictum recipiatur quod ab initio ex satis cepimus Lex pax pax
tibi pax adiutoribus tuis. Tecum enim deus tuus qui tuam beatitudinem
prosperioribus dietim successibus augeat Amen.

Proposicio facta coram papa Nicolao et Collegio Cardinalium
per dominum Eneam oratorem Regis Romanorum ante Fredericum
obedientiam prestitam etc.

Beatissime Sublatus est pridem pro conditione legis humane et in meliore ut
speramus ex hac nostra tenebrosa valle translatus quiete Reverendus pater d. Johannes
Thebde de Nyewijesch ordinis predicatorum cuius beneficia que in diversis
optinebat ecclesiis ac ex vie s. pendeat disponi et arbitrio beneplacito cuilibet pro
posse dignetur s. v. in illorum distributionem ad spectabilem et ingenuum adolescentem
dominum Spitkonem de Melstin dioc. mee electum specialem habere respectum et sibi de
predicta ecclesia aut aliquo alio ex obitu dicti domini Jo. prothonotarii vacante beneficio
misericorditer providere, quem et illustrissima d. Regina Regni polonie et domina eius genitrix
d. Zophia, et propter morum eius atque virtutum prestantiam, et propter generis nobilitatem et predecessorum
suorum claras ymagines s. v. suis litteris faciebat commendatum, quem et
ego s. v. commendo, et ut provisionem prefate predicte ecclesie aut alicuius alterius beneficii v.
s. benignitate assequatur, eandem s. v. suppliciter iterum atque iterum deposco Natus fecit v.
opus gratum deo et hominibus prestaturum si in persona prefati domini Spitkonis liberaliter
sue dexteram extenderit.

Beatissime, Cessit cedit q mihi ad singularem gratitudinem et voluptatem promocio qua b. v.
venerabilem Jacobum de Semno sedis apostolice prothonotarium secretarium meum sincere dilectum ad preposituram Gneznensem
erexit, quod et viro spectate virtutis et inter paucos pro suis meritis mihi caro contigit, et intercessionibus suffragiisque meis pro eodem Jacobo prothonotario v. b. porrectis benigni favoris
comoda reddit, de qua v. b. in me benivolencia gracias v. b. ago, maiores etiam habiturus
si v. b. provisionem huiusmodi non sreverit tum pro viro, tum etiam pro meo refundendo ludibrio
labefactari contingit eum sentit q in dies prefato Jacobo prothonotario v. b. provisio in prepositure
predicte adepcione impedimentum quidam Petrus de Prziedwi, qui iure ordinario antequam
vacacio illius posset apud v. b. sciri, possessionem illius occupatam vericum prehendit
Et quo facilius preposituram ipsam et eius possessionem distineat Jus ordinarium asserit v. b.
nova provisione confirmasse Cum ita veritati sit consimilis quo possum rogo et interpello
dignetur b. v. omnem ambiguitatem in provisione b. v. de prefata prepositura et nova provisione
exorta Jus b. v. et ipsum Jacobum de Semno prothonotarium vehementer turbante submovere
et tollere, et Jus apostolicum quod hactenus clarum et sincerum habitum est non ferat revocari
in dubium et irritum, sed provisione nova ipso Petro Prziedwski concessa abrogata, et
in totum cassata et perempta admonitorio penali et aliis censuris formidabilibus plenam
execucionem brachio et assistencia mea fulturus, provisionem suam prefatum Jacobum de Semno
prothonotarium immo Jus suum apostolicum dignetur defendere et tutari Dedecus neque patiatur
prefati Jacobi de Semno provisionem coloratis fictis q magis hiis inscriptis litigiis premi
quolibet vel reperi Datum,

Rome pre amice mi singularissime, Et si de promocione qua Sanctissimus dominus noster de venerabilis
Jacobi de Semno apostolici prothonotarii secretarii mei dilecti ad preposituram Gneznensem hactenus
facta persona, concepimus hilaritatem singularem, quod et homini nobis pro suis virtutibus et meritis
caro et apostolica gracia non indigno promocio illa accessit, et q ipse Sanctissimus dominus noster suffragia
intercessionesque meas pro eodem Jacobo prothonotario interpositas ad exaudicionis gracias admisit
Concepi tamen expost angorem et molestiam sincere, intelligens eundem dominum meum Sanctissimum
audacia instancia q cuiusdam Petri de Prziedwi qui preposituram ipsam provisione occupaverat
ordinaria, per revalidacionem apostolicam mitisse et Jus reservacionum de beneficiis post
pontificales in ecclesiis kathedralibus primis in dubium revocasse Scribimus itaque in
hac re Sanctissimo domino nostro rogantes suam Sanctitatem ut ambiguitatem super re hac exorta
alciori declaracione non solum illustret sed in totum succidat et tollat vestram quoque paternitatem
de qua nobis est singularis in rebus singulis et hiis precipue quibus hiis maxime
afficiamur confidencia rogamus dignetur p. v. causam hanc quam contemplacione prefati
Jacobi prothonotarii inter causas nostras proprias maximam habere recomissam et ea que
condicio eius exigat in presencia Sanctissimi domini nostri gubernare et promovere Ac viris
consiliis et intercessionibus efficere ut Sanctissimus dominus noster non paciatur prefatum Jacobum de
Semno aliquibus litigiis occasione huiusmodi prepositure involvi et in iure clarissimo perturbari, sed admonitoriis penalibus aliis que censuris formidabilibus, occupacionem tam
ficta et insolita refellat et restringat, que nobis et in sedi apostolice, et prefati Jacobi
favore plene et effectuali mandabimus execucioni.

Beatissime, Impellit me coniunctio necessaria magis et debita q voluntas ut b. v. vestre
aures precibus meis onerem, et pro reipublice ne in deformitate perstet melioris
condicione interpellere dolore iusto, suffragii mei intercessione abiecte ...

pr benignissime in causa scolastrie cracovien. contra virum venerabilem Casparem Rockenberg
licenciatum in decretis, et in prebenda Crac. contra honorabilem Sbigneum Czaika optime
in republica Regni huius meritos, quendam Nicolaum de Tuyza, et Nicolaum de Gnoy-
nik, artibus et ingeniis non sane iustis aut licitis, sed ab huiusmodi lege abhor-
rentibus comptum est prima sententiam reportasse, a qua quidem non fuit tempestive provocatum,
eisdem artibus et ingeniis pluribus factorum eorundem Casparis et Sbignei clientibus,
etiam licteras ad nostras deferentibus extat pressum, viri quoque prefati Caspar et Sbigneus
de suis beneficiis indigne excludunt, quorum exclusio, et per sui actibus me affligit,
et per eorum quod successum sit condicionis Quocirca prostratus B. v. pedibus humiliter supplico velit
B. v. favore apostolico in prefatos viros Casparum et Sbigneum, qui iniuste et iniusta sententia
dampnati sunt impensius effundere, et ne fraudes doli et execranda ingenia, dictis
in eos deprompta in perniciem eorum commissi possint proinde Beatissime ipsos a v. b. acte
prima si v. b. illos, velut fraude circumventos vindicaverit, et suis beneficiis iuribus
que apostolica benignitate in integrum restituerit, quod et b. v. facturam suapte reor, si dictorum
Nicolai de Tuyza et Nicolai de Gnoynik artes que et in curia b. v. et in
Regno hoc sonore sunt, altiori indagine agnoverit.

Beatissime, Habet hoc in se improborum hominum condicio, ut ad impetendum homines simplices
timoratos et modestos, furiis facinorum suorum vexati, facillime mandescunt,
de quorum numero quidam duo clerici Regni mei Nicolaus de Gnoynik, et alter
Nicolaus de T. fuga de hinc elapsi cum conspectu presencie mee propter eorum excessus
notorios furta et vicia fondaret in urbe se contulerit, existimans illic eorum
vicia facilius latere. At v. b. ff pectore circumvento unus eorum scolastriam
Crac. sub venerabili magistro Caspare Rockenberg licenciato in decretis Alter Canonicatum
et prebendam Cracovien. sub honorabili Sbigneo Czaika impetravit, prepta occasione
quod beneficia ipsa reservata sunt per magistrum Johannem de Elgoth eorundem possessorem
per Auditorem domini Amedei ducis Sabaudie dum papatum sibi usurpare
contenderet et gessisset Sub eo quoque colore et ingenio prefatos Caspar et Sbigneum
vexat multipliciter et molestat Nec hiis contenti quosdam officiales meos
in zuppis et theoloneis constitutos pro levibus quibusdam debitis non petita
ab ordinariis unquam iusticia, que illis fuisset extemplo administrata, ad Iudices
Apostolicos in urbem traxerunt in causam, Cum autem tam Caspar prefatum cum vir
doctus et virtuosus sit et sepe illius obsequiis et ingenio indigeam, quam
prefatum Sbigneum Czaikam qui Reverendissimi patris domini Sbignei Cardinalis Cracovien.
nepos existit specialiter prosequar favore Vestre humilis quo possum v. b. dignetur prefatis
impetratoribus perpetuum silencium imponere et ipsos Casparum et Sbigneum beneficiis
eorum pacifice Attento quod prefatus Amedeus nullum ius in papatu habens nec
ipsum cum Johannem de Elgoth aliquo Auditoriatus titulo potuit insignire Ecclesia
quoque vestra Cracovien. Ecclesie, que sicut viros ipsos Caspar et Sbigneum prefatos v-
irtutibus et meritis colit et diligat, ita hos impetrantes pro suis viciis abhorret
et refugit multipliciter se inquinatam existimans si illos in beneficia huiusmodi
succedere contigerit, quod ne accidat iterum atque iterum supplex oro Adeo siquidem
prefatorum impetracium in Regno meo cognita est improbitas, ut nequiquam quidem
possint crimina sua velut publica et notoria diffiteri, Velit etiam v. b.
prescribere ut Officiales mei et signanter Nobilis Nicolaus Serafin zupparius
Cracovien. ad instanciam prefatorum clericorum non iudicentur, sed remittantur ad ordina-
rium Iudicium celeriorem expedicionem accepturi iudicandi cum indignum sit

Iudices aplicos cognicionem facere de causis pfatis et beneficiis cum prius alio tempore pstitum que nec per ordinarium tractate nec sunt ad sedem apostolicam aliqualiter devolute.

Domino Cardinali Andegavensi de eodem.

+18 Reverende in xpo pater Amice carissime. Cum magna amaritudine et molestia ferimus impedimenta et vexaciones que et quas venerabili magistro Caspar Rockenberk licenciato in decretis Scolastico Cracoviensi et honorabili Sbigneo Czaika Canonico Cracoviensi per quosdam Regni mei Clericos Nicolaum et Nicolaum de Bnoynik multis viciis irretitos et e Regno meo profugos in Curia Romana mote sunt. Cum in beneficia prefatorum Caspar et Sbignei eo colore apud sedem apostolicam impetravit quia dictus Johannes de Elgoth olim eorundem beneficiorum possessor Amedei ducis Sabaudie auditor fuit. Super quo scribimus Sanctissimo domino nostro pape literas speciales quarum copiam inclusam facimus. Exnunc rogamus p. v. dignitatem vestram Amicicie et intercessione efficere velit quatenus dominus noster provisiones eis factas cassaret et annullet et viros prefatos Casparum et Sbigneum vexari non permittat. Aut saltem declaret beneficia ipsa nec generaliter nec specialiter Curie fuisse reservata et affecta. Et si vicissim p. v. in aliqua re nobis complacuit In hac rogamus complacere non neget. Quia sicut ecclesiam Cracoviensem viris ipsis Caspario et Sbigneo prosuis virtutibus nobis caris et apostolico favore non indignis nollemus spoliari. Ita nec per eosdem Nicolai et Nicolai de Bnoynik velut homines multis sceleribus respersum ingressum eam vellemus inquinari.

Magistro Andree de sancta Cruce et Magistro
Thadeo cuilibet singulariter de eodem.

18 Venerabilis et Egregie vir sincere nobis dilecte. Molesta est nobis plurimum vexacio venerabilis magistri Caspar Rockenberk licenciati in decretis Scolastici Cracoviensis et honorabilis Sbignei Czaika Canonici Cracoviensis quam illis duorum Clericorum Regni mei Nicolai et Nicolai de Bnoynik submistravit improbitas. quasi beneficia ipsa affecta Curie fuissent. eo quod Magister Johannes de Elgoth eorundem possessor ducis Sabaudie Amedei Auditorem se gerebat. Scribimus igitur Sanctissimo domino nostro super re hac prout videbitis in copia presentibus inclusa. Rogantes sinceritatem vestram velitis omni vestro studio interposicione et labore efficere ut Sanctissimus dominus noster provisiones et impetraciones hominum cassari et annullari mandet et ipsos Casparum et Sbigneum vexari minime permittet. pfatum ab hominibus et Sinistris Simonia quam multiplicibus irretitis. Et si vicissim sinceritas vestra nobis in aliquo complacuit. In hac re sua circa pstitudine et opera demonstret.

18 Vestris duas literas p. v. proxime lapsis diebus accepi. ex quibus voluptate non mediocri sumus intelligens vestram paternitatem gracia divinitatis incolumem et vivum esse. quem dudum morte interceptum putavimus. De quibus v. p. non parvas habeo gracias. et p. v. commendo quod me hujusmodi literis visitare dignatus estis. Qui quod sum de earum minoribus et ob pristinam familiaritatem. et ob vestram in me affeccionem et caritatem Affines vestros et quibus generalis sum literis intercedistis. ob vestri amorem commendatos habeo et promocio mea atque favor illis non deerit. quociens indiguerint. et quociens fuero ab eis requisitus etc.

160

Dno Jo. de Thanczyn pallat Cracovien.

Magnifice dne Amice dilecte. Non alio pacto ego scripta vestra et
litteras ordine et conclusionem tractatus cum Conventionibus Brestensi cum dnis
de Lithwania habiti contineo, quam ut vulgo aiunt aquilones pluma co-
p rante prestolabar Sed dum curas vestras in litteris Regijs, nuncijs suis
ad me presentandis operam ponit, scias dare negligit Nulla enim scripta
Regia super hac materia in hanc diem habui aut vidi, quae forte vel non
scripta sunt, vel ad me missa delata verum etiam Rege silente non
presumebam curiose viam a scriptis recepturus, presertim cum scripta ipsa sicut
scitum et brevia non evacuat Ista confusionem veritatis et curiositatem inter homines
generat. Si enim tenacitate ordinum in vobis servatum est liberalitate
sparere in rebus solitus erat genitor domini nostri Regis modum etiam
tenuit quod accideat sibi sufficere consiliarijs Nunc ad id consuetudinis
redacti sumus ut etiam ponderosa et communia, ex quibus utilius et maturius
consilium sciri verum collatione et concursu eliciri posset a nobis celentur
Ego studiose et ex proposito in Conventione ultima Lanciciensi non descendi
Tum ut valitudini mee adverse in hoc mense Maij consulerem, tum ne
huc prope venerabilem dnm Johannem de Capistrano desererem
Tum etiam quia video et conclusiones et consultationes meas fatigas quod et
impensas perditum iri, presertim cum dominus noster Rex in singulis rebus parvis et
magnis spirituali suo et privato consilio magis quam publico adheret standum
Nos ad consultandum in rebus publicis, pro quorum colore, magis suspici-
oso quam efficaci attendimus Sub aliorum potestate et manu conclusio constituta
deliberatio vero facta est Ego non committam ut Gunderus et senex desipiens
et irrideat qui adolescens et Iuvenis non fui contemptus aut irrisus
Remisi et remitto actiones et consultationes publicas hijs sub quorum
gubernacione res nunc publica et pendet et captivatur. Propterea tamen
nec fidei nec maiorum et oppressorum hominum tutela abijciam Scribo
Serenissimo dno nostro Regi et pro excusatione absencie mee aliqua et pro
abrogatione libertatis et confirmacionis privilegiorum Iudeicorum Rogo ut
caritas vestra pro honore et reverentia dei et fidei, ad id quam maxime
insistat, ut libertates ille non solum excessive sed etiam perniciose confirmatas
que non solum iniuste sed fede et infames in proxima Conventione Lan-
ciciensi penitus rescindat, cogantque Iudei ad deferendum eum habitum
quo acceptis Canonis Iure et lege scripto ac consuetudine aliorum
Regnorum a Christianis discernantur, quam super omnibus ad id laborandum esse
vestre caritati maxime convenit, que fert opinio vulgaris, preter tempus
omnium actorum et consiliariorum Regalium principium ducem et Aurigam
Si enim reformacio melior sequuta de predictis Iudeis non fuit libe-
rationes et confirmaciones illas in contumelia dei et fidei concessas ego

mellatorum tolerabo, nec permittam in diebus meis fidem katholicam tam aperte et
publice confundi et violari. Vos quoque et alii qui non resistitis, qui non pro-
hibetis, vereamini iudicium dei, cuius signa haud infallibilia in certis eventibus
quos vos exaudisse existimo prohibetur. Concepam et super crudeli podwo-
dom strictam quam ex actione, melius quam aliis Regni gravaminibus longa duo
nro Regi scripsisse explanari, que et iam concepta erat, sed hoc uno respectu
prohibitus sum, ne crederer passionis magis causa, quam veritatis possessionum
tre Brepusten, et tantum notabili gressu Regi Ungarie et Polonie
mulctatum, quam veritatis nature et officii mei debito illa scripsisse. Reservabo
hec in tempus aptius, quo et magis cumulate magis quam idonee ista in
medium duci poterunt, aut equius vos in hac concursione super omnibus
reipublice velucibus et defectibus meliore provisione constructionibus replere.
Nulla nova post vestrum recessum emerserunt apud nos quam vobis ego illa
exteriusque de Conventione Brestensi prosolabor.

Domino dilecto domino Stephano de Sbignew et Notabilis de Hohemberg Militi Magnifico.

10 Si nondum ex animo tuo vir Magnifice et Notabilis, caritas inter nos iterum [illegible] grata excidit,
habet mecum lenis gratias esse tibi reor, ex meipso experimentum sumens, quam sola tui
nominis et persone recordacione recreor, et tempus quod tecum agebam dulcescit reminiscens.
Multa in utriusque Hausing, et tedia periculosa turpia quo nos vehiculo creddinig et vndique
constringendo, multa iam serio, iam ioco perstringimus, sed et hac vidensque hominibus inscita animi
forma, ut periculorum et rerum quod fortuna solet in pectore utriusque vertere, semper vero neruosum
invis superatis casibus obsistit mutuum amorem haud secus in accidere vides, que tecum
non solum turbulentos et formidolosos eventus quam ipsa tua humanitas tua vtique conociat,
quem quoque pertinens amare debeas, cum nosse Nos mihi itaque de tua bona valitudine, quam mea
sollicitus, provocare te ad scribendum volui, tanto tempore silente, ut scire velis, qua vigore
sopitineas, quis status tuus, que facies rerum tuarum, que fortuna, neque id solum de te,
sed et de inclito parente tuo scire velim, quem nominem tibi quem sibi quam hoc germen
edidit asseror, et incolumitate successum quam sedes primum ablopcio deo efflagito
Ego et per ille verba domini Johannis de Elgoth et alii inscripti magister Frolam ecclesiae, sanitate qua in prima retulimus, humanissimos presentio deo retinemus. Sed et
nepos quem in similitudine [illegible] domini Johannis Nupsisse Portugalie regis filiam Illustrissimo domino Regi [illegible] audio illam
ferunt non genere solum insignem, sed formam ut facile oculos omnium in se convertat. Hac
esse illam existimo, qua rubea picta delatam perhibent legit, cum vidit, iam quam tunc solo
simulacro amatam, tua vel alius dixi, sua nominans venit. Vellem ut sollemnitas illa
fauste pro rethorum hymeneum, non Junonis lucine, non hymenei exercites prodeant, sed dei
timore et amore, causa pro procreandis futuris sobolis presentes sciens, si omnes id
sibi Polonie optare debeant, velut illi qui ex domo Polonie ducit originem mat-
rem vehementer ego que semel visum et in conspectu maiestatis sue locutum,
quasi aliquod in me ingenii lumine notasset, commendavit, et clemencia regia
favere cepit. Commenda me obsequiosum illi, et in perpetuum servitorem dede. Fama est
illa virginem de cuius forma et moribus alteri semper Regis filia plures in noticiam dum vehebatur pelago
credebamus sermones, filio domini Marchionis Lapisfinen matrimonio conjunctam esse. Ego famam fere
et autorem Stephanum putavi, non quod indignum putarem, imperatoriam prole tanto princi-
nube, sed quod boni ceanitas plage maiorie doleo neglectum iri, et privata publicis
preferri. Quid rei sit si licet, scribe et quantum potes committi velis, ut ibi me lapso
illius angulus illos felices memorialis cingat lapide. Mitto tibi par cultellorum de opere Rutenorum
velis domini ex ille loco in acceptum, quod ibi putabit aurum, et persuade sibi pro nil
bona et acta mete esse et cuius et optabilius incolumem te et felicem et mei
memorem conspicere quam domini. Vale. Datum Cracovie xvii Mai 1.4.2.7. [illegible]

[illegible] in illo scitimo domini nri respondeo Stephanus volens magnifico
cum epistola illi scribo salutat [illegible] tua a me [illegible] ab
Illustri regina et duce Lexpolda aliis [illegible] tue germani
et familiares verbo compulsa.

Venerabilis domine frater nr carissime. Si nre lre quas cognito dni Vincency Gnezn
Archiepi obitu destinavimus vobis reddite sunt multa frnitas vra ex illis accipere
et intelligere potuit avisamenta. Sed et animum nrm qui solidus est et nulla
persuasione aut respectu variari potuit agnovit. Timoris enim multipliciter soli
citati fuissem, ut sedem talit vaccante acceptassem, presertim postqm
per huiusmodi acceptacom omnia impedimenta que ingesta fuere sup Cardinalatu
quiescerent. Nunqm tamen potuimus in animum inducere, ut Cracovien sede
quam tam in spualibus et temporalibus iuxta humanum posse ad debitum ordinem
reduximus derelicta debeamus Gneznen cum venia omni loquendo inculta acceptare.
Dns Rex agnita nra voluntate que sibi et per dnam Reginam et alios plures
fuit intimata, Reverendum prem dnm Wladislavien Epm solicitatus tamen ad pdictam
ecclesiam Gneznen nominavit, quamvis bidus Stanislai Gnezn dns Jaroslaus
Kankolewski et dns Johannes Gruszinski sua devitate nomine Gnezn Capli
rogasset ut illos ad electoem liberam admitteret. Ad Wladislavien vo ecclam
predictum dnm Johannem Gruszinski nominavit et si verum cotinet facta nobis
relacio super utraque nominacon lras necessarias concessit. Dni Gruszinski
bnficia Notario suo lithwanico Miklaschk asseritur contulisse, que omnia non
parvam Baronibus harum partium attulere molestiam. Ad quam mitigandam nescio
cuius ingenio Rex misit prelatis et Baronibus pro festo sci Michaelis
tunc facto Cracovie congregandis lras quarum exemplar inclusum ptibus facimus.
Nemo tn erat ex omnibus Baronibus qui consuluisset Regi aliqd dedisse responsum
ex quo certum erat quod res iam consilio non indigebat. Nos tn pro debito nro
et ut Gneznen ecclie possemus in aliquo patrocinari rescripsimus Regi iuxta
tenore ptibus inclusum. Veremur plurimum quod in electoe futura plures divisiones
intervenient propt duplicitatem per aliquos ostensam qua etiam ipm Caplm Gnezn
sufficient intellexit et agnovit. Quicquid tamen secutum fuerit et qualis erit
futuri Arepi electio de omnibus vos lris nris informabimus. Nos tn ut
superioribus nris lris scripsimus favemus vre caritati plurimum de sede illa
faveret et multi boni atque notabiles. Neque putamus esset magna resistencia
facile disponeremus ammoveri omnia impedimenta, postquam provisione Apostolica cui
nullus posset obstare persona vra illi preficeretur Ecclesie. Si dns nr
Sctissimus sciret et intelligeret ad quam sortem Regnum hoc redactum est pmissione
divina deberet cogere vos ad suscipiendum pfatam ecclam etiam invitum.
Ut aut aliquid de nra miserabili sorte senciatis scire placeat quod quamprimum
dns nr Rex ex terris Podolie egressus est, repente Thartarorum Cesar
cum valido exercitu illas ingressus est et crudelitate barbarica populatus.
Nec ingressum et invasionem huiusmodi refertur et extimatur sine mandato aliquorum
et subordinacon fecisse prout hec omnia latius ex copys lrarum dni palatini
Odrowasch et dni Theodrici Buczaczski Capitanei Podolie quas ptibus
includimus clarius sencietis. Invalidas habemus ad sigillandum tantum mostrum
lras et ad deplorandum digne casus nros, qui ita dietim serpunt ut pro
pertimescamus grave discidium et ruinam. Rex nr ad lithwaniam reversus
demoratur illic ferarum cedi intentus. Aliqui aut dnm Wladislaum iterum
revixisse asseruntur. Venit enim huc quidam lithwanus qui publice declarat
eum vivere et apud quendam Grecorum principem ducentis miliaribus post
Constantinopolim in libertate manere. Reverti illuc et multi ex Polonis
nris pergunt secum volentes de veritate experiri. Gracior mihi esset quam unquam
sua reversio. De exercitu nro qui sub ducatu dni Johannis de Hwnyad
ad dimicandum cum Thurcis processit nichil hucusque audivimus. Quales habuit
successus scribite rogamus, si que est vobis de illo et eius statu noticia. Si que
etiam Nova in urbe occurrerint et presertim qualiter Nuncy Regum Francie hyspanie
et Anglie expediti sunt et quale habuerint responsum mandate lris. Dux
Tverzski Russie congnisinerat quoddam Castrum situm sub lithwanis quod
in vita dni Alexandri Witholdi ducis Magni sibi fuerat ablatum, sed dns

Per aliquos polonos fuisset interceptum et Twerzen ab eius possessione
exclusi · vallauit illud dux prefatus Twerensis cum suis · Ad ferendum igitur
sic obsessis auxilium omnis terra lithwanie et Samagittie consurrexit
ad arma · et processit ad castrum sic obsessum · In longo tempore vix
illuc peruenient · quoniam ad minus ducenta miliaria habent transire · Rex
non iuit cum illis · sed vacat venacionibus · Alia non occurrunt · Oportunum
tempus aduenit in promouendis et corrigendis rebus nostris vtinam in oportunitate
temporis /

Beatissime pater etc. Est michi inter obsequiales meos Secretarius vna
honorabilis N. cui pro virtutibus suis sic afficior, ut ipsum in dicta Ecclesia mea
ad altiora · quam est · euectum · non paruo expetam desiderio, ratus id et meritis
ipsius condignum · et dicte ecclesie expedire · Atque ideo · cum ad rem huiusmodi
celerius conficiendam · nichil se michi accomodacius offerat, quam liberalitas et
gracia Sanctitatis vestre, cui profecto perfacile est, subito extollere et honestare
quem voluerit · Eidem Beatitudini vestre ipsum commendatum facio, et cum ea qua
possum et debeo deuocione attencius precor dignetur Beatitudo vestra · predicto Secretario
meo in consequenda dignitate aut personatu · in prefata ecclesia · dum vacare
aliquam contigerit ostendere gratiam · qua et ipse pro meritis suis premium referat
et ego quod talibus desidero, me senciam ex indole Sanctitatis vestre accepisse /
Eternam etc. conseruet dominus Ihesus Christus supplex etc. etc. · Dat

Domino A. Cardinali Ilerdensi

Reuerendissime pater et domine prestantissime · Scribo Sanctissimo domino nostro in fauorem
honorabilis N. pro promouenda persona sua ad aliquam dignitatem vel personatum
in ecclesia mea Cracouiensi assequendam, si forsan vacat aliqua actenus
vel postquam vacauit / Et quia cordi michi est, ut pociar huiusmodi voto /
propter virtutes et merita dicti Secretarii mei · precor Vestram michi colendissimam
Paternitatem adesse promocione et fauore solitis · apud prefatum Sanctissimum dominum nostrum quam plurimum desidero ·
precor et opto · et eo amplius quo in ea re · non tam comodum prefati Secretarii
quam bonum ecclesie mee predicte versari agnosco · Atque ideo quicquid fauoris
Paternitas vestra Reuerendissima ad hec contulerit, pro grato munere michi factum ducam,
et quod de me rebusque meis libet michi eadem Paternitas vestra faciat queso et decernat /

Beatissime pater etc. Exequo vestre Beatitudinis singulari liberalitate in Reverendissimos patres dominos meos
Cardinales vsa, certam facultatem nominacionum, pro certo numero familiarium suorum
illis gradose concessit, digne solita clemencia, et me huiusmodi gracie facere participem
et consortem dignetur, quam pare impertiri liberalitate / vt et si prerogatiuis et
multiplicibus beneficiis que vestra Beatitudo in presentes dominos Cardinales effundere abunde
consueuit, vti pro absencia nequeo, saltem huius gracie expers non sim,
sed vestre Beatitudinis liberalitate et gracia pro xx personis per venerabilem Magistrum Marcum
coram vestra Beatitudine et aliis in Cancellaria vbi opus fuit nominandis, per me in cedula
sibi descriptis, facultatem obtineam nominandi huiusmodi xx personas, in Ecclesiis
Cathedralibus Collegiatis prouincie Gneznensis cum prerogatiuis ad instar familiarium
vestre Beatitudinis motu proprio et aliis condicionibus lacius per prefatum Magistrum Marcum
exprimendis /

Oro habita coram Rmo d. Cardinali Cracovien. per d. Jo. dlugosch quando Capellum pntabat 1 Octobris 1448.

Consuevit Reverendissime pr et dne gratiosissime Summus pontifex vicarius xpi in terris et militantis ecclie capud eiusdem ecclie membra que optimarum virtutum fruge pullulat et operibus preclaris fructificant altis attollere honoribus, splendidis ornare dignitatibus, magnificis nobilitare premys et tanquam prudens vinee dni sabbaoth rector plantas uberes et fecundas cura et sollicitudine singulari aptis nutrimentis irrigare. Consuevit et onera sibi incumbencia in viros sciencia et ingenio claros partiri, ut monarchia ecclie catholice sibi commissa eorum suffragiis possit provida gubernacione ordinari. Hinc evenit quod fe. re. dns Eugenius papa quartus sollicitudinis sue plenitudinem accurata prudencia in alios dispartiens dignum censuit te hominem prudentia iusticia magnanimitate ceterisque virtutibus preditum et optime in ecclia dei meritum evehere ad amplissimam Cardinalatus dignitatem et tanquam virum stupendum et per omnia heroicum inserere voluit inter primas et precipuas ecclie militantis bases. Quem dum sortis humane condicio de medio sustulisset Sctissimus in xpo pr d. nr Nicolaus divina providencia papa v eidem in apostolatus officio succedens de tuis certificatus virtutibus et meritis factum predecessoris confirmando tua p. Rmam ad eandem vocavit Cardinalatus dignitatem. Quamvis Capellum quoque rubeum et frequentibus litteris et oraculo olim Rdi patris dni Baptiste epi Camerinen ad Regnum polonie nuncy sui et oratoris mittere eidem tue pti repromisit dedissetque litteris et promissis suis efficaciam et virtutem nisi sacerrimo pectore suo enumerare et appendere voluisset singula que missionem Capelli ipsius alignatulum retardabant. Nunc autem advenisse tempus optimum et idoneum ratus quo ex missione huiusmodi honor amplior in tue primitatis redundabit personam Capellum predicte dignitatis Cardinalatus insigne per me quem huiusmodi operis voluit esse nuncium et ministrum quemadmodum ex litteris hys apostolicis p. tua informabit transmittit certa sibi spe proposita quod p. tua Rma pro honore dei fidei catholice exaltacione et augmentacione sedisque apostolice reverencia illud deferet et honori excelso excelsis operibus et virtutibus respondebit, ut dignitas ipsa sedem in te et cardinem virtutum reperiens resplendeat ex te pocius quam furnescat. Accipe itaque pr Rme inclitum insigne presens videlicet Capellum rubeum cappas et baculum que tibi ex parte prefati Smi d. n. pape presento et fruere tuum excellenti dono pro tuis virtutibus et meritis in te collato tuum excellentissima gloria qua primus et in patriam et in eccliam hanc domumque tuam non sine nominis tui celebri et eterno fulgore intulisti. Ac te deinceps talem divinis preceptis et beneplacitis conforma ut suscepte dignitatis predicte tibi tuisque subditis utrinsque hominis cedat ad profectum. Tu quoque post vite fragilis terminum a summo largitore non capellum corruptibilem sed coronam immarcescibilem per quam non mortalis sed pontificis eterni accipe merearis. Quod tibi et nobis concedat xpus dns per secula benedictus Amen.

Oro dni Cardinalis ad hanc responsiva que habetur infra folio sexto.

Ad d. papam regratiatoria

Beatissime pr et domine benignissime. Inerat menti mee spes firma ab eo die quo B. v. personam meam quamvis tantis splendoribus meritam dignata est evehere ad fastigia dignitatis Cardinalatus quia daret B. v. voti sui virtutem capellumque qui est illius dignitatis insigne cum se tempus offerret michi mandaret quemadmodum se litteris suis illa singularissima gratia sua missuram dixit. Nam quamvis aliqui e regione molirentur dubitare nulla potui ratione quin dilacio illa que missionem

eiusdem actenus retardavit ex optimis respectibus facta fuerit quia pro honore S. v.
michi humili eiusdem creature ampliorem gratiam allatura erat et ecce non me
fefellit eiusmodi spes mea pridie etenim advenit feliciter in hanc urbem venerabilis
d. J. dlugosch canonicus Cracoviensis secretarius meus quem anno precedenti ad oscula
pedum beatorum S. v. transmiseram et capellum dictum una cum bullis eiusdem S. v.
michi in ecclesia mea coram cleri baronum et procerum populique maxima multitudine
cum illa qua debuit celebritate et facetia veluti apocrisarius S. v. exhibuit
tradidit et presentavit Munus profecto excelsum meis stupendum humeris sed nec
ingenio et verbis meis ut dignum foret declamandum suscepi illud tremebundus
et supplex fidens in domino Jesu salvatore nostro et concionatus ad eam que
aderat plebem cum non possem debitas saltem quas valui S.mi v. egi
gratias Nunc quoque provolutus ad beatos S. v. pedes idipsum repetens reddo illas
reddo sane corde reddo pro me reddo pro ecclesia et clero meis quinymo
et pro toto inclito Polonie regno cuius in ea re honor et decus potissimum
agi non dubitatur Oroque ut spiritus sanctus in me superveniat sic utriusque
hominem meum perlustret et fecundet ut digne in hac vocatione ambulem
concedatque michi capellum huiusmodi ea dignitate deferre quod sacra ipsius
significatio suo in me non destituatur effectu pro reverentia sedis apostolice et
S. v. Datum Cracovie octava Octobris

e. S. v. humilis et devota creatura
S. Car. Crac.

De eodem Ad Cetum Cardinalium

Reverendissimi patres militantis ecclesie columpne firmissime domini prestantissimi
Amplissimam me gratiam diebus superioribus favore Rmarum p. v.
excepisse ratus sum quia Sanctissimus dominus noster dominus Nicolaus papa quintus
antecessoris sui fe. re. domini Eugenii gratiam in personam meam collatam
ratam habens dignatus fuit me in cardinalem sacrosancte Romane ecclesie
creare et eminentibus immeritum tantis splendoribus inserere collegio vestro
Nunc tamen fere ampliorem michi obvenisse veris effectibus cognovi
Sensi quidem quot qualiaque impedimenta factione aliquorum ad rem hanc
extructa et iniecta fuere adeoque firmata ut apud plurimorum animos
huiusmodi vocationem meam videbatur iam concidisse sed omnia illa resoluta
et extirpata nunc certo haud dubium consensu et operatione sacri cetus vestri
ut quod iam pene amisisse visus sum dono et gratia v. p. Rmarum iterum
videar accepisse pridie etenim rediit feliciter ex urbe venerabilis d. J. d.
Ca. Crac. S. meus et capellum qui est dignitatis cardinalatus insigne
una cum bullis apostolicis nomine domini d. n. in ecclesia mea coram cleri baronum
et procerum regni populique multitudine copiosa cum ea qua debuit celebritate
et decentia exhibuit et presentavit Suscepi illud tremebundus et supplex
confidens in domino Jesu salvatore nostro et in piis michique semper necessariis
supportacionibus et directionibus v. r. p. Atque ideo quia dignum visum non
extitit in oculis sacri cetus vestri me taliter quemadmodum aliqui moliebantur
oppressum iri et si non quas debeo sed saltem quas valeo gratias eidem
sacro collegio p. v. Rmarum pro tanta in me humanitate et benivolencia
reddo cui me totum meaque semper nunc offerens summo expeto desiderio sic v. p.
r. in cunctis agi regulamine ut ex collata tam amplissima in me dignitate
honor deo fidei catholice augmentum et defensio sedique apostolice reverentia in dies
semper resplendeat et excrescat Datum

v. p. Rmarum humilis Ca. et frater
S. Car. Crac.

Ad dnm Scti Angeli de eodem.

Reverendissime pr et domine mi precolendissime. Singularem illam atque humanissimam
benivolenciam qua r. d. v. dignata est prosequi me et negocia mea apud
sedem Apostolicam ad plenum intellexi relatione dni J. qui pridie ex urbe feliciter
rediens applicuit huc attulitque et michi tradidit capellum per Sctissimum d. n.
missum. Ex verbis sane eiusdem condidici quam plurima fuisse impedimenta que
missionem dicti capelli actenus retardaverunt et quantum d. v. r. operata sit ut
etiam illis non obstantibus vocatio hec mea ad votum sit expedita. In qua re
quantum michi favoris et gracie rma p. v. contulerit verbis prosequi ad satis non
possum. Scio equidem tante dignitatis splendoribus longe me imparem sed postquam
ita collibuit Sctissimo dno nro ut collatam iam pridem sui antecessoris fe. re.
domini Eugenii pape quarti in me graciam ratam et ipse haberet esseque per
totum Regnum hoc huiusmodi vocatio mea plurimum volgata profecto non
absque magno dedecore et ignominia non solum persone sed et totius domus
mee relinqui potuisset imperfecta quemadmodum hii effice tot ingeniis conati
sunt quibus nescio qua racione facta fuerat tam gravis et molesta. Atque
ideo a tali liberatus probro p. v. rme gracias agens me meaque eidem dedo
ut et michi tamquam minori suo semper precipiat et in illis ad votum decernat.
Deprecorque supplex quatenus mei potissimum me v. p. rme non deserat directio
ut sciam quid acceptum sit coram domino collataque in me hec tanta dignitas
ex operibus meis coram hominibus magis et magis coram hominibus inclarescat.
Ex qua re cepi continuem sollicitudinem, intelligens ibi negotia nostra turbari, que sperabam
Et licet ego pro desiderio vestro et nostre rei publice non magnopere recusarem me ad ...
vestram transferre, rebus variis atque fluctuationibus consultura, labores ... mei ...
quos in ... genitore vestro multis annis impendi, deinde etas mea ...
ac postremo egritudines me vexantes, non sinunt me ad longa itinera et loca ...
Transitusque meus vel mortem michi pareret, vel ... infinita.

... status V. omni dolore merore ... et ... dominus permisso
penitus ... et nunc magnum forte cum tanto rege et ... se continet
et contingentia pax in ... abolita, et data in oblivionem, ad hec ... victoria
et ... instauret, et ... atque ... clade suscepta, ... legum
quam ... divina et humana ... modificaverit, absterserit
et ... suas modificaverit

... in officia curie sue et ... in cancellariam
... et factiosos ... tamen ...
viros prudentes maturos et ... et illorum prudentia aut ...
... omnia negotia ... V. et rei publice ... ille ...
... stant aut cadunt. ... ad officium ... substituendo
morte absumptus est ... V. B. in ... ad officium ... et ... speciale
... et ... virum doctum maturum et prudentem, et ... speciale
... officium ... vitalis ... officium ... nullatenus
... regi ... et ... bona comoditate, qui suis negotiis
... regi, cum vestra et ... varari. ... et ... officium
... et ... et directiones ... sue et ... in ...
... et stabilimento ... V. ... sunt multis ...
... ordine et stabilimento. ... et ... absolvet.
... et multis ... et ... ad ... officium apud V. B. ...
... ideo ... ut ... aliquos meos ad ... officium ... rei publice ... in ... assumi
... ut ad officium ... eligat ... persona, ... rei publice ... persona
et digne gubernare, et V. B. quod rectum est, ... et ... aliquid
nam ... V. B. ... mea ... non ... sunt ... acceptata et distorta
... si pro ... solummodo sunt ...
et debito effectui ...

Regratiatoria de promotione cognati

Beatissime pater. Accessisse splendorem altum michi domuique mee gratissimum ipsa res prodit et acclamat dum Sanctitas Vestra addendo gratiam gratie venerabilem [illegible] in Sancte Romane Ecclesie Cardinalium cetui aggregavit, quasi parum favoris et benignitatis officio Vestra Sanctitas in me functa esset nisi eam et in stirpem generis mei geminando gratiam extenderet. Pro qua re humillimas et quas maiores possum Vestre Beatitudini gratias non habeo sed sum in perpetuum habiturus. Rogans ut me et meos cepta clementia Vestra Sanctitas non deserat.

Regratiatoria promoti

Beatissime pater, licet illius excellentis favoris et gratie qua me hominem ignotum, neque aliquibus preclaris declaratum signis, Vestra Sanctitas suorum Cardinalium numero aggregare dignata est, ad reddendas condignas gratias imparem non dubitem, cum sit super vires meas huiusce aggredi negotium, retributorem tamen bonorum omnium, qui mentem Vestre Sanctitatis regit et gubernat, assiduo implorabo precatu, ut Sanctitas Vestra abundat [illegible] gubernat, semitas gressuum Vestre Sanctitatis in salutem et populi christiani in profectum dirigendo. Supplexque ante pedes beatos provolutus gratias quas potestas mea pro electione ago, meque in omnia Vestre Sanctitatis et sedis apostolice obsequia tanto obligatiorem reddo, quanto promotionem meam non precedente virtute aut merito contemplor et glorior per modum Vestram Sanctitatem contigisse. Rogans et supplicans ut Sanctitas Vestra recipiat me pro suo computare mancipio. Conabor enim omnibus indiciis me contra ostendere beneficiis in me per Vestram Sanctitatem effusis eternam contineret.

Item nullatenus negligendum est, ymo accuratissima diligentia providendum, ut premium banderarum erigatur quam sine merito superiori expeditionum et omnis honestas prius elaborata et parta fuisset si in hac expeditione contigerit vos pro banderiis taxavisse. Subsistam hic donec divina pietate a doloribus et meroribus nostris merebimur consolari.

Stringebar dudum maiori dolore quam admiratione, non de tuo silentio, te enim tacente animum tuum quis qualisque erga me fuerit et in posterum futurus sit optime novi, sed quem te valitudinarium ab aliquibus audieram, et tam fuerit egritudinis oppressum, ut actum plures de te extimarent omnia amantis in more animo et cogitatione prevertebam, et morbum periculosum et fortem corpus invasisse, et ex frigidissimo Boree flatu, et ex continuo labore itinerisque per asperas vadans in homine pressum in altero sole nato consurrexisse, et inexorabiles parcas fila in te stamina rupturas esse, per continuas itaque indignas tibi horas quas merita passionis [illegible] dignitati peraba ad deum celi pro tua incolumitate fusas, triste ipse tristiore de te nuntium postulabar, et ad cuiusque venientis nuntii pallebat ora sua ipse tepentia affectu. Restitisti itaque ut tolerantissime pater amplissime, mundum exsolvendo me [illegible] meam et vitam debilem, licet triduum ante Kalendas Januarii septe sufficiendo, et tarda rursum ad superiores litteras meas excusationem quadriduo velis accipio. Nam cum hic [illegible] adire tare et optande michi erat quanto vita et incolumitas. Credas ut velim hac tempestate veniunt quorum absumpto me molestiore efficeret, hic si tu intelligis qui me plus amare cepisti quam nosse fuis exceptus, non desim enim tuum et [illegible] per diem, in hunc locum pari adductum, Rem forte apud animum tuum, et per Capistranum difficilem loquor, sed scis preterea nunquam michi nuntia depani. Est spera et ea causa quesitum meam intelligit que non est committenda talaos, in qua et si parum fiducie responsum sit multum tibi amici, mirando stupore suo, et que te et prius, cum si tantum, uthe incolumitate celebraret in has inter barbaros sedes habet in se varios modos et tales quidem ut nisi firmam habeo neque nisi fuge, nec sentire lucem nec [illegible] posset offari. Expecto autem dissolutionem illius talegium, in qua et ego non nisi per verum de ipse fuit versari cepi.
Nec [illegible] vitti fuit, sed [illegible] per [illegible]

Post hiulem mei regressum. Et habes certis nos fame cognoscendi, optimam incolumitatem status
paternitatis tue, et verentibus ne socius noster desertus ex dieta Frankfordiensi Germanos perosus ad
Italos, et natale redires solum, Numquam feres litteras benignitatis paternitatis tue, hoc advenit domino
et michi titulatas, que ita fuerunt pro illi et michi gratissime et iocunde, ut te in illis quasi
corporalibus amplexibus stringeremus, Nondum enim spes abiit tuam paternitatem iterum visendi, et alloquendi
coram, Sed vero vite mee non comparentibus oratoribus Regis nostri de quibus in Frankfordia
Amme timueris, post hinlinnas gratias, quas et paternitati tue pro immenso favore habeo, et habiturus sum
feliciter vivere me, soliti tanti viri, cui salutem meam curae esse non dubito, decetque securior
adversus casum quemlibet stabo, tuis fretus meritis et precibus defensus. Eram siquidem ab ordine senatus
nostri et a principe pro illo viagio obeundo deputatus, sed et iter longum et variis periculis
refertum noveram, misi quoque et vati dy, ad quos procedendum erit me autevenit, et vos
neglecto ivi me differente passa est. De re ex qua paternitatem vestram apud Almanorum animos
callidissima et vafra calumpnia conflata est, quod paternitatis vestre consilio, scriptura per dominum Regem
accepta sit, etiam magis probe quam Remus fratri dux Carolus erat, et tamen ego considerans
paternitatem quoque ipse dolet doleo et ego quod tam fedum implicitus apud viros perditos de paternitate vestra
vulgata sit, que adeo facie redolet mendacium ut si predictas sit palpari possit, habuit vir
ille impius complices suos valde mentiendi, sed non sciunt artem fingendi. Scribat dominus
Carolus super re hac paternitatem certificasse et accusatorem paternitatis vestre magestatem purgasse debuit et rescindit
Ego si iubet paternitas vestra et si aliquid efficatie sum in medias aures perpanam, quorum magis
Ego si iubet paternitatem vestram et si aliquid efficatie sum in medias aures properam, quorum magis
gentium et innocentie et paternitatem vestram de tam impiis scelestis vindicabo. Et quoque hoc auctor de synodo
generali et innocentie, et paternitatem vestram de tam impiis sceleribus vindicabo. Et quoque hoc auctor de synodo
... si forte illic offendam dominum et epistolam litteras quibus iniquitatem confecerat pro illa dieta
de paternitate vestra non composuisse, Cum eius modestie fuit gestum est, nec puto ad ea que nomen verum celecerint
carpere possent perpensisse,

Assidua molestia et cogitatio animum meum lacesseret, quid rei esset, quod diutino tempore nullas litteras a
vestra paternitate acciperem, quo et vestre valitudinis conditio et vestri itineris progressus notiora michi fieret, saepeque
apud fratrem Ladislaum scilicet Cividini et gratis nove militie per vestram paternitatem institute de hac re oblivionis
mei quererer, offendi in nuntium ex Vienna redeuntem qui michi et desideratas litteras vestre paternitatis
attulit, et animi superioribus cogitationibus pessimis dissolvit, in quibus primum michi paternitas vestra quid
in Frankfordiensi dieta per principes Almanie in facto fidei actum sit describit, in qua si principium
et exordium tepidum fuit, vereor ego ut in cassa plaudat augurio, ne finem videamus frigidiorem et
marcidum.
Novos et crudeles Thuricos Regnorum accessit, quod abunde a veteri tharcharo communicabatur
Tremuit domus Almanie, anno ex casu in quo Rex noster plus iusto viribus et paucitati suorum confidens
partam iam ipse victoriam hostibus reliquit, ubi plus est acceptum ignominie quam cladis, sed non
incruenta fuit hostibus victoria, omnes duces et primores hostium exercitus illic occubuerunt
unus dumtaxat captivitate in vita servatus.
Sors itaque illius victorie accedit forte Almanorum animos ut magis Prussiam quam Romaniam
consistantur Regi nostro causa sua videri iustissima, et pro recuperandis terris Regis sui violenter quondam
et iniuste occupatis et pro liberandis earundem terrarum populis brachium suum non tam verbis quam
fletibus expetentibus, superbe dominationis pressuris, suscepta. ~~Tremuit capud ducis Regis hac hieme et in hac~~
~~donec optata sors pervenerit~~ Dicam illud obstinat confirmaturque illud dicit pro marcii optata
sors pervenerit nec illud et certum fuit aut hiemis asperitas aut nivium continuus descensus aut
pluviarum imber a proposito revocaverunt. Vicisse se iam confitetur crudeles boree flatus et zaphirica
veribusque placida tempora grandi et approximasse. Sub quibus tempus bellum pro hominis hieme et
tempestatibus duratos, in quadulibet longa tempora, non dubitat posse perduci

Aliquot civitates, paucis his que desciverant, aut expugnate et delete aut in deditionem recepte sunt. Ad expugnandas ceteras datur opera. Vehementer stomachor adversus illos qui v. p. apud Almanorum animos eam notam inurere conati sunt, quasi nulla iustior et efficacior causa regem nostrum ad acceptandas terras Prussie movere potuerit nisi partis v. persuasio.
Si itaque aliqua mendacia celebre nomen vestrum fuscantia apud Almanos vulgata fuere, nihil michi admirationis parit. Hostium enim et invidorum vestrorum multiplex caterva, quos vel aut raritas sancte vite aut virtutum operatio aut errorum et heresum exterminatio provocavit, hanc de vobis callida vafritie in cordibus simplicium hominum serere volunt spinam, ut sit salus eorum vitare non possint calumpnias et mendacia de v. p. similia ulterius.
Omnibus plectro et tacite intercedente rem absolventibus tacendum putat et ipse sibi existimavit.
Negotio pacis infecto iterum ad arma reditum est.
Si ipse et me et patrem v. fefellit, fecit rem more suo, sed ego non mereor ob hanc turpi ordinatorem partis v. exercitum. Veniet tandem dies in qua non solum de conculcata heresi sua sed et de lesione v. p. domino regi Bohemie inimicorum intercessione penam condignam et exacte supplicii pensabitur.

78 Venerabilis existimus pater. Coniunctam vicariam ecclesie Cracoviensis vacatam per mortem per vos facta tam reverendissimo patri domino Cardinali quam nobis omnibus fuit non solum molesta, sed etiam odiosa et adversa, ut pote que in enervationem statutorum ecclesie per vos incorporatorum attemptabatur. Admissa his tunc fuit ea conditione et respectu, ut prefatus Germanus de vicariam ipsam infra annum commutasset, ne statutorum ecclesie aliqua fieret temeratio. Ille ipse Germanus de prefatis inviolabiliter quos inviolata subsequenter vicariam in manibus ordinarii aut indique se revoluturus spopondit, ad resignandum huiusmodi prefatam vicariam in actis capitularibus solemniter hec inscripto. Omnis facta per ipsum infra quem commutatio prefate vicarie fieri debuit, lapsus dudum sit, prius quam dominus infra que commutacio prefate vicarie fieri debuit lapsus ... et vicariam per Germanum vestrum constabit vicariam eandem in manus nostras velut administratoris resignasset, ne vicaria ipsa in diminutionem splendoris ecclesie ... substitutus est existimantes dominum dominum Martinum ad illam absque vestra inhibitione ... et acceptum. Et prefatus ... nobis ... ad vicariam specialem ... de novo ... et ... attento quod et vicaria ipsa ad meam ... ordinarie ... et indigna ... ad eam preter ... non posset. Omnibus aut et magis idoneis et ... nobis ea de causa ... est ... que in re hac ... et statuta ecclesie suscipiet, quo simul et deo ... ecclesie ... non ... quibus attentis ecclesia ... a vobis ... ne levius ... statutorum ecclesie ... magis exemplo et ... nocitura.

Venerabilis existimus. Cracoviam incolumis favore divino redii, illico ad expediendas res vestras operam dedi.
Venerabilis. Redii favore divino, sanus et incolumis a domino nostro I. etc.

Beatissime pater et domine clementissime. Angebar sanctitati molestia et dolore intelligens Voytez magistrum Casparem et Voytez dominum S. Canonicum Cracoviensem et michi per eorum virtutes et merita gratos per duos clericos Regis mei scilicet N. et N. de notoriis et pessimis criminibus vehementer infamatos et suspectos notatos super eorum beneficiis vexari, ut scilicet etc. quando N. [illegible] processus ut supplicatur ad contra litteras huiusmodi extorsisse, et prefatos duos clericos fraudibus factis et dolis contra [illegible] dantes debita animadversione percelleret. Nunc vero amplius distineor amarius audiens eos clericos pro eorum forefactis que [illegible] in curia [illegible] intercrebescunt non solum impunitatem habuisse, sed etiam scelestis dolis et fraudibus in prima instancia contra prefatos M. et S. triumphasse, quemadmodum [illegible] domino D. et Petro [illegible] et plurimorum aliorum [illegible] de illorum ingenio et scelere [illegible] et eandem [illegible] super [illegible] et duo [illegible] prefatos N. et N. [illegible] et prefate clerici [illegible] imponunt et [illegible] eorum pro eorum excessibus facte sunt dolis et fraudibus, que et in curia et in Regno [illegible] sunt [illegible] et multare [illegible] prefatos N. et N. [illegible] facta [illegible] ad illud [illegible] Datum.

Oratio ad Nicolaum V papam pro Regno Ungarie

Optare Beatissime pater ut aliquando eloquentissimi viri lingwa michi prestaretur et oratio qua illius carissimi Regis Ungarie gaudia et omnis etatis ac sexus exultaciones exponere, que facte et accepte fuerunt ubi de creacione tua sermo diffusus est et ad auctorum noticiam fama perrexit. Cognita enim iam pridem tue sapiencie virtutis et bonarum artium magnitudo, certam omnibus spem et indubitatam fiduciam attulit de futura Ecclesie felicitate, rerum sacrarum ac tocius Regni et christianorum salute, fama enim de te predicante cognitum est ingenium tuum ad sublimia capescenda natum, et sub tanto magistro, homine pene divino educatum, et in variarum rerum magnarum cognicione semper auctum. Quid dicam religionem sapienciam integritatem doctrinam vite sanctitatem reliquasque virtutes, de quibus licet coram audiencia loqui ne assentari videar, quod magistra de tua excellencia opinio tot reverendissimorum et sapientissimorum patrum qui Senatus Romani iudicio, testimonio et auctoritate confirmata est. Itaque Regnum illud cum primum de tua sensit electione, viros notabiles oratores suos ad te mittere instituit, ut de tua congratularentur electione, et debito suo satisfaceret. Sed cum pace et statu Regni componendo cum esset occupatum quod ex preteritis guerris vehementer perturbatum esset, quod deliberaverat usque nunc facere non poterat sicut ex suis litteris magis clare tua cognoscet Beatitudo. Igitur me ut ad tuam Beatitudinem venirem coegit. Ac ipsius Regni vice et persona plenam et integram obedienciam vero Romano pontifici et indubitato successori Petri prestare offerret. Quod quidem cum omni devocione auctoritate facio secundum tue mandata omnes ad Ecclesie statum dignitatemque augendam confirmandamque offerens, et eo libencius quod sub te pietissimo gubernatore et statu suo se regente, portum salutis expectat precipue generalem reformacionem in Ecclesia dei, et ipsius iamdudum desideratam unionem, que ut citissime fieri possit illud Regnum tuam Sanctitatem devotissime orat pro sua et omnium christianorum consolacione. Nam si preteritis temporibus dum minor esses pro ea re conficienda tot labores curas et pericula suscepisti, quantomagis nunc te facere deceat cui gregis dominici cura salus et tutela commendata est. Sed quia in primis consentaneis loquens profecto michi esset sermo Beatissime pater si antiquam et semper firmam Regni illius devocionem explicare vellem, quam erga Romanam Ecclesiam christianum Regnum illud constanter tenuit. Adeo ut aliis Regnis pace ipsorum dictum sit, quod pontificem Romanum sepe vacillantibus illud in fide firmo permanserit. Receptis a beato Rege suo Stephano et primo primis fide accepta

et certe gens illa gravitate et vite sanitate fuisse ab antiquis temporibus cognoscitur, et nunc
patrum suorum vestigia imitatos continuo pro Christi nomine militat. Hos ego vere christianos
appellandos predicandosque esse dixerim, qui non modo in christiana fide perseverant, verum etiam
pro ipso militent, rapinas captivitates mortes patiantur. A quo quidem sancto proposito
nullis dispendiis aut laboribus removeri unquam potuerunt. Itaque christiane fidei propugnatores
invicti contra multos adversus infideles, et est et vocari debent non incerto nomine. Est bene
pater quod Regem nostrum multum afflixit, et acerbissime movit, quia morte sancte recolende
memorie domini Eugenii audita ideo vehementer indoluit, existimans quod eius interitu
simul et fidei defensioni initium videret eius et consideraret, ut prius ille vere quam
magnanimus pater atque defensor tante fidei zelo affectus fuit, et pontificum Romanorum
nullus unquam fuisse legitur, testimonio sint sue magnitudinis opera inter que sicuti totus
mundus cognoscit duos legatos unum terrestri itinere alterum vero classe maritima
cum magnis expensis contra Teucros miserit in quibus apparuit si pro votis res
non processit non suis consiliis. Sed peccatis hominum ascribendum est quibus deus provocatus flagellis
manum tenet extentam. Ad que quidem principia non defuit ipsius diligentia et gloriosissimi
illius et omnibus seculis memorandi principis domini Regis pro fidei tutela
ardentissimi, qui ab ineunte etate nichil aliud cogitavit. Nichil studuit quam quo
christianos populos ab inmanitate et sevissima barbarorum oppressione liberaret. Hic verus
princeps verus quod Rex appellandus et celebrandus omnibus vocibus et laudibus, qui sue
salutis et suorum comodorum oblitus rem altissimam et periculosissimam aggressus est,
quam nullus christianorum principum iam longo tempore aggredi vel noluit vel non potuit.
Quo solo eius facto cum aliis suis virtutibus, non solum princeps, sed etiam principum
princeps glorificandus est, quos Decios quos Scipiones quos denique Cesares huic
christianissimo bellatori nostro anteponemus? Potissimum cum illi pro caducis rebus pro
filiis diis et mani gloria vitam abiecerunt, hic pro immortali deo et gloria sempiterna
capitis periculum incurrere non dubitavit. Cuius quod miraculum est cum ad magnificentiam ad
decus ad nominis immortalitatem natus esse videbatur. Vt autem ad beatissimum Eugenium
revertamur, tanto desiderio flagrabat, ut Teucros per Europa deleret. Et cum iam
infirmus lecto teneretur magis de communi salute quam propria sollicitus, Reverendum patrem dominum
Coronensem episcopum legatum ad illas partes miserit, ne inchoatum intermitteretur opus
magna et multa offerenda subsidia si regnum illud passagium contra Teucros
faciendum susciperet, que res Regno ipsi pergrata fuit. De qua quidem legatione
qualis conclusio facta sit ipse dominus Coronensis plane ac certe de ipsius Regni
voluntate Sanctitatem vestram poterit amplissime informare. Postea cumque quidem dominus Coronensis
recessit Regnum ipsum ita omnem cogitationem curamque posuit, ut passagium feliciter
exequatur. Citra et super ea re multi tractatus per missos solemnes ordines multi facti sunt et
multa presidia preparentur, sicut seorsum Sanctitatem vestram informare a me poterit. Qua ad re
nichil restare videtur nisi manum consiliis apponere. Ita ut deo duce et adiu-
tore prosperum et optatum sperent eventum. Sed diligentissima et attentissima adhi-
benda est cura, que tunc Regnum ipsum ad tam pium ardens opus Septembri proximo
constituit Constantinopoli quod generali congregatione decrevit, ut estate futura contra Teucros
generale passagium fiat. Tum maiore etiam spe ducitur ut oblata auxilia et adiumenta

per beatissimum Eugenium et ab ipso petita subsidia non modo non denegentur per beatitudinem tuam,
verum etiam augeantur. Quod eo libencius et efficacius beatitudinem tuam prestaturam creditur, quo maior et
firmior fama sit de affectione tua ad hanc rem ipsam fidei et caritatis causam. Ita ut
maiora semper a tua beatitudine christianum Regnum ipsum speret. Considerare debebit beatissime
pater predecessorem tuum Eugenium multas expensas multos labores effecisse ut passagium
ipsum perficeret, suum tamen desiderium occulto fortasse dei iudicio consecutus non est, ut
tue beatitudini demum honor et laus reservaretur, ut tuo sub pontificatu tua quoque opera et auctoritate
christianitas ipsa tanto opere oppressa a iugo servitutis liberetur. Exoptat christianissimum illud
Regnum orat tuam beatitudinem supplicat et obtestatur ut tua beatitudo tale subsidium faciat, ut
tam salutare nomini christiano passagium temporibus tue beatitudinis honorificum, tum quoque omnibus utilissimum
execucioni debite demandetur, in quo omnipotentis dei honor, fidei quoque catholice
dignitas et tue beatitudinis fama, et honoris res agitur. Nec vero existimet aliquis pater
beatissime ut hanc passagii instanciam faciamus pro ipsius Regni defensione. Nam
Teucri per multas clades multas facere incursiones audent in Regnum ipsum et
quos timere solebamus nunc nos horrent immensum. Imo et ultro inducias
et modicis nobis bonas condiciones pacis pro voluntate nostra offerunt. Dummodo cum
pace hec velint qua ipsi Teucri rogant et requirunt. Sed omne consilium Regni
est ut uno impetu ex Europa detrudatur, et infideles in Asiam et christiani
proprii liberentur, ut eiectis et penitus dissipatis Teucris Europa respiret, et
a diutino servitutis iugo fessa colla tandem relevet. Ad quod quidem laudabile
utile sanctum quoque propositum illud christianissimum Regnum sua facultate, et supra
vires est offert et maxime magnanimus ille Gubernator Regni Hungarie sancti
propositi promotor et director, cuius omne studium et cogitatio die noctuque in eo
versatur qua ratione possit ab ipsorum Barbarorum subiugatione liberari. Nec
eius aliter videtur posse quiescere animus quam hec a domino deo tributa fuerint
beneficia. Pro qua quidem rei execucione et bona sua et labores et pericula
et vitam. postremo suum quoque caput offert, ut etiam nudus libenter remaneret
dum hec tam salutaria consilia debitum sortirentur effectum. De cuius animi ma-
gnitudine rei militaris sua bonitate multa dicenda erant, nisi fere cognita essent
per hominum famam. et longius tempus postularent. Eam aut ad [illegible]
te dirigit beatissime pater tot populorum Civitatum et Regionum salus maxima quoque illa
quondam felix grecia tot bonarum artium liberalium quoque disciplinarum parens et lingue
origo latine, que ab immanissimarum beluarum servitute liberanda tuas implorat
manus ut te auctore te duce pristinam felicitatem, et antea utpote sui dicerent
secula florere senciat. Dubitandum quidem Ecclesie glorie amplitudine honoris dignitatis
laudisque et eternitate tui nominis comparabis. Ipsam quoque christianitatem tue devocioni perpetuo
obligabis. Quid rem tam divinam a predecessore Eugenio magnanimiter et sapienter inchoatam
Nicolaus pontifex feliciter absolvisse predicabitur. Et tui nominis utilitas et augurium
polliceatur, et tot populis victoriam divinitus conferetur. Denique cum maxima exceptione felix
christi vigeat ecclesia tanta patietur indignitate, ut christi filios et veri cultores bar-
baris subiectos esse videat, quorum etiam nomen christi abhorrent sic parce de filiorum

manibus interceptum dari canibus sicut detestentur litere, quanto magis filios canibus obici
detestandum est. Quos canes ipsi torquent, lacerant, venundant, et inter pecudes et
iumenta mercantur. Quid et illud dampni fidei nostre sit quod inter ydolorum cultores
varia quoque supersticione educati, confecti quoque prope ritus quoque religionis obliti
deorum suorum sacra impietate scelera quoque perdiscant, animarum quoque suarum iacturam faciunt.
Finge vide te beatissime pater ingentem nobilissimorum hominum numerum tuis obvolutum
genibus, quos in servitute bellorum traxit infortunium, miseriarum sine cruciatibus quoque
famis sitis laborum erumnarum modum desperantes. Hos quoniam in te pater clementissime
manens et desperatos abire sinis, solam implorantes misericordiam et humanitatem
tuam ut afflicte christianitatis et erumpnosis mortalibus, et quibus celsitudine
tua spem dedisti benigniter impertire. Plura fortasse aput alium dicenda fuissent. Sed
tu qui tot christianos fuos captivos miserandos intelligis, tanta de tue beatitudinis
expectacione [illegible] ulterius captivitate extendi, ut tua opera et subsidia
vere cantare ideo possit Israel exitum de Egipto, et de populo barbaro, laudate
pueri dominum, laudate eum omnes populi. Benedictus dominus deus Israel quia visitavit et
fecit redempcionem plebis sue, vt auctore et ampliatore beatissimo papa N. liberati
serviamus illi qui est benedictus in secula amen.

Finis per Conceptionis Marie anno domini LXXI.

Oracio coram papa pro confirmando Archiepiscopo Gneznensi

Conspectum maiestatis tue pater beatissime vice et nomine serenissimi atque christianissimi principis domini
Kazimiri Regis Polonie et Magni ducis Lithwanie adire iussi, nunc amplissimum nos remotum
adeptos, dum et nolim dignitatis tante coram cerninus et [illegible] sub tua redditam
nobis et meliori valitudini gaudemus. Erat profecto pectus Regium et consternacione
nimia et amaritudine affectum referunt, quociens sub te sinistra fama egritudinibus
audiebat oppressam, non solum quia pro meritis et immortalibus operibus suis in meliores
successus accidit sedem, sed tam fidei et religioni orthodoxe, tam populo christiano, et [illegible]
metuens. Nam et si captio urbis Constantinopolitane nobilis per agarenos occulto quodam
dei iudicio, seu publico nostro scelere nuper accidit, casum quoque ipsum ipse illustrissimus dominus noster
Rex cum universo Regno suo propterea publico gemitu prosequatur, proprium putato, tamen preter
ceterorum calamitate, hostilis et nova vicinitas Turcorum Regno Polonie accessit, et quod
arces contra Tartaros continuo quasi vno militaverat marte, nunc cogemini militie
geminato. Tua tamen sanctitate sospite et incolumi, spem indubiam Rex noster concepit, te
tua strenua merito et virtute, et victoriam hostibus excepturum, et [illegible] acceptam
digno reparaturum talione. Ad hoc enim deus optimus servavit te, ad hoc ex media pene
morte ad tranquillum bone valitudinis erexit, ut pro te fidei religionis quoque nostre parente
heretes [illegible] calamitates, et miserias populi sui prosperitas refundat. Quapropter
Rex noster clarissimus de tua bona valitudine gaudet, letatur, hilarescat et pro nobis
... sue gentis omnes eum congratulantur et congaudet, obsecrans sanctitatem tuam humiliter
ut cordibus dissidencium principum ad vnitatem reductis sub tua presidencia quoque
in capcione urbis Constantinopolitane accepto per christianos seda ignominia, pro
removendo grandi periculo, ceteris Regnis katholicis impendere omnes vires conatus et
ingenia, antequam tanta clades et iniuria in cordibus fidelium dissimulacione possit

senescere, quereret. Animo solitudine opere et opera opus est, quo ferocior fiat, plura
in idipsum cogitare et proinde eversa que sancte fortuna offert. Ceterum intellexit

Hic alia pro maiori oracio pro uno milite.

Benigna sinceritate quam pro beatissime pater michi a tua sanctitate concedo veniam, si brevem
impendias nomine illustrissimi et excellentissimi principis domini Kazimiri Polonie regis, sanctitati tue
aliqua expositurus, cessantibus labiis, neque diserta neque limata, sed simplicia et arida,
uti fuco sermonis suppellectili, quod et condicioni professionis quam mea, non literis sed militari disci-
pline, non studiis sed armis crebrius obversatur, tuo sacratissimo pectori haud dubie per-
simpliciter spero suggestura. Intellexisse existimamus sanctitatem tuam ecclesie Gneznensis morte
reverendissimi patris domini Wladislai, vacationis orbitate quam accidisse, et pro instauratione
eiusdem Regnum et prefatum dominum meum Polonie regem capitulares ecclesie Gneznensis,
persuasione et exhortatione regia requisivisse, ut electione canonica eum virum in
locum defuncti eminentem surrogarent, qui ceteros virtute et prudencia prestaret, cum
virtuosus antecedere ceteros et preeminencia et dignitate. Itaque prudencia divina effectum
est, ut vir celebris et venerandus dominus Johannes Sprowsky prepositus ecclesie sancte
Marie Sandomiriensis et canonicus Gneznensis, conformiter in dicte ecclesie Gneznensis eligeretur
archiepiscopum et pastorem. Cuius quidem electionem predictus excellentissimus princeps dominus meus
Polonie rex cum optimatibus et primoribus regni sui, adeo visus est prosequi se
regia consuetudine et favore, ut omni difficultate circumscripta, ultroneum illa
velut rex et ecclesie Gneznensis dotator et patronus consensum prestitit, personam
quam prefati domini Johannis electi, licet specialibus per nos intuendis primum conspectui
tue, deinde huic prestantissimo reverendissimorum dominorum cardinalium cetui commendaverit.
Nec iniuria. Est enim vir prudencia, intelligencia, sagacitate, industria et modestia,
atque ingenio, generis clara nobilitate, animi magnitudine, adeo stupendus et
excellens, ut omnia virtutum et optimarum dotum, deus et natura, in sui animi sede
et domicilio videatur ornamenta collocasse. Itaque eiusdem excellentissimi principis
domini mei regis Polonie, ac tocius regni sui nomine ad tue maiestatis thronum
et presenciam destinati, quo ampliorem favorem regalibus in promocionem prefati domini electi
designari ostendi quam possint, humiliter quo possum prefati domini mei regis vice
supplicamus, dignetur sanctitas tua electionem prefati domini Johannis velut iustam, canonicam
et electam, et regio consensu solidatam et efficacem auctoritate confirmare apostolica, et
personam suam variis virtutibus meritis et operibus splendidam et illustrem preficere
eidem Gneznensi ecclesie in archiepiscopum et pastorem. Ipse siquidem tue sanctitatis beneficio
et favore confirmacionem accepta, pro augmento fidei catholice, pro libertate et conservacione
tui culminis, sancte quam Romane et universalis ecclesie, omnia studia et ingenia sua
converteret, eniteretur quam ut opcio regis et capitulorum iudicio de se facto, et
per vestram sanctitatem confirmando, laudabili videat vita conversacione et instituto, dignum
quam se redderet, et idoneum, cuius gubernacioni ecclesia tam insignis, credi com-
mitti quam debeat. Aget preterea sanctitas tua opus apostolicum, opus sanctum et meritorium,
opus acceptissimo domino meo regi et universo regno, clero quam et populo Gneznensi
gratissimum. Pro quo et hic immarcessibilem laudem, et in futuro conseque-
tur gloriam sempiternam retribucionem, quam tue sanctitati concedat rex dominus per secula benedictus amen.

P canonizacione fratris Jacincti ad S. d. n. [illegible]

176

115

P. Canonisatione S. Hyacinti

Beatissime . Commouebat me sepenumero quedam mentis instinctus, ab illo ferme die
quo mihi . et si immerito pastoralis officij gubernacula credita sunt, ut pro Canoni-
zacione cuiusdam fratris Jacincti, cuius in Regno hoc percelebris memoria est . sol-
licitudinem meam apud sedem apostolicam impendissem, et quantum opere cure et studij
humane possibilitati datum esset, ad opus tam pium contulissem. Sed mecum rem
tantam attencius accuraciusque agens, eam que vetustate notabili inueteratam conside-
rans adeo ut humano iam testimonio firmari ad plenum nequeat, relabebar
sepe a proposito et destiti, veritus ad examen sedis apostolice ingerere . rem quodammodo
neglectam, illud sepe admirans, quod illius eui . Regni huius primores . tantum
fulgorem silencio . et quasi clausis oculis transire voluerint, Ducenti siquidem anni cum
octo lustris transacti sunt, ex quo dictus frater Jacinctus stupendis miraculis coruscans
morte felici assumptus est. Verumquia quod hominum iudicio impossibile . difficillimum
que videtur, deo possibile et facile est, fieri quoque potest quod diuina disposicione opus
illud . in certum tempus . pro gloria dei pro que katolice fidei in Regno hoc et
conmetaneis sibi nacionibus ampliori dilatacione, reseruatum sit, actus iterum quadam
admonente spiritu . et ne si quod deo sit . admonicionibus huiusmodi refragarer, au-
sus sum . ad noticiam S. V. rem hanc adducere . et deinde omni studio . labore et
vigilancia . ipsam prosequi . si Beatitudo vestra suae dignabitur consideracioni negocium, et
admittere illa . que possunt fratris sanctitatem contestari. Quod ut facere dignetur S. V.
per merita Ihesu cum ea qua possum deuocione . suppliciter oro. Fuit ipse primum Canonicus
Cracouiensis Ecclesie, et de Anno domini Millesimo ducentesimo xviij°. sub felicis recor-
dacionis Honorio papa . ad vrbem pro negocijs Ecclesie predicte veniens adhesit
beato dominico tunc in humanis agenti, cuius sanctimonia . moribus . et doctrina . ita instructus
est . ut tanti viri formam vite in se ad plenum fere expresserit. Ad preces de-
num venerandi patris domini Iwonis tunc Cracouiensis Episcopi predecessoris mei a
beato dominico ad Regnum polonie missus, primus ordinem predicatorum in Monasterio
sancte Trinitatis Cracouiensis regularibus institutis et preceptis fundauit et instruxit,
in quo in humilitate et professione regulari deo seruiens, et exemplo precellentis
vite plurimos lucrifaciens mirificorum operum . effector huius est intantum . ut et
viuens oracione sua . et post mortem inuocatus sua intercessione . complures mor-
tuos reuocauerit ad vitam, cuius rei testes sunt huius fratris proprijs obtutibus con-
spicati sunt, et si iam non supersunt, supplent tamen annales . et scripture veteres
in testimonium sic gestorum non desunt Ab illis quoque qui cum eo conuersati sunt.
tanta credulitas ad posteros fideliter tradita . adusque tempus presens ita hereditatur
ut et qui modo viuunt, quos que hec nostra complectitur etas, felicem eius deca-
sum post traditum terre corpus, et si non publica veneracione, cum hoc scelus
grande foret preter auctoritatem apostolice sedis . attemptare, occulta tamen deuocione . in
celum more data pie credunt Sed cum hec et reliqua que Sanctitatem vestram ad rem
hanc quam agere sit aggressus sum, non mediocriter mouere possent . latius
prosequi epistolaris angustia non admittit, hoc solum addidisse in huiusmodi rei primor-
dijs sufficiat, quod dumtaxat ea . que preputant sacri Canones in sacro pectore S. V.
clausi . tradunt . ad canonisandum sanctos precipue requirunt, utpote . sana doctrina.
fides recta . vita sancta et precellens, et miraculorum tam in vita . quam post mortem
operacio . hinc eciam negocio premeorati fratris Jacincti . satis abunde suppetat.

[illegible]

N ad canonizacionem requiruntur

supplex iterum et iterum oro, dignetur B. V. pro honore dei, fidei katholice exaltatione,
pro quoque fama huius Regni Polonie gloria et consolacione se benivolam tam pio
operi exhibere, et super ulteriori negocii eiusdem prosecucione certis fratribus predicti
monasterii sancte Trinitatis, in quo corpus sepefati fratris Iacincti requiescit
gloriosum, prebere auditum, qui ob eam rem, a me et a patribus monasterii illius
ad oscula beatorum pedum B. V. missi, afferunt secum testimonia scripturarum de
vita et gestis illius, ex annalibus Regni et archivis bibliothece vetuste
et autentice fideliter sumpta, videre illa et examinare quecumque preceperit, et in-
deinde aliquis ad rem ipsam quod contribuerit demandet B. V. quam Altissimus conservare dignetur etc.

Ad eundem Cardinalem de eodem.

Reverendissime pater et domine prestantissime. Ex eo tempore, quo inclitus Regni huius Polonie
pronus beatus Stanislaus glorioso martirio coronatus est, et sanctorum katalogo
auctoritate sedis apostolice insertus, viguit apud multos devotos homines, et usque in presens
viget opinio, et pia credulitas perseverat, quod et nonnulli alii utriusque sexus confessores,
quorum corpora hec terra continet, sint adhuc canonizandi. Progressu dierum adveniente
divina disposicione ad hoc perveni, ut quos primum quoque locum tenere sibi
videretur quidam Iacinctus olim frater ordinis predicatorum discipulus beati Dominici, vita, miraculis
et prodigiis quam insignis. Et ego progressu gratia sedis apostolice primum votum fuisse
ad ecclesiam [illegible] prope parabam animum, et magno agebar affectu
de promovendo apud sedem apostolicam canonizacionem illius. Verum quia res ipsa nescio quamdiu
adeo vetusta facta est, ut pene videatur neglecta, attamen distuli, vereor arguere
posse levitatis, si negocium eiusmodi ad examen sedis apostolice deduxissem, quod hominum
testimonio firmari iam nequiret. Ducenti etiam et aliquot plures anni iam transacti sunt
ex quo devotus Iacinctus suum spiritum celo dedisse creditur. Omnes quoque qui secum obversati
fuerint morte sunt absumpti. Nunc autem reddita pace et unione ecclesie, totum me
etiam et iterum res illa sollicitat, ut satis in persuasum putem admonitos quos esse vo-
luntatis divine, quos preter promotores assumerem. Et quantum possem opera laboris et
studii conferrem pro exaltacione eiusmodi fratris predicti, atque inde effectum est, quod iam
quadam animi alacritate arrepta aggressus sum opus illud. Secundo quoque duos nostros fratres
primum oratores offero literas meas supplex orans, et tota id devocione flagi-
tans, ut B. Sua sancte dignaretur tam pio operi, et precatoribus eiusdem benignum concede-
re auditum, deinde quoque si ex deo est quod queritur, feliciter et desiderato consumare
effectu. Magnum presto prestes opem ordienda apparent. Verum scribes et in
volumine extensa tuserit opus si singula conarer perscribere stilo, que dictus frater
Iacinctus vita hic egerit celeberrima, non modo in curandis languidis, sed etiam in
suscitandis mortuis tam vivens, quam post mortem mirificus gessit, sed nec
id ad presens videbatur necessarium. Tamen in aliud tempus super illis quidam est inquisitio.
Hii quoque fratres premium portitores ob eam rem ad conspectum B. V. Romam missi
testimonia quedam scripturarum veterum super vita et gestis sepefati fratris Iacincti
secum ferunt. Hoc autem dumtaxat nuncciarum a vestro sacerrimo cetu impe-
trandum statui, ut quia res hec tante importancie est, quod absque consilio super
agi non debeat, dignetur igitur prefatus cetus vester illum favorem operi tam pio
dare, quem multa, tam celebris viri exposcunt ad dominum idipsum apud ipsum
sanctissimum dominum nostrum requirere, facere pro honore dei, fidei quoque katolice
in Regno hoc, et finitimis sibi nacionibus ampliori dilatacione. Datum etc.

18 Beatissime p(ate)r et domine clementissime. In communem om(n)i(u)m hic venit noticiam, qualiter felicis recordationis d(omi)n(u)s Eugenius papa quintus sanctitatis v(est)re predecessor imediatus, singulari benignitate ad Regnum meum et dominia eidem subiecta affectus, quo ampliori illud gr(ati)a dotaret et honore attolleret, personam Reveren(dissi)mi in (Christo) p(at)ris domini Sbignei ep(iscop)i Cracovien(sis) ad cardinalatus dignitatem dignatus fuit evehere. Sed q(uia) tunc eiusmodi vocatio eius co(n)fecta non fuerit, ipseq(ue) a petitione capelli, qui est dignitatis illius insigne, abstinuerit, optimo respectu et consilio maiorum Regni huius actu exstitit, ut videlicet tanto liberius ac testatius, pulsa p(ro)cul om(n)i suspicione, agere et prosequi potuisset negocia p(re)memorati d(omi)ni Eugenij et sacrosancte Romane ecclesie erga eos qui in hac natione germanica in hoc infausto s(cis)mate se ab obediencia eiusdem diviserat. Dane quia vestere tibus nedum p(re)fato d(omi)no ep(iscop)o, sed et compluribus aliis dirempti, quia S(anctitas) v(est)ra, quod tale p(er) p(re)memoratum d(omi)n(u)m Eugenium ceptum est, gratum habens, et quod imperfectum substitit, p(er)ficere dignum ducens, p(re)fatum d(omi)n(u)m Sbigneum ep(iscopu)m ad p(re)signatam cardinalatus dignitatem sublimare dignata sit, et capellum sibi missura se exhibuit in reditu nunciorum et oratorum meorum, p(er)fecto relatio eiusmodi p(ro) importancia sui magno me afficit gaudio, adeo et q(uod) inter et pluribus aliis ex hoc p(re)stitum peculiari monere rationem me gratiam singularem in oculis S(anctitatis) v(est)re invenisse, cum in ea re, non tum p(er)sone p(re)fati Reveren(dissi)mi p(at)ris qui michi et Regno meo honorem tantum deferri animadverto. Eapropter gratius ad gratiam assurgens cum ea qua decet veneratione quanto valeo devocior S(anctitati) v(est)re gratias reddo. Et preces quoque q(uod) in p(er)sona hominis p(ro) integritate fidei morum constancia, vite sanctimonia, consilij altitudine ac ceterarum virtutum decore et excellencia michi admodum grati, gratiam hanc facere velit S(anctitas) v(est)ra, fieri et accellerari, que v(est)ram decebit beatitudinem supplex exposco. Cui iterum me una cum Regno et dominijs meis obligatissimum reddo. Datum.

18 Beatissime p(ate)r et d(omi)ne clemen(tissi)me. Superioribus paulisper diebus audita illa singulari gr(ati)a, qua michi et Regno meo dignata est S(anctitas) v(est)ra in vocatione et assumptione Reveren(dissi)mi in (Christo) p(at)ris d(omi)ni Sbignei ep(iscop)i Cracovien(sis) ad cardinalatus dignitatem, gratulandus admodum gratiasq(ue) reddens, stupui eidem S(anctitati) v(est)re repetendo id idem, et me statim, quo et factionibus subdolis quorundam obsistere et vocationem p(re)dictam michi tam gratissimam et destinatum sortiatur effectum oportune p(ro)movere. Eteni(m) datum est auribus meis, quod quidam Martinus Copecz clericus ex Regno meo originem ducens veritus non sit coram maiestate beatitudinis v(est)re quasdam litteras faciem quasi publici instrumenti falso p(re)ferentes exhibere, in quarum serie, ut aiunt, plura continebantur, que oraculo (Reverendi in Christo patris domini Sbignei episcopi Cracoviensis) p(re)dicti p(re)fato in derogationem sedis ap(osto)lice prolata et p(ro)stitum (?) significant quod ipse coram et ad me dixerit, non debere ep(iscop)um (dominus Sbigneus episcopus) vocationem demandari litteras (promissa) mandata ab olim felicis recordationis domino Eugenio pp(a) quinto S(anctitatis) v(est)re p(re)decessore immediato.

Card.

emanatas. et emanata / tamquam ab eo qui depositus a sede papali hec
non mereret, obviam summo pontifici debitam / hec audiens irritatus excacionem
sue homines infrunita temeritatem et ad singula que negotium huiusmodi qua debite demandari
lificat et circumstant prepositas in ea magis et magis firmabar sententia
quod non ex seipso sed aliorum inflammatus machinamentis qui fortasse
contra personam et promotionem prefati domini B. episcopi invidie stimulant ardoribus ad
hoc ausum sumpserit cum hic plebeius et ex rusticano tugurio nullo
etiam adaucta cetibus gradu non nisi actus furore mentis ad talia potis
sime tota monarchia orbis prorumperet. Et quamvis certe michi per
suadeam quod nullatenus hec eiusmodi confecti instrumenti v. s. promoverint animum, hec
sit etiam necessarium ad refellendum easdem multam adhibere operam voluin
tum ut malis fraudibus vicescentet impietas, super ea etiam re s. v. scribere
et liquido innotescat eidem quod falsa sunt hec nec unquam coram me
acta que hic contra personam prefati domini B. episcopi fabricantur. Ego quidem si prefatus
dicti Martini qui clericus in nidicibus asserit foret iurisdictionis
mee, talem in eum decernerem quod pena docente sentiret et ipse et alii
quantum deliquerit. Adorans autem ut s. vestra non accomodet fidem ta
libus ineptiis et figmentis et presertim contra personam prefati domini
episcopi honoris sedis apostolice et tam eiusdem s. v. quam prememorati
domini Eugenii semper zelantissimi quod quidem eumdem tamquam talem et gratia s. v.
non indignum favore et honore prout cepit confoveat et prosequatur
suppliciter flagito precor et opto. Datum.

Regratiatio eiusdem pro cardinalatu

Beatissime pater et domine clementissime. Expectans expectavi attentus ta
citus mecum agens si fortasse a sanctitate vestra habere mererer litteras scriptis
et precibus responsales que michi tandem per nuntium meum superioribus di
ebus reddite fuerunt tum valitudine corporis sui supremente tum propter
discrimina et pericula viarum que his diebus plus solito crebrescunt in
itinere diutius retardatum. Quas ego primum ut dignum erat veneratus
deinde quoque devote suscipiens et legens ipsarum serie didici quantam gratiam
quantumque honorem michi humili creature sue dignata sit sanctitas vestra
facere et deferre ut me etiam sacerrimo reverendissimorum patrum sacro
sancte Romane ecclesie cardinalium quibus veluti inconcussis columpnis edifi
cium ecclesie sancte dei innititur cetui aggregaret. Profecto beatissime pater et
domine metuendissime certo certius ea re monstratum est quantum sacrum pectus
beatitudinis vestre serenissimo principi domino Kazimiro dei gratia regi Polonie
et regno huic inclito afficiatur quoque ipsius serenitatem regnumque ipsius
ad ampliorem devotionem s. vestre ac ecclesie Romane obligatissimum fecerit
postquam illud s. vestra voluit sit attollere et splendoribus tam amplis
sime dignitatis toti mundo conspicuum reddere ac proinde quemadmodum
michi super ea re cogitanti videtur arx prima cuncteque urbes castra
et munitiones singule regni huius s. vestre agere gratias gestiunt.
Ego quoque et si me omni quaque et lingua et viribus ad tante digna
tionis munus et gratiam impotem contuear tamen ut cumque valeo ad
pedes apostolicos s. v. supplex provolutus grates reddo et hec duo minuta
que habeo corpus et animam eidem s. v. tamquam vero Christi vicario dedo.
Et quia s. v. pollicetur se missuram michi capellum dignitatis predicte
una cum nuntiis et oratoribus regie maiestatis prestolabor reditum eorundem
ut illud tue excipere merear. Deoque deum meum ut me illud sponsus suo sancto
deferre doceat et faciat pro honore s. vestre et reverentia apostolice sedis

comitas quod ipsa me adiuvat semper ad illa quibus S. vestra cognoscet quia non in hominem ingratum tante liberalitatis et gracie manus dignata sunt extendere. Litteras S. V. missas immediate domino Regi ad propria in Lithwaniam agenti misi eidem per nuncium meum. Et si quid S. sua rescripserit faciam deferri ad conspectum S. V. quam ut consuevit dominus ihesus pro honore sui sancti nominis et consolacione ecclesie sue sancte oro et me humilem atteramus eidem recomendo. Datum Cracovie in Ecclesia S. Marie Virginis feria sexta mensis Januarii Anno domini Millesimo quadringentesimo quadragesimo octavo

S. V. humilis creatura Sbigneus tituli S. Prisce presbiter Cardinalis

Regina excusat Cardinalem

Beatissime pater et domine graciosissime. Et si non possum aliquatenus dubitare quin sacratissimum pectus S. V. summa preditum sapiencia et immensa eius qui vobis sponsam suam regendam commisit inspiracione dotatum facile falsarum delacionum livorem agnoscat et quo tendat malignorum conatus optime advertit. Ita ut supervacuum reputem instruere cuiusdam publica seriem quod in suggillacionem fame dignitatis et honoris Reverendissimi in Christo patris domini Sbignei Episcopi Cracoviensis patris mei dilectissimi sola constant invidia extenuare per quod hii quorum instructa temeritas complere desideria aut passiones suas estuant. Et signanter quidam Martinus Kopecz Cracoviensis diocesis clericus meis ut dicitur suffultus literis V. S. falsa suggerere moliti sunt qualiter idem Reverendus pater dominus Sbigneus Episcopus Cracoviensis Serenissimo principi domino Kazimiro Regi polonie etc nato meo carissimo ne processus mandata et literas felicis recordacionis Sanctissimi domini V. S. immediati predecessoris ponerent in execucionem tamquam illius qui summi pontificis vicarii Ihesu Christi in terris non gessisset vices persuasit. Ego tamen cum magna amaritudine et molestia suggeri V. S. aliquid sinistrum de sua persona audio attenta eiusdem domini Sbignei Episcopi integritate vite innocencia fidei puritate quibus a tempore quo sedem Cracoviensis ecclesie suscepit effulsit ita ut eius integritas vite adversacionibusque puritas omnibus Regni huius Prelatis et Baronibus in magna iocunditate et gratitudine cedat. Et propterea clementissime pater ad pedes S. V. tamquam humilis filia provoluta humilius quo possum supplico dignetur S. vestra instanti predicti continencia cordis S. V. prefatum Martinum predicti omnem falsitate committentem in credulitate aliquam vel suspicionem non admittere. Nec innocenciam et vite eminenciam pontificis predicti permittat cuiusvis levis hominis relacione vel cuiuscumque carte virtute odio vel passione fabricate nota labefactari sed magis famose et grata aplicata persona prestat domini Sbignei Episcopi in confutacionem invidorum sinceriorum qui garriunt contra fulgorem sui nominis scient quod sunt continuando prosequatur constando omnibus in hoc exemplum S. V. favore quam consuevit altissimus ad gloriam et laudem sui nominis. Datum in Castro Novecivitatis die lune decima nona mensis februarii Anno domini millesimo quadringentesimo quadragesimo octavo

E. S. V. humilis et devota
Zophia Regina polonie

Venerabilis et Egregie vir amice noster singularissime. Per omne id tempus ex quo litteras Sanctissimi domini nostri Nicolai pape quinti et vestras de manibus Cursoris nostri accepimus, soliciti fuimus audire reditum nunciorum Serenissimi domini nostri Regis ex urbe, quem cum illis vestre caritatis personam cum capello nobis per eundem dominum nostrum mittendo venire presumebamus. Ubi vero caritas vestra ex aliquo respectu cum eodem capello non veniret, nichilominus unum alium cum eodem venire in comitiva Nunciorum regalium non dubitabamus, postquam litteras Sanctissimi domini nostri super re hac plenarie accepimus et visitatione. Erat autem omnis nostra spes in eo defixa quod Nuncii regii per festum Nativitatis Christi proxime transacto ad Regiam redire, quemadmodum fuit eis per regiam maiestatem mandatum, debuissent, et sub ea consideratione scribere Sanctissimo domino nostro et vobis crebro distulimus, ita ut siquid negligentie intercidit, non culpe nostre, sed tarde reversioni huiusmodi Nunciorum, et huiusmodi nostre mani spei attribui debeat, quos postquam sensimus in urbe moram agere, et tardius quam sperabamus redire, et Sanctissimo domino nostro et vobis scribere voluimus. Scribimus itaque prefato Sanctissimo domino nostro litteras agendo sue Sanctitati multiplices gratias de excellenti favore et gratia, quibus nos preter meritum nostrum ut benignissimus pater complexus est. Certe enim magnum favoris et gratie est indicium sue Sanctitatis in eo super nos demonstratum, dum Sanctitas sua non solum nobis cardinalatus dignitatem per Sanctissimum olim dominum Eugenium quartum collatam confirmavit, sed et ubi creati in cardinalem per eundem dominum Eugenium non fuissemus, creare nos de novo sua Sanctitas de sua immensa benignitate cogitavit. Nec admiracioni solum sed stupori licet sue Sanctitatis larga clementia et nobis et omnibus qui audierint omissa ingerit, qui Sanctitas sua effundendo in nos gratiam suam et pietatis viscera expressit et mira. Ut autem caritati vestre omnia ea que ipsi domino nostro Sanctissimo scribimus notiora sint, copiam litterarum per nos sue Sanctitati directe facimus hiis inclusam. Orignalle vero litteram placeat Sanctissimo domino nostro presentare et recommittere nos sue Sanctitati ac Sacro Collegio Reverendissimorum dominorum Cardinalium. Accepte litteras Sanctissimi domini nostri et unam litteram domino nostro Regi titulatas per Nuntium proprium in Lithwaniam transmisse curabimus illas v. caritati destinare. Nunciatum nobis fuerat ex urbe quod caritas vestra ex precepto apostolico iturus erat in Norembergam in legatione, que res plus erat nobis molesta, quam grata, per huiusmodi verebamur ne alium quam vos ad nos venturi cum capello, sed tamen ea consolabamur spe quod obita legatione apostolica fecisset ad nos ex Norembergam digna vicissitudine et excipere et honorare. Non successerat nobis Sanctissimi nostri Scire etiam virum advectum feliciter consolabamur, prout quod et Sanctissimum ... et gratias multiplices vestra quoque obsequia et mira digna ... recognoscere neglexeris, que tamen nisi vivum ... adventum non tardabimus supplere. Datum circa Cracoviam ... mensis Januarii Anno domini etc. quinquagesimo viij

Sbigneus miseratione divina etc.

Cristoforo Episcopo Card. Card. vestre ...

Venerabilis domine frater noster in Christo et amice carissime. Aut plurimum diminuta aut omnino extincta erga nos est vestra affectio et caritas, propterea quod cum in urbem transitum nostrum incognitum esse voluistis quam ... in eundo aut ... Sed nec in litteris sub ultimo nobis ex ... directis aliqua de vestra huiusmodi transitu fecistis mentionem. Cum alias sinistra vestra agenda Sanctitatis vestre ... nobis ... quemadmodum et nos fiducialiter Sanctitati vestre omnia nobis incidencia communicavimus, aut ... aut litteris agendo. Aversam itaque a nobis ... v. f.

que multiplices hinc litteras transmittendo nos comperire antiquum amicum consuevit
Nichil quidem nobis conscii sumus neque estimamus nos vos in aliquo sinistri
tios aut obnoxios nisi forte f. vra velit facimus quemadmodum nostri domini palati
Sandiriensis in nos retorquere, que licet sub asserit[ione] coram serenissimo domino
nostro Rege acrius quam rectius contra vos invectum. Cuius aut[em] cognita sit
nobis quo ad rem hanc de qua per vos inculpamur eiusdem quemadmodum nostra innocen-
cia, cum sciamus illud cum maiestate regia parum practicasse. Culpa tamen
fratris nostri non debuit fervorem caritatis vestre erga nos infecisse. Alios etenim
f. v. debet suspitari regios assentatores, alios vestre fame et nostris et hostes
et invidos litteras obtrectatores. Et si illos investigare curavit, reperiet quorum
quemadmodum memoratus dominus palat[inus] ab hac de qua coram vobis notatus est contra
gitacione puram. Erant profecto alii vestri ficti amici qui ex verborum suggestione
et invectiva predictum prosperose factum consecuti sunt. Placeat igitur et nos
et quemadmodum memoratum ab hac suspicione tollere et scripturis aut relacionibus
falsitate oblita fidem subtrahere. Succensent eciam nobis caritas vestra quia
nos v. f. litteras Reverendo patri domino Andree Episcopo Poznaniensi in vestrum vituperium
atque opprobrium destinassemus. Novit f. vra condicionem nostram, novit et affectum
eiusdem domini Andree qualis sit erga nos et melius ea que nec unquam
cogitavimus in credulitatem aut suspicionem admittit. Nulla unquam fuit nobis cum
eodem domino Episcopo Poznaniensi ab eo tempore quo ad illam sedem promotus est convencio
nulla conversacio, sed contra nos predictus dominus Episcopus ex eo quod partes electionis
vestre ad ecclesiam Poznaniensem promovebamus et eiusdem favorem repulsavit et noverat
adversarium et hostem et assidue contendebat reprimere modum et viam per quam
suam collacionem in nos extendisset. Repente tandem enim et in ecclesia sua
Poznaniensi denunciacionem nostram turpissimam ad instanciam cuiusdam miseri et pannosi hominis
de amencia sua conflatam admisit et exequi per multa intervalla mandavit
carnalis igitur verisimile est ut cum eodem domino Episcopo Poznaniensi tam acerbe
nobis infesto scripta vra et litteras debeamus tractare in vestram contumeliam
ignominiam ipsa f. v. iudex sit et cognita veritate que facile contra nos
accusacionem acceptat. Vestre siquidem et firmiter spero et per omne tempus favorem
amplitudini et dignitati vestre vinculo litteris nobis a vobis transcriptis
responderet. Si vellemus v. f. nova ex Regno hic scribere nulla
pro certo habemus. Serenissimus quidem dominus Rex noster conventionem generalem
Piotrkoviensem pro festo sancti Bartholomei terminatam in Lithwaniam propter
ubi et in hanc diem quandam suam continuat, propter cuius absenciam deformis
est nostre reipublice status. Et nisi sola divina clemencia succursum et re-
levamen dederit, veremur ex multis premissis que non dubitamus aures
vestras contingunt erit deformior. Et ideo magnopere expetimus eius
ad nos aliquem reditum ut consiliis vestris et ecclesie nostre et reipublice
negocia adiuvari dirigique possint, quam non est procul et nos et
multis aliis de ea re molestia, quod f. v. a principalis negociorum Regni
nativi exclusa Regni exteri promocioni intendit. Si qua nova
sunt in urbe subito rogamus committere per suum nostrum generoso domino
nostro domino Nicolao et fratri vestro Kmitorum dudum cardinalium
et si negocia nostra vestrum adiutorium et interpositum postulaverint
placeat promovere ea et providorum atque adversariorum conatus
et prudencia et auctoritate elidere. Datum.

Oro legati Regis Kazimiri Regis Polonie in obediencia Nicolai pape

Oro legati Regis polonie pro obediencia presentis

18 In culminis tui pater beatissime et domine gloriosissime conspectu vice et nomine Serenissimi principis
domini Kazimiri Polonie Regis et Lithwanie Magniducis Russie Prussie que domini
et heredis Illustrissimi die hodierno simul hinc rem grande et maiorem facultatem
dicendi michi oblatam conspicio. Rem inquam grande et supra vires atque robustiores

quam mei sint lacertos in formidine impellit et stupore adicit pectori suapte con-
sternato / et paventi horrore et pene succumbentem cogens velut ambiguum in
bivio viatorem Splendor siquidem Maiestatis tue pater beatissime in cuius sapiencia et doctrina
delectatur orbis / stupore vires meas obstringit et hebetat / ut admodum verear ne quod
meo aggresti et inerudito sermone que nec ars nec natura ad liquidum locum congessit /
/ aliquid aut ineptum aut minus tua sanctitate dignum iudicares Te siquidem ingenue ea preditum
potestatem pietate ut in tuo solo arbitrio et iussu omnis summi dei potestas in tribus consistat /
/ qui celos claudis aut aperis / qui ligas aut solvis / salvas aut condempnas · et
optimus vice gerens in militanti et terrena Iherusalem non immerito vicarius Ihesu Christi
et deus terrestris vocitaris Te in persona Petri divino oraculo et munere privilegiatum
credimus / ut dictum est Tibi dabo claves regni celorum / quam largicionem in veteri
testamento ulli Regum aut prophetarum insignium legimus contigisse Tue igitur oro quis tam
limatus et artificiosus sermo aut ubertate verborum decurres / aut sermonum subtilitate
frondesces potis est maiestatis tue summam dignitatem et supereminentem excellentiam digne
attollere / cui deus ipse sacram religionis fidei plenum quod suum stupenda vocacione commendavit Abs-
dubio horum acerbitati temporum tempestati que qua universum orbem afflictum collisumque iri
prohdolor cernimus / ac ratis Petri navicule fluctibus hactenus iactate accomodatissimum
Ut sacerrimus et amplissimus patrum conscriptorum cetus · macte virtutis credi debeat / qui te
statu divino actum elegit et renitente cura summe arcis suscipere obtinuit multifarios
lacrimosos ecclesie fletus et hereses dietim recrudescentes studiore discordiarum et gwer-
rarum oppressionum ab immanibus barbaris in regiones fidelium edita / ceterasque deformitates
cleri et populi sanaturum Quis enim te prudencia religione fortitudine iusticia Clemencia
animique magnitudine sublimior Quis eloquencia atque doctrina spectatior Quis in tuenda
defendendaque auctoritate et libertate ecclesie constancior / et in omni heroica virtute perstancior po-
terat tecum conferri aut estimari / Hiis siquidem virtutibus splendidissime / tu populi caste
et innocenter tutatam in periculosis fluctibus vitam / tu per edita a te in diversis
materijs auctoritatem potestatem et libertatem ecclesie extollencia / que etiam in metrum
usque ora fuere diffusa opera / ab omnibus gentibus atque sonore predicaris / Theorica
versa in petra Throno tuo ob eam rem ab optimo deo / tuorum votorum factorum et
operum inspectore et remuneratore largissimo stabilito spes optimas de te singulorum
/ de quo iam pulcerrima visus es dedisse inicia compleveris / Hiis et pluribus aliis
Demum princeps dominus Kazimirus Rex Polonie Magnus dux Lithwanie / qui michi ad pontem
dicendi arduitate perstitit ausum ad prelatis principibus baronibus proceribusque suis p-
motus ex tua promocione felicitate gaudens singulare minus fidei et religioni Christiane
primis regno et dominijs suis non tartaris solum quod et ipsum quam periculosissimum erat /
/ sed et Turcis quoniam amisso Bizancio Constantinopoli / timere cepit Cum novis gubernacionis
optime fidei et ecclesie optime sibi et Polonie Regno ceteris que dominijs et principatibus
suis portendens cessura Quo circa excellentissimus ipse princeps dominus Kazimirus Polonie Rex
primum suos et Illustres natos suos Wladislaum et Kazimirum serenissimas genitrice Sophia
et Elizabeth consorte / post hec prelatos principes barones proceres et universum Regni
Polonie ducatus Magni Lithwanie / ceteros que principatus et dominia sue celsitudini paterna
cum omni debita humilitate recommittit et recommendat Te que velut Christi vicarium
/ qui sede et officio prelatos es moribus et vivis es superis / colit veneratur adorat
et recognoscit / supplicans ut benignitate sibi Regno et dominijs profutura parentem et
favore amore que impendere propensius velis apud compatriotas Neque enim vereor a tue
sanctitatis notitia peregrinum aut alienum existere / cum fidei religionisque mee divus parens
/ divusque germanus Regis mei Illustrissimi Kazimiri propagacionis tutele que adiecerit
/ dum alter varias lingwas naciones et innumerabiles populos a gentilitatis caligine ad
ortodoxe fidei lumen perduxit Alter una victoria de Turcis relata non contentus
/ altera tui predecessoris Eugenij et sui legati Cardinalis Iuliani iussionibus obediendo
in Turcos expedicionem agens / adverso pectore gloriosa et insigni morte / ut sanguini

finis in vj pa tale signum ⊕

Beatissime pr et dne benignissime. Nuperis superioribus Annis felicis me
morie pr sanctus dns Eugenius olim universalis ecclie pontifex Stis vre im
mediatus predecessor benignitate sua uberrima et gracia immensa me sancte Roman
ecclie Cardinalium Collegio aggregavit et inter alios de quibus Sti sue
tunc ordinacionem facere complacuit sancte prisce presbiterum Cardinalem nominaverat
Ego tamen sue Sti de tam alto fastigio quo me Stas sua provexerat
et nonnullis Rmis pribus sancte Romane ecclie Cardinalibus qui huius
temporis promocionem meam procuraverat gracias non quas debebam sed quas
poteram referens a suscepcione et usu Capelli quod michi Stas sua mittere
disponebat obstante prohibicione Serenissimi principis dni Wladislai olim Polonie
et Hungarie Regis necnon eciam continui Cuius Serenitas de Consilio prelatorum
et Baronum suorum utriusque Regni ideo me illum suscipere et deferre vetuit
Cot ex bello Saracenico contra Turcos inito in hoc suum nativum Polonie
Regnum cum Rmo pre dno Juliano Sancte Rome ecclie Card. sui itineris
rectore reversus sublata animorum suspensione quam Regnum hoc usque ad
diem hanc nacioni germanice cuius est membrum maximum se conformis
practicavit sublata suscepcione et usum eiusdem Capelli efficeret celebris
rem et in huiusmodi modum concedo pre Rmo dno Juliano Cardinali Cot
cuius Capellum predictum accipere et deferre permitteret suam Serenitatem prehortati
Capellum quod huiusmodi quod eciam secum michi putandum ostentati detulerat respondit
et desuper dilacionem esse securiorem docuit Secuta vero sicut occulto dei iudicio
placuit in expedicione illa katholicorum fuga et prefato Serenissimo dno meo Rege
Wladislao mortuo incertum est an capto post multas practicas Conventiones
et tractatus per Regnum Polonie cum magna diligencia et continuacione ha
bitos propter difficultates plurimas et rumores de vita eiusdem dni Wla
dislai Regis incertos perventum tandem est ad Serenissimi principis
dni Kazimiri Magniducis Lithwanie eiusdem dni Wladislai Regis germani
conformem coronacionem que in dominica die crastino festi Sti Johannis
Baptiste proxime transacti cum magna celebritate et solempnitate perfecta est
Cumque primum aut quod Coronacio expedicionem accepit incontinenti ad
tollendam animorum suspensionem quam neutralitatem vocant que alias non
extante principe uno in Regno tolli non poterat processum est tractatibusque
variis habitis reiecta qualiscunque suspensione et neutralitate vera fidelis
et uniformis conmunis secuta est Placuitque omnibus coram Sanctitatem
recognoscere Summum pontificem universalis ecclie et verum vicarium Jhesu Christi
Ad quod mea et aliorum prelatorum Regni huius accessit fervens et
constans devocio et opera Compertum enim habeo quibus virtutibus qua re
ligione et fide qua vite testimonia et devocione Sanctitas vestra dum eam minor
teneret status effulsit qui mirabili superna disposicione in Sedem petri
conscendit qua modestia humilitate beneficencia et morum pondere redolet
quanto desiderio et zelo ad recommendandam et reformandam ecclesiam dei
et ad tollendum omnes eius abusus flagrat quorum omnium respectus adeo
occupavit animum meum ut neglecto et contempto Cardinalatus honore
qui michi per adversam partem delatus est suspensioneque animorum
sublata vre Btdi deceterio fideliter pure et constanter adhereant et
ab obediencia et devocione Stis vre nulla racione abducar Crimus enim
tali non favet pontifici quem tot ac tantis dotibus animi sentit
perfectum et cui pro pietate cui cetere virtutes venerabiles cedunt ex

ecclesiam esse non dubitat. Talem beati Gregorii, talem Leonis et aliorum summorum pontificum animum esse legimus, qui plus de sua modestia quam de aliis laudati sunt virtutibus. Sed et sanctitatis vestre laus immensa in hiis oris diffusa in brevissimo tempore plus ecclesie dei, quam anni aliquot transacti unionis et pacis prestitit, et quod legati et apostolici nuncii multeque impense efficere non poterat, una vestra virtus quam ad reformandum et uniendum ecclesiam hec efficerat. Quoniam omnes viris capti et devicti virtutibus sanctitatem vestram dignum acclamant summo sacerdotio, postquam videt sanctitatem vestram ultro illud prestare velle, pro quo fuit tanto tempore cum magno amarum et personarum interitu certatum. Solidatis itaque tanta vestrarum virtutum summa rogo sanctitatem vestram ad pedes eiusdem humiliter prostratus, dignemini Cardinalatus capellum, dudum michi per sanctitatis vestre predecessorem promissum, quod modernus serenissimus princeps dominus Kazimirus Rex Polonie in Regni sui parlamento michi acceptare a sanctitate vestra permisit, transmittere et dirigere. Et me atque ecclesiam meam hiis grosse recommissam, ut possit in ea vigere pax et animorum tranquillitas, et persone notabiles et in Regno Polonie natu maiores, quibus ad petitiones regias de beneficiis statu animorum suspensionum provisi, non molestent litibus, prout literis prefati olim domini Eugenii et vestre sanctitatis est firmatum, quas supplico etiam in maiorem cautelam diocesi mee concedere, ne tandem obediencia pro sanctitate vestra introducta et ex sui novitate fragilis potentia et auctoritate eorum qui in beneficiis vexabunt, et alicuius novi scismatis recipiat nutrimentum. Ut inveniat sanctitas vestra regimine prosperum ecclesie et utile et pacificum reipublice christiane, relinquatque sanctitas vestra gloriosam famam sui nominis posteris non solum imitandam sed admirandam. De hiis autem omnibus Venerabilis frater meus dominus Johannes Pnyowski Archidiaconus Sandomiriensis et Canonicus Cracoviensis, quem ad sanctitatis vestre conspectum transmitto, latius sanctitatem vestram informabit. Cum rogo humilius quo possum adhibeat sanctitas vestra in hiis que meo nomine proposuerit plenam fidem, et ipsum benigne cum votis et desideriis meis expeditum remittat. Conservet sanctitatem vestram altissimus feliciter et longeve pro regimine ecclesie sponse et mea consolatione spirituali. Datum Cracovie die Iovis sexta mensis Julii Anno domini Millesimo quadringentesimo quadragesimo septimo

Eiusdem sanctitatis vestre humilis et devotus Capellanus Sbigneus episcopus Cracoviensis

Reverendissime in Christo pater et domine prestantissime. Placuit superioribus annis Sanctissimo patri domino Eugenio olim Romane et universalis ecclesie summo pontifici sacroque cetui Reverendissimorum patrum dominorum Cardinalium personam meam in sancte Romane ecclesie tituli sancte Prisce presbiterum Cardinalem promovere. De qua quidem re dum michi innotuisset, egi sanctitati sue, benivolis meis et nonnullis Reverendissimis patribus dominis Cardinalibus, qui promocionis mee auctores erant, gratias immensas. Capellum tamen quem michi per eundem dominum Eugenium mittebat suscipere ex multis respectibus et signanter obstante prohibicione Serenissimi principis domini Wladislai Polonie et Hungarie Regis distuli in finem, ut in tempore magis apto et accommodo cum ampliori sedis apostolice honore accipere illud et deferre potuissem. Et cum Reverendissimus pater dominus Julianus sancte Romane ecclesie Cardinalis functus officio legationis ad eundem Serenissimum

principe dominum Wladislaum Polonie et Hungarie Regem multiplicat
apud suam regiam maiestatem Bude tam persuasionibus quam precibus insti
tisset contra Capellum huiusmodi quod predictus dominus Julianus Cardinalis
secum michi portandum detulerat acciperem et eo voti consensisset. Nullatenus
tamen ipse dominus Wladislaus Rex tunc adduci aut promoueri potuisset, vt
michi acceptacionem et vsum dicti Capelli annuisset propter suspensionem
animorum que in Regno suo Polonie natiuo sicut et in aliis na
cionibus Germanice Regnis et dominiis vigebat. Deliberauerat siquidem
ex bello barbarico contra Turcos inito recursus huiusmodi animorum suspe
sionem tollere et omnis ambiguitatis obiamentum profiteri pro illo quoque tempore
predicti Capelli mei reseruabat acceptacionem credendo eam et Regno
et persone mee sua presencia sublata neutralitate celebriorem. Verum bello
illo infelicit sicut deo placuit acto et dicto domino nostro Rege Wla
dislao morte incertum est absumpto vel capto Serenissimus princeps
dominus Kazimirus Magnus dux Lithwanie in Regem Polonie die
dominico in crastino sancti Johannis Baptiste post multas difficultates
in hac re propter rumorem de vita eiusdem domini Wladislai Regis
importatas coronatus est. Statimque ego cum aliis prelatis Regni huius
qui prefatam suspensionem animorum seu neutralitatem detestabamur quadus
temporis voluere cum eodem Serenissimo domino Wladislao Rege et suo
consilio tractatus vt ad perfectam peruenirem vnionem quam vniuersitatem
stante Serenissimo domino Wladislao in Regno Hungarie propter eius
absenciam et eo post Regno vacante habere poteram. Opera itaque mea
atque summa quam in re hac cum prelatis et Baronibus Regni con
sanguineis meis egi diligencia Sanctissimo patri domino Nicolao pape quinto
tanquam vero et vnico summo et vniuersalis Ecclesie pontifici et vicario
Jhesu Christi conclusum et deliberatum est. Nulla autem res amplius solici
tauit et persuasit dare predicto domino nostro Nicolao pape quinto ex Regno
Polonie obiamentum prestandam nisi sua mira humilitas et benignitas constans
et feruens ad reuiuiendam et reformandam Ecclesiam dei quam iam
demonstrat operis effectum deuotum. Et quod multis impensis et fatigis
impetrari non potuit id sue Sanctitatis opera virtutes et merita exegerunt.
Deliberaui itaque ego Reuerendissime pater consilio et swasu prefati Serenissimi
domini nostri Regis Kazimiri fautorumque prelatorum et Baronum salubri consilio
conductus Capellum et insigne Cardinalatus ab eodem Sanctissimo domino
nostro Nicolao papa quinto acceptare et illo pro honore dei et Ecclesie
voti. Et postea hunc venerabilem fratrem meum dominum Johannem Sprowo
ski Archidiaconum Zawichostensem et Canonicum Cracoviensem ad conspectum et presenciam
sue Sanctitatis cum literis meis fatigo Rogans Sanctitatem suam vt in Capellum
huiusmodi transmittere et Ecclesiam meam atque diocesim in salubri quieto
et pacifico statu per sue Sanctitatis provisionem confirmare dignare. Cenotta
et pater vester reuerendissimam ad quem illis patribus Reuerendissimis placentino et Ju
liano Cardinalibus iam optime cognitis defunctis recursum habere
in negociis meis decreui propter illam quam cum presente viro constanti
domino essemus in dieta prope Pragam inter dominum Albertum Romanorum et dominum
Wladislaum Polonie Reges contractam beniuolenciam. Rogo attentius
vestra paternitas reuerendissima negocia mea et Ecclesie mee promouere apud sedem

aplicam dignetur et sua auctoritate efficere vt Cardinalatus insigne michi trans mittatur non quod persona mea illa excellencia egeat sed vt forcius et li berius ecclesie sancte dei et sedis apostolice possim promouere et procurare negotia velit predicta paternitas vestra prouidere et efficere vt iuxta concessionem prouisionem et indultum Germanice nacionis per dominum olim papam Eugenium prestitam et per dominum nostrum papam quintum Nicolaum confirmatam similiter ecclesie mee et diocesis tam in genere quam si expediens fuit in specie fiat prouisio vt omnes illi qui auctoritate mea obtinuerunt beneficia eciam si fuissent per quecumque modum sedi apostolice reseruata sint et remaneant pacifici et non turbati. Omnes etenim illi quibus prouisio per me de beneficiis stante ambarum suspensione facta est sunt primi et maiores Regni et facile possent hanc teneram et nouam obedienciam interim quod radicata non est si per beneficiis que eis ad peticionem regiam contuli perturbarentur quibus omnibus velit v. p. in sacro cetu Cardinalium occurrere et prouidere et michi mandare in omnibus beneplacita et accepta qui v. p. ut meum institui heredem pro patre domino et benefactore singularissimo Commisi insuper circa dominum Johanni Pnyowski Archidiacono ... eidem sancti vestre referre Cui v. p. velit in omnibus que nomine meo proposuerit adhibere credencie plenam fidem Quam altissimus conseruet feliciter et longeve Datum Cracouie die et anno quo supra

Cardinali tituli sancte praxedis

Post huilem sui recommendacionem Reuerendissime in Christo pater et domine prestantissime Post ea que vltimo p. vre scripta per honorabilem dominum petrum de Cossowa Canonicum ecclesie misi non se offerunt que digne p. vre scriberent preter hoc quod hiis diebus duplices littere Sanctissimi domini nostri michi successiue allate sunt in quibus Sanctitas sua insinuat se michi Capellum dignitatis Cardinalatus insigne per Egregium magistrum Thadeum de Cermisio significare voluit et quod in ea re vlteriorem non admittere dilacionem satis promittit Verum quia nouum hoc per totum fere Regnum istud vulgatum iam est non modico ego cum Amicis meis rubore suffundor quod idem Thadeus tamdiu non applicuit Et licet ego litteris Sanctissimi domini tantis certificatus certum teneam quia iam pridem vrbem egressus sit aliquo que fortasse in via obstaculo demoretur potest tamen fieri per aliquem casum aut aliquorum factionem quod adhuc in vrbe perstet Recur rendum michi arbitratus sum ad vestram Reuerendissimam paternitatem omnium fortunarum mearum refugium singulare Eidemque cum omni deuocione et attencione preces facio vt si fortasse ita res se habeat dignetur p. v. r. illo alto consilio illaque summa vestra prouidencia eiusmodi siqua obstant in ea re impedimenta succidere efficereque vt tanto citius idem magister Thadeus hic videatur fiatque quod decreuit ipse Sanctissimus dominus noster et hic iam tam celebre tamque famosum ab omnibus predicatur pro reuerencia et honore Sanctitatis sue et apostolice sedis Deo vt conseruet et adaugeat p. v. r. in vtroque homine iocundam saluator noster Datum in Lublin die martis septima mensis Junii Anno domini Millesimo quadringentesimo quinquagesimo octauo

Apostolico

Beatissime pater et domine clementissime Reddite sunt michi diebus istis duplices Sanctitatis vestre littere vna quidem per manus Reuerendi patris domini Baptiste Episcopi Camerinensis nuncii et Oratoris eiusdem Sanctitatis vestre et alia ex nuncio proprio ab vrbe redeunte quarum serie Beatitudo

182

vestra rememorans munificencie sue et collate pridem in personam
meam Cardinalatus amplissime dignitatis missuram se michi
Capellum quod est eiusdem dignitatis insigne per Egregium virum
magistrum Thadeum de Termsio sub iteratis vicibus dignata est
significare. Cuius quia ut dignum erat compluribus prelatis et
proceribus consanguineis et amicis meis leticiadas tradidi,
actum est quod res hec multorum efferretur et predicatur ore et per totum
ferme Regnum hoc est volgata. Et quamvis talibus beatitudinis vestre
litteris certificatus certo certius teneam prefatum magistrum Thadeum
iam in itinere esse, ex eo tamen quia ad tantum eius retardatur ad-
ventus aliquali suffundor rubore, sed equo animo est hoc ferendum
animo cum infinita soleant itinerantibus accidere incomoda. Ut
tamen hoc ipsum cognitum fieret beatitudini vestre quia nondum dictus magister
Thadeus ad Regnum hoc applicuit, sed nec quispiam ex hiis
qui crebro ab urbe huc adventant quicquam de ipso referret actenus
se dedit, ausum sumpsi beatitudini vestre iterum scribere. Eidemque cum omni
devocione humilimas facio preces et si pro aliquo casu idem magister
Thadeus urbem adhuc non exivisset, dignetur beatitudo vestra ceptum
graciose opus graciosius prosequi et favere quod suum maturet accessum,
meque humilem creaturam suam apostolicis missionibus dirigere ut in
hac mea vocacione sic ambulem quo primum laudet deus et deinde
honor beatitudinis vestre et apostolice sedi cum multo salute animarum fructu
ss increscat. Datum die loco et Anno quibus supra.

Beatissime pater et domine clementissime. Ex quo divine placuit pietati
in hiis periculosis turbinibus quibus in presenciarum sancta exercetur ecclesia
summum eius regimine et curam vestre digne committere beatitudini, magna
animi liberalitate et fiducia ad vestre beatitudinis clemenciam in dies recurro
quociens se casus offert, commodum, profectum aut bonum statum conservandum
ecclesie et potissime animarum salutem concernens. Sane pro parte venerabi-
lis Capituli ecclesie Rigensis expositum est coram me, qualiter sublato
hiis diebus de hac vita bone memorie Reverendo patre domino Hennin-
gho ultimo et immediato ecclesie eiusdem Archiepiscopo, post maturam de-
liberacionem et tractatum quem in eiusmodi negocio sacri canones requi-
runt, Reverendum patrem dominum Nicolaum ecclesie Lubicensis presulem,
virum virtutibus et sciencia insignem, in suum et dicte ecclesie Archiepiscopum et
pastorem voto unanimi et concordi postulavit, oportune admodum
arbitrus si favent sanctitatis vestre gratia de persona tanti patris sibi
et contracte providere ecclesie. Cum autem eiusmodi ipsorum postulacio,
quemadmodum sacrorum canonum censet auctoritas, soli gratie et beneplacito
beatitudinis vestre innititur, ut eiusmodi ipsorum votis potirentur prelati et Canonici
totumque Capitulum predicte ecclesie, iuvari se eciam litteris et intercessionibus meis
apud beatitudinem vestram magis instancia et precibus postularunt. Quod
quidem tanto ardenciore desiderio facio quanto ecclesie illi spirituali quodam
affectu astringor. Atque ideo cum debita veneracione qua valeo devocione
supplico dignetur beatitudo vestra pro honore dei proque bene gerendo statu dicte
Rigensis ecclesie graciose admittere predictam predicti Capituli postulacionem, prefatoque
Reverendo patri domino Nicolao a nexibus spiritualis coniugii quibus premi-

morate lubicensis astringitur ecclesie absoluto de persona eiusdem ecclesie Rigensi
prefecte auctoritate apostolica de gratia speciali providere. Sanctitatem vestram etc. Datum ut supra

Et Beatissime pater et domine clementissime. Postquam diebus istis vacare cepisset
Ecclesia Wratislaviensis per obitum bone memorie Reverendi patris domini Con
radi ultimi et immediati eiusdem episcopi, prelati et Canonici dicte ecclesie
quo sibi et eidem tali viduate de futuro consulerent pastore Venerabilem
patrem dominum Petrum Decretorum doctorem, virum etate, sciencia et moribus con
spicuum, tunc quoque dicte ecclesie prepositum et Canonicum in presulem elegerunt.
Demum eum ob penuriam et defectum, quemadmodum coram me per nuncium et con
fratrem suum exposuerunt, ipsis non suppeteret expense, quibus confirmacionem
dicte electionis coram beatitudine vestra prosequi valuisset, ipsam urgente
eiusmodi necessitate per Reverendissimum patrem dominum Vincencium Archiepiscopum Gneznensem
tanquam per proprium Metropolitanum confirmari obtinuerunt, estque iam dicto
ipso electo, de mandato dicti Archiepiscopi munus consecracionis impensum.
Verum quia electus et Capitulum predicti probabili in ea re aguntur formidine
ne predictus ipse processus et subsecuta electionis dicte dicta confirmacio
Sanctitati vestre displiceat, quin fieri potest quod cum inopia qua se premi que
rulantur res facti sit ignota eciam esse possit beatitudini vestre. Quam ob rem
magnopere summoque desiderio fulti a se litteris meis expetierunt, quibus
negocium eorum testatus apud Sanctitatem vestram agerem, faciliusque graciam quam tantopere
gestiunt in oculis eiusdem Sanctitatis vestre mereantur. Arbitratus itaque rem hanc
talem esse, que digne coram clemencia beatitudinis vestre promoveri, illud in
primis Sanctitati vestre suggerendum censui, quod ecclesia Wratislaviensis predicta et diocesis
mee contermina, olim profecto insignis, nunc grassationibus hereticorum sibi col
lateralibus conterraneis et assiduis, tam exteris quam intestinis bellis
et simultatibus ad tantam pauperiem et desolacionem in suis possessionibus
redditibus et obvencionibus deducta et deiecta est, quod is qui nunc ad
ipsam ad ipsam provectus est Episcopus non habeat unde vivere possit, sed
sola contribucione cleri quotidiano utcunque fovetur pane, alimento et
amictu. Aiunt quamplurimi fidedigni non remansisse eciam unum Cmter
Castrum predium aut villam dicte ecclesie que aut suo tempore yme
merati predecessoris sui distracta, collapsa aut impignorata non sit.
Quapropter cum ea qua debeo reverencia et devocione supplico, digne-
tur Sanctitas vestra solita benignitate dicte compati ecclesie, et precibus votisque
Episcopi et Capituli predictorum graciose annuere, ut etsi in aliquo deli
quisse quod absit videantur, eo tamen ampliorem ad pedes Sanctitatis vestre sup
plices prostrati veniam inveniant et graciam, quo magis misericordia
egere videntur. Accedet et hoc ad cumulum laudis Sanctitatis vestre, que toto
orbe tam celebri predicatur. Quam conservare dignetur Altissimus
pro salutari regimine ecclesie sue sancte et mea singulari consolacione. Datum

Instructi Sbignei Epi Cracov ad Nicolau papa 182

Venerabilis frater in xpo dilecte. Non est incognitum vobis qualiter in hoc scismate
in dei ecclesia quod dolenti referendum est animo exorto Regnum hoc et prelati eius
in prestanda obediencia alteri contendencium de papatu animos tenebat suspensos
imitati quandam neutralitatem per totam ferme Germaniam nacionem indictam et
observatam. Non enim absque turbacione et scandalo fieri poterat ut aut nos aut
aliquis ex prelatis predictis ad unam partium prefatarum patenter cum clero
nostro declinassemus potissime Regno suo capite et Rege carente. Nunc autem
ut deo placuit omnis hec ambiguitudo et suspensio semota est. Postquam enim
Serenissimus princeps et Rex noster dominus Kazimirus ad Regnum hoc sibi naturali
successione debitum provectus sit, iamque diademate regio dominica proxima post
festum sancti Johannis Baptiste magno cum splendore tante rei coronatus est
brevi post tempore facta est totius Regni huius pro obediencia Sanctissimi domini
nostri domini Nicolai divina providencia pape novelli declaracio. Nos ad prose-
quendum eandem sub hiis modis quibus concepta est volumus persona vestram
de cuius fide virtute et prudencia non dubitamus nomine nostro tum per se
tum eciam adiuncto venerabili domino Alberto primario deputare missis ad hoc
mandatis oportunis per hunc nuncium nostrum portandis. Quocirca rogamus
vos pro complacencia multum grata quatenus visis presentibus rupta omni mora
quod non sine causa et misterio dicimus properetis ad urbem ad conspectum
domini pape prenominati prestitaque sue sanctitati debita nomine nostro obediencia
tali ut in ea re ceteros preveniatis impetrare et obtinere ab eodem conemini
infrascripta. Inprimis capellum dignitatis Cardinalatus Narrabitis enim coram
sanctitate sua quomodo iam pridem felicis recordacionis dominus Eugenius predecessor
suus nos ad predicta dignitate vocavit et quod nedum ipse sed eciam a parte
adversa idem de nobis factum fuerit, nos tamen capellum nobis a dicto domino
Eugenio delatum suscipere distulimus in aliud tempus quo illud cum ampliori
honore sedis apostolice et sue sanctitatis, cumque maiori dulcedine pacis et
unionis Regni huius acciperemus. quod dum iam appropiasse cernamus
date operam ut dictus capellus nobis mittatur et legacionis officium ad
Regnum hoc cum auctoritate collacionis beneficiorum et facultatibus que
cardinalibus legatis solito conceduntur. Secundo obtineat bulla pro nacione
Germanica super ratificandis possessoribus beneficiorum quorumcumque in hac
suspensione seu neutralitate per electorum ordinarios quatenus ante provisis
concessam et iuxta vim et formam eiusdem petatis ex certa sciencia con-
firmari omnes et quascumque provisiones per nos per idem tempus actenus
factas quibuscumque personis tam Regularibus quam secularibus ad quecumque
beneficia eciam alias sedi apostolice reservata Ita ut hii omnes qui dictorum
beneficiorum sunt possessores per nullum quamvis ante possint aut valeant
super eisdem turbari impeti et vexari ipsosque revocatis omnium aliorum contra
predictos aut ad dicta beneficia concessis literis et graciis dictis eciam provisis
tali denovo per dictum summum pontificem per huiusmodi confirmacionis literas provideatur.

quemadmodum in dicta bulla germanice nacionis cuius Regnum hoc pars insignis est latius clariusque exprimitur et continetur. Illud quoque ad rem hanc suggerendum erit summo pontifici quod obediencia que sibi taliter a Regno offertur in eum eciam finem confecta est ut per ipsam omnis tollatur divisio et pax amplior firmetur in Regno quod illibatenus haberi posset nisi huiusmodi provisis et beneficiorum possessoribus taliter provideatur. Sunt etenim in numero talium complures de domo nostra sunt et alii de genere nobili et excelso quorum si per quempiam turbaretur maior posset ex eo subsequi dissensio et in maius erumperet scismatis incitamentum intelligenti satis diximus. Preterea nomina huiusmodi per nos provisorum annotari fecimus in cedula hic inclusa in fine et convocato consilio Iurisperitorum poterit exprimere nomina eorundem in supplicacione aut alias sub generali clausula omnes illos et beneficia similia comprehendere prout consultius videbitur.

Tercio impetrari desideramus ut absolvantur omnes et singuli quibuscunque excommunicacionibus et aliis censuris a quibuscunque Iudicibus aut eciam per sedem apostolicam generaliter aut alias propter hanc divisionem in dei ecclesia exortam irretiti quodque habilitentur predicti etc. in forma solita quatinus per hoc firmior pax et dulcior concordia inter subditos nostros subsequatur. Cogitabamus aliquod munus notabile in pellibus preciosis mittere domino pape sed territi tenebres quia raperetur illud in via abstinuimus a mittendo. Unde necessarium est ut aliquid tale in argento cuso quod aptum iudicaveritis in valore

Munus fieri — centum triginta florenorum comparetis vel sicut melius videbitur atque illud offeratis nomine nostro. Mittimus ad expediendum predicta et eciam pro expensis vestris quas itinerando ad urbem et ibi stando et redeundo facturus estis

Impensa ipsi nuncii Rom. — cambium super centum florenos. Datum Cracovie die sexta mensis Iulii Anno domini millesimo quadringentesimo quadragesimo septimo.

Venerabiles et Honorabiles domini amici dilecti. Suadet racio et dictamine iusticie requirit ut eos nostro specialem fulciamus testimonio quorum hec dignitas et virtus meruerit. Sane arbitramur venerabilitatibus vestris iam pridem innotuisse qualiter Illustris princeps dominus Premislaus dux Opaviensis capescendarum artium et scienciarum gracia se ad hanc nostram universitatem contulit et in eisdem attente perseverat. Nos tamen pro debito officii nostri volentes vos super ea re reddere certiores venerando collegio vestro presentibus scripti serie recognoscimus et fatemur predictum ducem ab eo tempore quo hanc urbem Cracoviensem ingressus est et pertractare universitati nostre more suppositorum suorum extitit incorporatus iam per biennium artibus liberalibus et philosophicis disciplinis cum debita diligencia insudasse ita quod cum litterarum peritia eciam morum integritate prout propago sua alti sanguinis requirebat attencius condecorat. Nunc vero acquisita predictarum artium noticia que ad condiscendas aliarum facultatum scias sibi multo ~~sufficere~~ videtur ad studium sacrorum canonum animum suum censuit applicandum ... consilium quorum direccioni se commendatus. Nos hec dignitatibus vestris digniori rati sunt cognita fieri in fine

sufficere

vestris

Ut prefatus dominus dux Wenceslaus vestris et potentibus suis eo affectuosius sit recommissus consequatur per illam graciam qua certi confratres vestri studiis dediti consolantur.

Universitas Cracoviensis ad papam congratulatoria atque cum obediencia

Beatissime pater et domine clementissime. Cantamus et nos domine canticum novum. Cantaque nimis eius in eternum, qui exaudivit iam clamorem vociferantis ecclesie sponse sue, et lacrimas eius quas super interitu filiorum suorum ubertim et tanto tempore effudit, miseracionis sue linteo detersit. Dum quesitum tot vigiliis et laboribus sibi dignatus est honorem reddere, et ex-ecranda divisionis simultatis per amaritudine, dulcedine pacis et concordie resolidare. Ut quemadmodum omnes homines confitentur deum. Ita unum in terris venerentur vicarium. Equidem in omni genere aliquid primum, quod sit illius generis principium reperiri contingit. A quo totum originaliter fluit. Sic unitas in arismetrica, punctus in geometria, tonus in musica, et multa alia in eundem modum. Sic et in ecclesia sancta que sine macula et ruga et sponsa Christi est, unus monarcha unicumque principium catholica fide predicatur, A quo spirituales influencie et charismatum dona, in corpus ecclesie fontaliter emanatorie diffunduntur. Ut quemadmodum deus pater, quem prima sue divinitatis essencia tocius entis perfeccionem abunde respicit, omne enim esse perfectius atque perfectum in se complectitur, Primus eius post deum principatem excellencie influxit in Christum hominem. Ita a Christo descendit in eius vicarium, et ab illo in singula corporis sui mistici membra, Adeo enim affatim prophetico testio unguentum effusum est super caput Aaron, quod non modo in barbam sed et in oram descendit vestimenti eius, Sane pridem fortis humane condicio felicis recordacionis dominum Eugenium predecessorem Sanctitatis vestre de medio sustulisset, per commissetque in arribus sinus eiusdem Sanctitatem vestram ad summi apostolatus arcem vocacio, Simul per illa excellare virtutis exuberancia quibus iam personam Beatitudinis vestre, et natura complevit et gracia dotavit, possunt in cordibus nostris, quia advenisse iam miserendi tempus, Propterea quod et ipsa ecclesie de principe et duce per adhuc robore paciencia constancia et longanimitate pristinum tempore acclivitati et tanto petri navicule fluctibus accomoda-tissimo, Cum deus ipse sacram religionis fidem prestam per sua gracia commendaret, ~~sic ... et de ... cognovimus~~, et certe non nos fefellit eiusmodi spes nostra, pridem sublato pestifero scismate quod sator divisionis in ecclesia dei exortum fuit audivimus et certo cercius cognovimus, omnes eiusdem filios reddisse sibi iam debite tras pacis. Neque enim dici decere et quod esse in ipsius scismate. Atque ideo laudamus primum et superexaltamus nomen misericordie dei et salvatoris nostri, qui non continuit in ira sua misericordias suas. Congratulamur alme matri nostre ecclesie sancte, prostrati supplices ad oscula pedum beatorum Sanctitatis vestre, Nec minus per super sidera attollimus manus, Summa pacem et unionem, qua sinus pietatis exigentibus commiseracionis solicitudine operatur, et virtute ipsius reparavit. Quantum autem attinet ad debitum nostrum erga Sanctitatem vestram nostro nomine persolvendum, Quod quamvis Reverendissimus in Christo pater et dominus noster Reverendissimus dominus Sbigneus et Sancte Romane ecclesie presbiter Cardinalis et episcopus Cracoviensis, nunc ecclesie nostre quoque cancellarius dignissimus, Dum illud speciali domino Johanni Dlugosz custodi sancto Cracoviensi secretario suo inter alia commendacionis actu eo commitit, Nos quoque eidem gravamina nostra et mandati vigore eidem committimus. Potuit Nos quoque eidem graciam nostram et mandati ... eidem committimus. Suscipiat quem, Sanctitatem vestram verum et unicum Christi vicarium et beati petri sedem et fidem tenentem recognoscimus et fatemur. Ipse nove nostro fateatur, reddit per racionem pro nobis si fortasse aliquid adversum nos per inepciam alias coram ipsa Sanctitate vestra fuisset suggestum. Nam et si quid diebus superioribus per nos in factis concilii tunc Basiliensis super quo dudum superiorem ferebantur

Sentencie dictu scriptu qz sit, nichil tn temeritate sed sub correctione Felic sancte p nos est actum. Quapropter respiciat quesumus in nos oculo pietatis S. v. Et sibi fortasse in ea re displicuisse visi fuimus illa admirabili clemencia qua que in principe plus ceteris virtutibus micat nobis et huic congregacioni nre dignetur ignoscere more priorum predecessorum suorum Romanorum pontificum honore et munificencia Sedis apostolice misericordie consone, quatenus eiusmodi presidiis armati valeamus contra hereticos et scismaticos nobis contemporaneos calamo et lingua validius delatrare. Datum etc.

Bra cu privacon Kan^tus

Sbigneus Dei et apostolice Sedis gracia Episcopus Cracouien. Cum a tue facultates et proventus Ecclesie nobis divinitus commisse fideliter et prudenter per nos dispensari credimus dum ex illis non solum egenorum curas inopiam verum eciam benemeritorum necessitatem sublevamus. Quocirca significamus tenore presencium quibus expedit universis, qualiter appensis virtutibus et meritis venerabilis viri fratris nri domini Ade de Bandkow decretorum doctoris canonici nostri Cracouien fidelibus quoque attentis eius obsequiis, quibus se usque ad hanc etatem suam in Ecclesia nostra predicta exhibuit constante et operose velut fuit non pridem admi nostri cancellario vel eidem aliquid et presertim hoc tempore, quo amplius etatis sue qualitas subvencionis levamen desiderat talem faciemus graciam, qua et ipse pro meritis suis merito se letaretur consolatum, et alii emulandi per hoc virtutum opera provocentur. Merendum quidem itaque Canonicatus et prebenda, quos honorabilis dominus Georgius Swory de Cracovia in Ecclesia Sancte Marie Kelcen immediate pacifice tenuit et possedit, per liberam eius resignacionem in manibus nostris sponte factam et per nos admissam vacaret ad nos quorum collacio provisio et queuis alia disposicio ad nos tamquam ad loci ordinarium de iure pertinet et spectat. Nos volentes prefatum dominum Adam doctorem prout premisimus favore et gracia speciali prosequi sibi de dictis Canonicatu et prebenda taliter ut premissum est aut quovis alio vacantibus providemus, et per nostram nostri imposicionem in persona honorabilis viri procuratoris sui litterarum ad hoc constituti ante nos ordinarium tenore presencium providemus ac curam de eisdem instituimus administracionem spiritualium et temporalium dictorum Canonicatus et prebende sibi committentes. Et insuper de consensu venerabilium fratrum nostrorum prelatorum et canonicorum tocius quoque Capituli Ecclesie nostre Cracouien memoratis Decimas Campestres manipulares mense nostre Episcopalis cuiuslibet grani et seminis in undecim villis infrascriptis videlicet in Kelane seu districtu Krac consisten et ex eisdem annis singulis provenien mense nostre Episcopali solvi et reddi solitas prefatis Canonicatui et prebende ad tempora duntaxat vite prenominati domini Adam doctoris adiungimus et annectimus. Et ipsas eidem domino Ade tenore presencium damus et assignamus pro tota vita sua habendas tenendas possidendas dimittendas et ad usum suum quemlibet iuxta beneplacitum suum convertendas prout sibi melius et utilius et efficacius videbitur expedire, cum iuribus et dominiis in dictis decimis nobis quoque nostris sunt. Quocirca prefato domino Adam corporali in quantum presencium vestrum ... Quocirca vobis venerabilibus et honorabilibus viris dominis preposito Decano Scolastico et Custodi Ceterisque prelatis et canonicis ac toti Capitulo Ecclesie Kelcen predicte in virtute sancte obediencie et sub excommunicacionis pena districte precipiendo mandamus, quatenus dum per parte prenominati domini Ade decretorum doctoris fuistis presentibus requisiti aut aliquis vestrum fuit requisitus ipsum aut eius procuratorem in Canonicum recipiatis et in fratrem. Et ad possessionem predictorum Canonicatus et prebende Iuriumque et pertinenciarum eorundem corporalem actualem et realem ponatis et inducatis et ab aliis quorum in vobis fuit ponatis et inducatis facientes stallum in choro et vocem in Capitulo cum plenitudine Iuris Canonici assignantes eidem Censuariis quoque et redditnariis dictorum Canonicatus et prebende mandantes quibus et nos sub penis supradictis precipimus et mandamus quatenus de omnibus et singulis fructibus proventibus redditibus decimis et censibus Iuribus et obvencionibus Canonicatus et prebende predictorum sepedicto domino Ade aut suo procuratori litterarum ad hoc constituto et nulli alii respondeant integre et cum effectu. In quorum omnium et singulorum etc.

Ad vniuersitatem Parisiensem Vniuersitas Cracou[iensis]

Eximij prestantissimique patres doctores et magistri preceptores nostri domini 12975.
amici et fratres in domino Jhesu colendissimi diuine et humane sapiencie
eruditi lex illud nobis imitandum statuimus vt maiorum in omnibus
sequamur vestigia sicque verum scire cupiamus vt vniuscuiusque prudenciam
efficiamur doctores. Equidem tria esse hominum genera veterum tradicione
preclarum est. Nam que optimum illud esse aiunt qui per se ipsum que agenda
sunt conspicatur sequenti autem gradu qui aliorum consilia sequitur qui vero
ad neutrum horum aptus est eum penitus esse inutilem. Atque ideo
si nobis fortasse desit perspicacia videndi quod rectum est illud etiam
volumus deesse vt aliorum monitis et doctrinis non acquiescamus.
Verum quia eam rem agimus in qua non quod potentes seculi seu
imperitum vulgus vtcumque sequitur applaudendum arbitramur ne pecorum
ritu sequamur antecedencium gregem pergentes non quo quia eundum
est sed quo itur et querimus etenim quid optime factum est non quid
vsitatissimum et quod nos in hac infausta diuisione sancte ecclesie in veritate
con[...] tenere quod vere constituat. Quo pacto vos viros et patres
precipuos doctores et magistros quorum grauissimum et integerrimum est iudicium
conuenire merito instituimus ad quos a priscis patribus veracium scrip-
turarum auctoritas et intelligencia certissima successione peruenerunt. Ad
vestram profecto sacram vniuersitatem tamquam ceterarum vniuersitatum matrem
et si cunctis veritatis amatoribus generali quadam racione possit esse
refugium nobis id speciali consideracione conuenit quia vt apostolice sedis atte-
stantur priuilegia studium sacre pagine vniuersitati nostre ad instanciam
serenissimi et celebris memorie principis domini Wladislai Regis Polonie
est concessum vt quemadmodum riuus a fonte ab vniuersitate vestra nostra vi-
deatur emanasse. Atque ideo audire vestras censuimus digne nobis sacras aures
vestras et quod iuste obtinere cupimus grate concedat. Superioribus ipse
temporibus postquam Concilium generale in ciuitate Basiliensi pro extirpacione
scismatis et reformacione ecclesie in capite et in membris congregatum
fuisset nullusque ambigeret de auctoritate illius quin constaret ad ipsius
legitimam congregacionem Concilii Constanciensis et duorum summorum
pontificum videlicet Martini et Eugenij auctoritatem accessisse satore diui-
sionis instigante ne vnitas et reformacio diu nimis iam expectate
in dei ecclesia subsequerentur Conmus inter Concilium et summum pontificem
mox oborta est diuisio. Interea accedentibus ad Regnum hoc
sacri Concilii oratoribus requisiti fuimus sub debito professionis
nostre vt veritatem quam ex scripturis diuinis et racionibus super emerse
differencia sentiremus verbo proferremus et scripto. Secuti debitum nostrum
et inmixi scripture sacre auctoritati doctorum approbatorum sentencias
scripsimus sub correccione ecclesie et apostolice sedis Concilium Basiliense

Sentencia universitatis Cracoviensis de concilio Basiliensi [illegible]

predictum fuisse legittime congregatum, atque illud et quodlibet aliud generale repre-
sentare ecclesiam catholicam militantem, et habere potestatem immediate a Christo eciam
supra papam in hiis que pertinent ad fidem et extirpacionem scismatis
et ad generalem reformacionem ecclesie Dei in capite et in membris. Et po-
tuisse causa existente legittima deponere papam et alium instituere, cui ab
omnibus veluti vicario Ihesu Christi esset obediendum. Hoc quoque hic ad
custodiam fidei inter hereticos et scismaticos positi docuimus, atque omnibus semper
respondimus, poscentibus de ea que in nobis est fide racionem.
Temporis successu cum a serenissimo principe domino Kazimiro Rege mo-
derno domino nostro graciosissimo data fuisset obediencia domino Thome de Sar-
zana quem Nicolaum papam vocant, venit ad Regnum hoc Reverendus
pater dominus Baptista de Roma episcopus Camerinensis tamquam nuncius apostolicus
eciam cum potestate legati de latere, ad regiam maiestatem missus. Recipere illum
tamquam veri pape legatum recusavimus, ne contrarii haberemur doctrine
et scripturis nostris predictis, magno profecto cum scandalo populi, cum magna
eciam infamia nominis nostri, cum offensa quoque nostrarum consciencarum, ex quo
non videremus scripturas magis efficaces aut raciones valenciores
contrarium concludentes. Arguimur ob eam rem temeritatis magne con-
temptores summi pontificis dicimur, et ceu scismatici coram regia maiestate
per legatum illum criminamur, qui eciam demum et ut pellamur de sedibus
nostris aut spoliemur debitas penas graviter instat. Respondimus
mansuete ad singula prout racio exigebat, nulla nos racione a veritate
quam professi sumus, discedere velle aut posse, constanter protestantes
nisi aliud nobis ex scripturis probabilibus ostenderetur; terrores cum
minacionibus et alia plura que intervenerunt missa facimus, ad illud
quod urget et quod menti nostre precipuum est narrandum acceleramus. Pos-
tquam enim inter alternos sermones predictus legatus ad refellendum in-
tencionem nostram talibus verbis inter alia uteretur, omnes christiani
Reges dederunt iam obedienciam Sanctissimo domino nostro Nicolao pape, sed
et universitates omnes pro ipso se eciam declaraverunt et complures earum
universitatum vestra alme Parisiensis inter illas eciam memoratur est.
Nos propter huiusmodi verba coram regia maiestate parati sumus atque cupimus
dari nobis inducias quibus universitatem vestram veluti principem et
matrem nostram super ea re possemus consulere. Denique enim interloquendo
protestati sumus, nichil nos pertinaciter asserere, sed quod omnia sub correc-
cionem magis peritorum poneremus, parati semper illud amplecti, non
quod vulgus conclamitat, sed quod sapiencium iudicium comprobarit. Placuit
sane multis eiusmodi oblacio nostra, sed resistente dicto legato nichil
per Regem et Regni proceres conclusum extitit, ut super hiis que
tunc nobiscum et per nos agitata dictaque fuerunt per dictum legatum
qui ad urbem proficisceretur, informaretur Nicolaus papa, et demum
quicquid de nobis ipse decerneret, Rex exequeretur. Inter hec
itaque pericula constituti quo nobis oportune consulamus, scilicetque

Universitas Cracoviensis
legatum apostolicum
[illegible]
noluit [illegible]
Concilium Basiliense

presidio direccione et auxilio vris. Dignum rati sumus refugere ad sacram
vniuersitatem vram. vosque pres maiores et seniores nros. per viscera misericordie
dei et saluatoris nri. petimus precamur et obsecramus ferte opem nobis
meas levate curas. perdite laborem. et periculum submovete. scribite quesumus
si ita se res habeat. quemadmodum hic de vobis dictus legatus. testatus est.
Et si ita quidem. quid vos ad hoc permouerit vt et nos illius intellectus
sequamur quod solidius est. et apud vos quos doctrina munito sumus excusati
fieri enim potest. quod plura que eciam ad rem hanc faciunt. nos ignoremus. quod
si relacioni predicti legati veritas non assistat quemadmodum scribere presumimus
et magna nobis fiducia persuademus. et illud petimus scribite. pro magno
perfecto adiumento et fulcimento nro. Ex hoc enim intelliget Rex nr rem
aliter se habuisse. quam sibi fuerat illa narracione suggestum. Sub hac quoque
habitudine et premediato dno Regi nro parisienses scribere dignemini
Et si quod efficacie virtute vra. serenissimus princeps dns Rex frater
in fauorem nrum aliquid scribere dignabitur. eidem dno Regi nro super
opes Cresi illud computaremus. et sue beniuolencie ad sidera usque attolleremus
nomine. Et vt finem faciamus iterum et iterum petimus. fauete nobis ne sanguis
fratrum non redeat vacuus nudatus iste nr. nec repelle fratres gracie dirigentes
pro quibus xpus dns mori dignatus est. Datum Crac

Eximijs preclarissimisque viris Rectori Doctoribus et magistris Alme vniuersitatis
Studij parisiensis. patribus dnis. et amicis colendissimis

Vniuersitas Cracoviensis Ad Concilium

ab vniversitate ad gnale concilium 12976.

Reuerendissimi pres et dni colendissimi. Dignata est Sacrosancta Synodus
vra in spiritu sancto legitime congregata vlem ecclesiam representans. mediari hinc
vniuersitatis nre. et per literas suas desideratissima annunciare noua. aliis pro
fecto suspirijs et fusis ad deum assiduis precibus. actenus expectata. Que
et si pro omni tempore pro sui qualitate sint iocundissima. nos tamen hoc tempore
tribulacionibus nris. quas perferimus. quasi quedam diuine gracie munera amplius
consolantur. Venit etenim in hanc vrbem dns Baptista de Roma
Epus Camerinensis. tamquam nuncius aplicus cum potestate legati de latere
ad regiam maiestatem missus. quem quia vt legatum aplice sedis recipere
et venerari recusauimus. ne contrarium haberemus doctrine et
scripturis nris. grauiter erga nos succensuit. grauemque contra nos coram
maiestate regia mouit querelam. Constituti ob eam rem in presencia Regis
et cleri ac Baronum multitudine copiosa. arguimur temeritatis. et tamquam
contemptores sedis aplice premimur. Instat demum legatus ille. vt
velut scismatici. aut pellamur de sedibus nris. aut debitas fore
facti luamus penas. Respondimus mansuete ad singula prout racio

exigebat. Et quo efficatius claruisset comes nobis veritas simul
et iusticia. recensuimus qualiter superioribus temporibus. postquam Con
cilium generale in Civitate Basilien. pro reformacione ecclesie dei
in capite et in membris congregatum fuisset. nullus quod ambiget
de auctoritate illius. quam testabat ad ipsius legitimam convocacionem Concilii
Constancien. et duorum summorum pontificum Martini quinti et Eugenii
auctoritatem accessisse. Serenissimus et celebris memorie Wladislaus
Hungarie et Polonie Rex modernorum Regis frater germanus missis
ad illud suis Oratoribus et nuncijs solennibus. se illi more
aliorum Regum catholicorum incorporari procuravit. Et quo demum
satore divisionis procurante ne unitas et reformacio ductius iam ex
pectate in dei ecclesia per operam dicti Concilii subsequerentur.
graviis inter papam tunc Eugenium et dictum Concilium exorta fuit
divisio. propter quod sub hac occasione missi fuerunt ad Regnum hoc repetitis
vicibus nuncij et Oratores solennes dicti Concilii. ostendentes insti
ciam eiusdem. quam eciam nos sub debito professionis nostre requisiverunt.
Ut tamquam doctores katholice veritatis veritatem illam. quam super eius
modi infausta differencia ex sacris cognitam habemus scripturis
et verbo et scripto profiteremur. fecimusque debitum nostrum. et innixi
sacre scripture auctoritati ~~profitemur~~ et sanctorum patrum imitati sentencias
scripsimus tractatum in quo ostendimus et professi sumus. quod sacrum
Concilium Basilien. sicut et quodlibet aliud generale legitime congregatum
habeat potestatem immediate a Christo. in hijs que pertinent ad fidem
et extirpacionem scismatum et ad generalem reformacionem ecclesie in
capite et in membris. et quod poterunt causa suadente legitima de
ponere papam tunc Eugenium. et alium instituere. cui ab omnibus tamquam
vero pape esset obediendum. Adiecimus tandem quod huiusmodi
professio. et scriptum nostrum publicum factum est ferme per omnia christianitatis
regna. et in multis studijs generalibus. et signanter parisius
fuit et est tamquam catholicum laudatum et approbatum. Ex quibus
et alijs que in longum coram regia maiestate et tota illa concione
Baronum suorum ferebant. conclusimus quod a veritate tam per nos
professa discedere nulla racione nec possumus. nec volumus. ymmo
non videamus scripturas magis efficaces aut raciones valen
ciores contrarium concludentes. Verumtamen quia hec omnia professio
non potuit ad sedandum animum Regis et Baronum. instancia
dicti legati concitatum. Demumque legatus inter alternos sermones
nobis hoc memoratus fuit. quod omnes christianitatis Reges et
non solum ipsi sed et Universitates studiorum inter quas numeravit

Parisien(sis) se iam pro Nicolao papa declarasset, nos talibus ver-
bis permoti precati sumus instantius dari nobis indutias quibus
universitates alias et presertim Parisien(sem) velud universitatum omnium matrem
et principem possemus consulere et experiri si ita se res haberet
et quid eas permovisset ad hoc faciendum. Semper tamen protestati
sumus nichil nos in ea re pertinaciter asserere sed animum sub
correctore ponere non volui sed magis sapientum. Interea tamen
conclusum est ut super hiis taliter nobiscum et per nos agitata
dictaque fuerunt per dictum legatum qui et nunc ad dominum pretensum inforet
sumus Nicolaus papa et deinde id quod ille de nobis decernit vel
execucionem demandabit. Atque nunc videt sacrosancta sinodus, patres re-
colendissimi, in quo periculo non quidem anime sed rerum et corporis
pro veritate laboramus. Certe nos quesivimus quam potestis opem
nos siquidem quo nos utrumque possimus consulari, et ceteris universitatibus
aliarum et potissime Parisien(sis) filiacionis presidio scribimus illis carum
imploramus succursum, quia magna nobis fallaciones confidentia
pro vero nisi sit quod de illis dictus legatus tam coram regia maiestate
iestate et consulatibus suis suggessit. Profecto si dicte communi-
Parisien(sis) mererentur habere que tantopere cupimus et petimus scripta
magno nobis illa adiumento esse poterunt. Atque ideo etiam ut
talibus mereamur potiamur votis, vos, o patres colendissimi, dignemini
per viscera misericordie dei fieri adiutores. Et siquid aliud est
pro nostra consolacione accomodum nobis hoc ipsum per hunc nuncium nostrum
quem celeriter regreditur dignemini communicare. Et siquando ea que
ecclesia sunt debemus in dominum d. n. Felicem papam et ambasiatores
siatores regum et principum et signa execucionis illorum iam facta
sit et que adhuc sacrosancte sinodi vestre de execucione futura consid
insit et habeat.

Fideles et devoti Rector doctores et magistri communitatis

Sacrosancte generali sinodo Basilee in spiritu sancto legitime congregate
ecclesiam universalem representanti cum debita reverencia et honore devotissimi

[marginal mark] Regio convenientissimum erat cum strenui Polonorum et Ungarorum milicia occubuit ipse insuper illustrissimus
princeps dominus Kazimirus po(lonie) rex pater et quondam ta regie consanguineo succedens, cum Tartarorum agminibus
qui sepissime domina sua infestantibus collatis signis felicibus auspiciis, felici quoque victoria licet
multis ex suis desideratis non incruenta dicavit quod et me ad t. b. cum pascere gentes regie
Tartarum flumine Dnieper Polonorum et Tartarorum regiones distinguens iam transisse obvia [illegible]
arma [illegible] induerat utque sine induciis bellum cum infidelibus ageret et late toti [illegible]
pro tanto milite sumptu et pietate pertigeret, et ne tantum in catholicos [illegible] [illegible] possit prudens,
apostolicos sibi et regno suo atque dominiis suis a summis pontificibus favores et permissos spaciosos magis
licuit quod tempore tum et immediate tuo b. predecessor suus re(colende) memorie Calistus tamquam naturales et hereditarios
a [illegible] violentis occupatoribus cum repetente, nonnulla impedimenta exercuit quod vite rex inclitus
favores et suffragia succedens non abiecit offerre [illegible] regno suo reverito et [illegible]
[illegible] et suffragia [illegible] et tua iussa capescendo obediencias posuit ipse quod et tui officii [illegible] qua
ara [illegible] et [illegible] iussa capescendo obediencias posuit [illegible] et tui officio [illegible]
dissentire sue cure apostolica, et per eius delegatos late iussione deprimit [illegible], ut [illegible]
quod et nostris heresis [illegible] et apostolice sedis obediencia et devocionem constanter se gessit, [illegible]
tuo pontificatu [illegible] tui regis felicibus auspiciis [illegible] accipiat, et tu a nobis et nacione Polonica
ob id perhenni laude celebrandus, invicte [illegible] gloriam superni remuneratoris gratia conspiciens Quam
tibi et nobis largiatur Ihesus Christus dominus per secula benedictus Amen. 1479.

Reverendi in Christo patres Magnifici ac et Nobiles viri Amici grate nobis
dilecti. Ea quam nos hactenus affectibus viguit modestia, ea nos detinuit pa
ciencia et mansuetudo, Ut dampna gravia vastaciones et spolia Regno
nostro Polonie et subditis eius per certos Regni Hungarie barones et incolas
illata clementer tolleraremus, prelatis et baronibus Regni Polonie nostre ma
iestati huiusmodi tollerantiam persuadentibus propter reminiscenciam preteritorum temporum in
quibus hec duo regna quemadmodum unitatis condicio exigat utilitates ipsorum
singulas sibi mutuo faciebant, Summa tum racione communis, et non multitudinem
reciprocis dampnis aut vastacionibus, ut nunc fit se consumebat, sed suas iniurie
tias sincera fide supportabant. Et aut contra vestre et nostre mansuetudinem et
illatam regno nostro et nobis iniuriam deprehendant, Nobili et generoso Pan
gracio de Sancto Nicolao Comiti liptovien. regnum nostrum hostiliter vastanti scripsi
requirentes et rogantes illum quatenus a vastacione regni nostri se contineret et inter
Regna hec bella et odia non suscitaret, atque ablata subditis nostris redderet,
Qualiter autem nobis responderit clare vestre caritates ex copia littere sue quam sua
sub inclusam informabimini, Non solum ab eo ablata nostris subditis denegat
restituere, sed ampliora minatur irrogare, asserens germanum nostrum serenissimum principem
dominum Wladislaum Hungarie et Polonie regem occasione nunciorum sive salarium sibi
quandam obligacionem litteratoriam fecisse, vigore cuius debita sua non in regno
Hungarie respectu cuius contracta sunt, sed in Regno Polonie quod pro pace et defension
Regni Hungarie primum thesauros et fortunas, deinde vitam effudit, repetere re
dignum putat, Appendere itaque velint vestre caritates si prefatus Pangracius nisi
Regnum nostrum dampnificat, et subditos nostros offendere nisi convincitur, Et si regnum
nostrum Polonie multipliciter contempnatum et lesum. Debeat ultra occasiones pp maj
Regis et suorum plus aliquid morte pati, Sunt et alii barones et milites similes
states ea prerogativa refertas ut possint debita sua pro Regno Hungarie contracta
in eodem regno Hungarie repetere, Nos tamen prius mitiorem habuissent tam
nos eundem offensam quam Regno Hungarie contemptum satagebant, pluribus
iniuriosum et turpe existimamus ut subditi nostri pace nostri violata aliquid
debeant attemptare via facti per arma, Et pro tanto Rogamus et requirimus caritates
vestras dignemini efficere et providere ut prefatus Pangracius omnia que in regno
nostro Polonie et terra nostra Brzepsiensi subditis nostris recepit restituat et sub
ditos nostros tam in Regno Polonie quam in terra Brzepsiensi dampnificare de
sistat, Moveat vos ad id nostra longanimitas et paciencia, Moveat benefactio
humanam nostram vobis et Regno vestro exhibita, Moveat ille respectus quo tur
batore pacis Comite Regnorum predictorum Johannem Trczka comprehendi

Et captivari Wandalinum et Castrum novum, quod intercipat, restitueremus, attamen
redditis nobis equis vitem, et continue vos ut satisfactionem de ablatis impensa
regnum vestrum et subditos tanta hostilitate non repetent, cum primis mutuatis de
libertatis tamen quod tandem ab armis contineremus, donec senserimus quod apud vos
equitatem quam querimus non potuimus invenire /

Reverendissimi in Christo patres, Magnifici quoque et Nobiles domini nostri Amici et fratres
carissimi. Intentus sinceri caritatis affectus quo vobis Regnoque vestro conglu-
tinati sumus, eam prestitit nobis sollicitudinem, ea nos tolerantia devinxit, ut se-
renissimi principis domini Kazimiri dei gratia regis Polonie domini nostri graciosissimi, spoliis et
dampnis gravibus in regno suo per nobilem et Generosum dominum Pangracium
de Sancto Nicolao Comitem Liptouiensem commissis, vestratum ab omni recepta vicissitudine
Regno Hungarie inferenda, nostris consiliis et precibus averteremus. Et nos nunc vestras
deliberationes et consilia prefatus dominus Pangracius litteris Regiis fuit requisitus
et rogatus ut a dampnificatione Regni sui quiesceret et ea que abstulerat redderet
subditis suis dampna passis. Prefatus tamen dominus Pangracius neque restituere
ablata, sed amplius regnum suum et subditos offendere se velle rescripsit, prout ex
litteris responsalibus, que exemplar tractatum suarum continet, clarius ~~potest continere~~ poterit
contineri. Quocirca rogamus caritates vestras et vigore federis dudum inter nos
et progenitores nostros initi requirimus, velitis efficere et providere quatenus prefatus dominus
Pangracius restitutis hiis omnibus que tam in Regno Polonie ~~superioribus~~ dictis
quam aliis que movit in terra Sczepusiensi domini nostri ~~recepit~~ Regis recepit, a Re-
gno Polonie et subditis eius gravare desistat. Satis enim est domino nostro Regi et
nobis acerbum et molestum quod prefatus dominus Pangracius iniuriam si quam habet in
dominum nostrum contra constituta ferro spoliis et dampnis ulciscitur, non per leges et instituta inter
dudum inter Regna nostra litteris et munimentis firmata, sed per arma suadenti
diriment questiones. Serenissimi principis domini Wladislai Hungarie et Polonie
Regis quedam debita in Regno Polonie volens per arma repetere, non attendens
huiusmodi debita ipsum dominum pro regno Hungarie consumpsisse et pro eius pace et defensione
et corpus suum morti exposuisse. Providete rogamus huic malo et nos simul regnum
vestrum et nos in casu vero communi sanitatem amplius sanetis, quoniam si talia mala
in suis non extinguentur initiis, serpent latius et periculosius dilatabuntur. Ad quas

multi ꝙ nobis et aliis insistentibus qui maiore fortasse cum domino Pangratio
hunc iusticia post nos ne offendatur pro commoditate coherceimus ut debita sua quamvis
pro regno Hungarie contracta non spoliis et armis sed lure et iustitia prosequentur Et
super hiis affectamus nobis responderi /

Ad papam de denunciatione promotionis alicuius / et petitionis ut perficiatur

18 Beatissime pater et domine graciosissime / In communem omnium hic venit noticiam qualiter
S. V. personam Reverendissimi in Christo patris domini Sbignei episcopi Cracoviensis ad dignitatem cardinalatus ad quam etiam dudum fuit / per V. S. immediatum predecessorem
fe. re. d. Eugenium papam IIII^tum designatus singulari benignitate ad Regnum Polonie
affecta / dignata est eluchere / certificando prefatum d. S. E. pluribus litteris suis
quod capellum prefate dignitatis insigne sibi per venerabilem virum Thadeum
de Tervisio erat missuras / quod non solum ex litteris V. S. eidem d. S. episcopo per S. V. directis legimus
sed etiam oraculo Reverendissimi in Christo patris d. Baptiste Camerinensis episcopi S. V. ad Regnum
Polonie nuncii et oratoris audivimus / profecto res hec et prefati domini S. episcopi in
cardinalem creatio pro sui importantia magno nos affecit gaudio / adeo ut
nunc ius ex pluribus aliis ex hoc presertim peculiari moneri rati sumus / nos et
Regnum Polonie singularem graciam in oculis S. V. invenisse / cum in ea re non tam
persone prefati d. S. quam nobis et toti Regno Polonie honorem tantum animadvertimus /
Et iccirco cum ea qua decet veneratione quanta valemus devotione ad pedes S. V. //
provoluti gracias eidem quas maiores possumus / reddimus et proceo quod quam in presonis 18
hominis pro integritate fidei morum constantia vite sanctimonia consilii altitudine
generis nobilitate ac ceterarum virtutum decore et excellentia omnibus nobis veneranda
graciam hanc facere voluit V. S. fieri et accelerari ea que S. V. repromisit
supplices exoptamus / Neque in hac re certe difficultates et impedimenta eidem
Reverendissimo patri subministrata S. V. animum a consumatione operis avertant / et eius S. V.
~~animum a consumatione operis~~ totiens repetitas promissiones et decreta frangant et
inficiant / Durum enim immo impossibile censemus ut S. V. pro summa prudentia
qua illam dotavit altissimus / creationem prefati Reverendissimi patris d. S. per prefatum antecessorem
S. V. factam et per V. S. confirmatam et innovatam / permittat ex quibuscumque arduis
respectibus in dubium verti et revocari / facile siquidem Beatissime pater possemus omnium
suggestionum et impedimentorum huiusmodi extenuare et scitare causas et respectus nisi
certi essemus quod S. V. pectus sacerrimum divina mente inspiratum intelligit et clarissime
cognoscit omnes causas rationes et respectus dantes prefato Reverendissimo patri adversitatem et
impedimentum / solam invidiam que aliorum mordet precordia presertim fabricasse / Datum

Ad cetum cardinalium de eodem /

18 Reverendissimi in Christo patres et domini colendissimi / Non solum ex litteris domini in Christo patris d.
N. sacrosancte ac universalis ecclesie Romane summi pontificis Reverendissimo in Christo patri d. S. episcopo Cracoviensi et
sancte Romane ecclesie cardinali directis / Sed etiam ex oraculo Reverendissimi in Christo patris d. Baptiste episcopi Camerinensis intelleximus
qualiter prefatus dominus noster Nicolaus singulari benignitate ad Regnum Polonie affectus
quo ampliori illud gratia dotaret / et honore attolleret prefatum Reverendissimum patrem
d. S. E. C. in cardinalatus dignitatem ad quam etiam dudum fuit per fe. re. d. Eugenium
papam IIII^tum designatus promovit / et capellum eiusdem cardinalatus dignitatis insigne

eidem Reverendissimo patri per notabilem suum nuncium venerabilem magistrum T. de T. mittere grosse ex-
hibuit et repromisit. Que res magno nos exhilaravit gaudio, postquam in persona
prefati Reverendissimi patris videmus regnum Polonie et nos omnes efferri et honorari. Et
protanto eidem Sanctissimo domino nostro vestroque sacratissimo cetui qui auctores et adiutores
predicte creacionis extitistis, cum omni humilitate qua possumus ampliori gratias
agimus, deprecantes omni devocione inclitum cetum vestrum, quatenus sua promocione et intercessio-
nem huiusmodi optimo ceptam principio, sed acternus aliqualiter quibusdam coloribus
et ingeniis impeditam, ad perfectam consumacionem perducat. Neque sinant virum tantum
pro integritate fidei, morum constancia, vite sanctimonia, consilii altitudine, ingenui-
tate generis, ac ceterarum virtutum decore et excellencia nobis venerandum
aliqua oblocucione obrui, et promocionem suam predictam inficii et impediri. Magnum
siquidem dedecus incurrere rati sumus, si creacio prefati domini episcopi, per dominum Eugenium cepta
et per Sanctissimum dominum nostrum dominum N. confirmata, ex quibuscumque causis et respectibus, omnem
levitatem redolentibus, debeat inficii et in aliquod dubium revocari. Testamur enim
paternitati vestre Reverendissime quod omnes adversitates, suggestiones et impedimenta, si que coram domino nostro
Sanctissimo aut cetu vestro sacerrimo verbis vel scriptis deducta sunt, locum non habent,
et merus livor illas fabricavit et invidia, prout de hiis omnibus poterunt certius
vestre paternitates Reverendissime ab aliis rei huius largiores instructiones dari.

Ad Morinensem

10 Reverendissime in Christo pater et domine prestantissime. Iam dudum superioribus diebus certificatus, beneficio dr.
amicorum, qualem vestra paternitas in erectionem meam ad cardinalatus dignitatem per Sanctissimum
dominum nostrum factam vel pocius innovatam favorem et intercessionem prestiterit, scripsi eidem
vestre paternitati sepenumero litteras per aliquos nuncios versus Austriam procedentes, agendo
humiles vestre paternitati gratias de tot tantisque beneficiis, quibus me paternitas vestra prius incognitum
vultu et conversacione preveniri dignata est. Sed cum paternitatis vestre responsales michi
non viderem reddi, presumebam litteras huiusmodi meas, prout et id post experiencia
probavi, interceptas et latrociniis eorum qui vias obsident sublatas ad vestram paternitatem
non pervenisse, de quo acerbitatem et molestiam non mediocrem concepi. Curavi
illas per hunc certum et fidum meum nuncium venerabilem magistrum presencium exhibitorem resumere,
ne paternitas vestra me tot et talibus beneficiis susceptis iudicet ingratum. Reputavi
siquidem, Reverendissime pater, felicem plurimum me in eo feliciter, quod paternitas vestra nullis meis agnitis
virtutibus, nullis precedentibus meritis, nulla probitatis videns signa, favere michi
et dignitatem excelsam et nomen amplissimum interventu suo et suffragio obtinere
dignata est. Est michi gratissima hec paternitatis vestre benivolencia et affectio, et tanto
ampliori devocione et obsequio colere, amare et venerari paternitatem vestram institui, quanto
minora erant mea, que paternitas vestra pronotassent, merita. Cum autem maxima
beneficia maximas requirunt gratias, que cum a me digne paternitas vestra solvi nequeunt,
cum omni humilitate qua possum ampliori me paternitati vestre perpetuum cappellanum et
servitorem dedo, rogans et supplicans quatenus paternitas vestra eum, quem incognitum
promovere voluit, iam sua intercessione et ante promotum favore et gracia
sua non deserat, et quicquid gratum, quicquid placitum et acceptum est,
scire impetret. Ad magnam reputabo graciam et complacenciam, si paternitas vestra

aliquid mandare dignabitur. Reveren pr dud. B. epus Camerinen Smi d. n. ad Regnu po^e nutis et orator consumatis et bonis ordine perfectis omnibus pro quibus huc venerat xviij mensis pntis ex Civitate Crac recessit per eandem viam qua venerat in urbem reversurus. Ad recognoscendum aut huiusmodi v. p. bnficia et ad designandam gratitudinem meam mitto v. p. munus exiguum, parvum spe caritate magnum duas ut personet partes pellium de vario pte mea p. v. obsecrans ut illud a me capellano et servitore suo benigne suscipiat et quod animus devotus offert in acceptum referat. Nulla nova sunt omnia summa sunt pace composita Smus p. d. n. r. h. Crac suas benignius Kussie presentes omagium a p. recepturus deinde Crac lib. petet ut illarum ordinato statu possit quietius regni negociis occupari. Dat p. v. conservet altissimus felicit et longeve pro mea consolacione singulari datum.

Ad papam.

18 Beatissime pr et due gratiosissime. Superioribus diebus dud Rdus pr d. Bapta eps Camerinen rebus omnibus pro quibus mandato s. v. huc venerat felicit et vote consumatis ad v. s. redire ex Civitate Crac inciperet scripsi v. s. per illud que tunc necessario erant scribenda. Nonnulla vero statum meum intellectus tangencia fideli sue relacioni reliqueram. Qui si ad v. s. pervenit sicut spero prudentias informavit plene de omnibus que hic gessit queque vidit et sensit veram s. et ea que contra meam per v. s. factam ad cardinalatus dignitatem promocionem sola quorundam fabricaverat invidia detexit. Si vero nondum v. s. attigit clemenciam causa puto constitit more sue mors Rmi p. d. Vincencii Arepi Gnezn ad cuius cohonestandas exequias ipse d. Bapta iter Gneznam descenderat et precibus Gnezn Cali victus ut de pastore digno et idoneo ecclesie illi facilius salubriusque provideri possent transitum suum ad urbem aliquantulum protraxit et retardavit de quo sua prudencia et humanitas merito commendanda est qui in casu huiusmodi patrocinium suum non negavit ecclesie sic viduate. Ad cuius puto ordinacionem et consultacionem dies beatorum Simonis et Jude Apostolorum pro eligendo futuro pontifice per predictum capitulum designatus est ut electio magis uniformis fieri possit. Quoniam plures asseruntur ad presidenciam ecclesie predicte aspirare. Est res apud me et apud multos in aliquali admiracione posita quod s. v. capellum pluribus litteris suis et demum relacione prefati dni Bapte michi repromissum hucusque michi distulit et quamvis ego nichil dubitem quod s. v. omnia agit optimo respectu non desunt tamen qui dilacionem tantam in opprobrium persone mee actam esse suspicantur. Propter quod humilius quo possum s. v. clemenciam exoro et deprecor. Dignetur s. v. capellum de benignitate aplica promissum transmittere et omnibus impedimentis que interponebantur quomodolibet attenus non appensis quorum iam fere omnia ceciderunt germina capud meum insigni illo vestimento ornare. Quam tunc omnes huiusmodi fluctus conquiescent qui ex retardacione aliquales vires contraxerant. De me siquidem nullus v. s. metus habendus est quin capellum predictum ~~quin capellum predictum cap~~ quamprimum allatum fuerit accipiendo et pro honore dei et ecclesie sue deferam quibuscunque non obstantibus impedimentis iam interpositis vel forsitan interponendis. Audio renovari et reviviscere pestem heriticam hussitarum que sicut ~~exprimis~~ ita et nunc non solum ad concuciendum orthodoxe nostre fidei mathemas contenat molliens ipsum fallacium argumentacionum impulsibus demollire verum eciam prodire et consurgere nititur armata manu contra eandem catholicam fidem xpi. Nam cum omnes qui

nollent cum Bohemis et Moravis equali fere
de comodo utriusque spei
banti sunt. Nam bona temporalia Reverendi patris domini Pauli episcopi ploczensis propterea
quod clericos commendationis eorum ordinare noluit igne et spolio vastata sunt presbiteris
aliquibus fidelibus sectam hereticam detestantibus, ut inutiles essent in offerendis sacrificiis
altaris poplites crudeliter abscisi, vereor ne aliquo dei occulto iudicio pestis heresis contagiosa
et diffusius serpat. propter quod non immerito videtur hec michi propter vicinitatem mo-
lestum et miserabile S. V. duxi intimandum, ut S. V. apostolica providentia oportunum
adhibeat remedium, et predictarum partium populos ad resumendum sectam priorem per clerum
per interpositionem congruam ad confessionem et observantiam revocet catholice puritatis. S. V.
altissimus conservet feliciter et longeve pro ecclesie dei stabilimento salutari et mea singulari
consolatione.

18 Beatissime. Et si per omni tempore conditionis et momento actus V. S. stuporem et gaudium apud
omnes redolebat, certo tamen unus S. V. admiranda et celebris apud omnes nunc plus apparuit
quod in causa presentis [illegible] S. V. motu proprio collectorem suum in Regno Polonie [illegible]
magno [illegible] et [illegible] salutata [illegible] nulla per ingenio consilio vel
[illegible] potuit ut [illegible] restituit et reduxit in [illegible] et ego
[illegible] S. V. creatura [illegible] et [illegible] in [illegible] S. V. [illegible] et [illegible]
[illegible] S. V. [illegible] ostendit. [illegible]
[illegible] et [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] plena
et [illegible] et [illegible] abrogata et prompta adversariis [illegible]
[illegible] pacem adepisi.

18 Beatissime pater. Moleste et cum admiratione aliquali ferre videtur Beatitudo vestra, quod nuntiis druh.
presidentibus ad V. S. dudum Oratoribus Serenissimi domini Regis Polonie et provisionis facta
ecclesie Wladislaviensis de persona Reverendi patris domini Nicolai olim Wladislaviensis electi
revocari petentibus, certas litteras, quibus nomen meum erat appositum V. S. detulissent, vigore
quarum multa et varia contra personam prefati domini Electi opponebat, exarguit quod me V. S.
sub litteris quod non recte visus sum egisse, asserendo me hiis petitionibus, in quibus V. S.
et sedis apostolice auctoritati et dignitati derogatur, fateor siquidem pater Beatissime quod litteris credentialibus
in personas predictorum tunc Oratorum datis nomen meum asscripserim, ratus illos non
nisi ea que omnes redolebant iusticiam et honestatem et que accuratissime digesta, neque
V. S. in fastidium neque sedis apostolice in derogamen cedere potuissent, proponendas. Ita enim erant
instructi, ita in propositionibus coram V. S. fienda limitati, ut servata cuiuslibet honestate dominum
Regem in futurum, siquod competebat conservari suppliciter postularet. Si aut Oratores ipsi
quemadmodum et ex litteris V. S. et aliorum avisamento intelligo fines mandati egressi in
verbis excesserint, non dignetur queso S. V. id mihi imputare adnotatum, et clementia
apostolica culpam transgressionis alterius inopiam abstergat. Pro conservatione etenim auctoritatis et
dignitatis apostolice dum me minor tenet status ulla me deterebat tempestas. Impraesentiarum
vero benignitate S. V. in fastigium ecclesie Cardinalatus erectus, generato quod debito
adstrictus, magnum putarem facinus in eum consensum prolabi, per quem sedis apostolice auctoritas posset
quoquomodo labefactari, presertim in causa hominis carissimi, cuius in me singularia extabant
merita, cuius quod providentia exoptabis regressum eius in pace pro bono administrandis rebus
ecclesie et Regni magno desiderio expetebam, cuius michi mors plures excussit

lacrimas et caligine valde consternacionis induxit intelligens quale germen quale lumen huius patrie occiderit, de quibus omnibus et signanter mea in hoc eventu in providendo ecclesie Wladislaviensi deliberacione venerabilis dominus Rosellus legum doctor, cuius integritas rebus omnibus quas nomine v. b. hic gessit non parum adiecit momentum v. b. lacius verbo informabit. Quam pro regimine sponse sue conservet Christus dominus felicitet et longeve. Datum Cracovie die lune nona mensis Octobris anno etc. Lo.

E. v. b. humilis et devota creatura S. Cardinalis Crac.

18 Druk. Reverendissime in Christo pater et domine praestantissime. Revertitur ad sanctissimum dominum nostrum venerabilis vir dominus Rosellus legum doctor Camere apostolice Clericus, omnibus que sibi per s. d. n. commissa erant cum omni fide et constancia expeditis, certa quod dixit esse v. p. et s. d. n. certum facere, quod nisi Reverendus pater dominus Nicolaus olim Wladislaviensis electus, sicut deo placuit morte subtractus fuisset, fatiga domini Roselli non cessisset sine fructu. Mors tamen sua quemadmodum et superioribus litteris v. p. scripsi plurimas expressit lacrimas, omnia que ordinata erant non labefactavit solum, sed solvit et animum meum consternacionis acerbe caligine obduxit, qui cottidie in ipso germine optimum et huius patrie lumen immature michi ereptum, cuius suffragio tanquam adversus casus multos steti, que in rebus ecclesiasticis et publicis huius Regni letabar succedere egregium administratorem. Offensum autem videbatur serenissimus dominus meus una cum Reverendissimorum dominorum Cardinalium Collegio, quod in litteris credencialibus per Oratores Regios productis, sigillum meum appositum fuerit. Preterea vigore earum aliqua in personam domini electi opponebant, quasi non recte egissent, asserendo his que sue sancti et sedis apostolice dignitati et auctoritati derogaret, diffiteri quidem non possum Reverendissime pater quod litteris credencialibus me apposuerim, respectibus pluribus me cogentibus, qui si ipsi serenissimo domino meo noti fuissent non arguendus sed forsitan commendandus venire Oratores quos ipsi restrictum et plurimum limitatum habuerunt mandatum, non plura coram serenissimo domino nostro, nisi ea que hic longo tempore digesta et limata erant cum omni humilitate et mansuetudine proponere, et adeo ab omni verbo quod tedium aut nauseam serenissimo domino nostro posset causare. Si vero sicut ex litteris s. d. mei sencio, in proposicione sua excessissent modestie fines, transgressio eorum non michi sed illorum affectioni aut passioni imputanda est. Aderat eciam presens d. Rosellus dum una cum predictis Oratoribus vicibus replicatis per me requisitus fatebatur non plura eis fuisse iniuncta, nisi illa que per venerabilem magistrum Thomam Theologie professorem in prima proposicione fuerunt porrata. Studiose siquidem predictum dominum Rosellum advocaveram ut intelligeret Oratores Regios angustum accepisse mandatum, ut eciam verba que proponere debebant hic formarent, de quo et Notarii rogati fuerant, preter quod non ego ipse qui sum hic pro defensione auctoritatis et dignitatis sedis apostolice, sed et Barones plerique magna commovebantur indignacione, Oratores Regios effluxisse, prout de hiis et aliis pluribus prefatus dominus Rosellus, cuius prudenciam vel modestiam plus laudarem incertum habeo clarius v. p. informabit. Quam conservet altissimus feliciter et longeve. Datum Crac. die lune nona mensis Octobris anno etc. Lo.

V. p. humilis servitor Sbigneus Cardinalis Cracovien.

Magnifice domine amice nobis dilecte. Insenuit nobis ad conventum
gñalem lublinen per illustrissimum principem dnm kazimirum Regem polonie
platosque et barones suos utriusque dominii polo^e et lithuanie indictam hodi
erna die lre caritatis vre et prudentum virorum de C et S sunt reddite
significantes nobis qualiter quidam poloni et signanter Trczeska hijs prope lapsis
diebus castrum vrm wyhrar fraudulenter conquisiverunt dubitatque
caritas vra et scire desiderat an predicti conquisicio castri vri de mea
voluntate et scitu processerit et in velimus eis subvenire aut non. Caritatique
caritas vra ob eo respectu huiusmodi dubium quod prefati poloni de castris no
stris M et L exeuntes fraudem huiusmodi in castro vro attemptassent
et equos eorum castro vro conquisito ad castra nra reduxissent petitque
nos eciam vellemus tibi rescribere ut caritas vra castrum suum haberet recu
peratum. Est quidem vera magnifice dne quod serenissimus princeps d. nr Rex polo^e
castra L et P iure suo possidet nos illa ad extenuationem caritatis pericula nrad
inscripsit sed nunquam fuit voluntatis nre neque aliquid erit ut pace cum Regno
hungarie eo tempore castris turbare aut castra vra et aliorum bonorum hominum
intercipere. Prefatus autem Trczeska et hij qui fuerunt cum eo in castri vri con
quisicione si poloni sunt nescimus. Unum scimus quod prefatus T nunquam fuit aut
est nr subditus aut familiaris ymo illis illud in Regno hungarie multarum
reputationum. preterea quod superioribus annis hostibus serenissimi p. d. re. hungarie
et polo^e Regis adherendo fidelissimus et adherens insistabat. Et preterea satis
mirarum quod caritas vra in hac re ponit dubium an predicta conquisicio castri
vri de mente nra processerit aut non. Ubi dubitatio nulla aut suspicio saltem
verisimilis potest habere cum res clarissima sit quod nos sicut tempore de professione
nra belligerare non licet et fraudibus aliquibus nunquam nos favemus sed
potius quoslibet actus nepharios et fraudes execrabamur. Et in hunc modum
audita castri vri intercepcione plurimum dolimus prout et modo dolemus ymo est
nobis et fuit semper ita presertim ad pacem communem voluntas et ad vestram prosperitatem
affectio ut si aliquid odoratum sensissemus dampnum huiusmodi vobis ac fieri omnibus
nris viribus studuissemus illud avertere aut saltem vos de illo avisare vo
lumus itaque caritas v. amplius dubitare in hac re et nro predicti castri
vri conquisicionem applicare nomine. Neque aliquid metum aut suspicionem habere
ut velimus prefato T aut hijs qui in castro vro cum eo sunt aliquam
opem subsidium aut refocillamentum facere Nulla enim subest necessitas aut utili
tas nra quibus aut suasum ut prefato T in conquisicione castri predicti
et obtencione eius favere aut auxiliari debeamus. Poterit itaque caritas
vra de recuperacione castri predicti practicare vias quas velit et de
nobis nil timere aliquid hostilitatis respectu. Verum invocamus caritatem vram
sunt quibus nos requirit ut per nram rogitacionem castri predictum disponamus
vobis reddi. Nisi enim per restitucionem illius alio incogitante difficultas
nra rogitacione ad eius recuperacionem possit pervenire licet per restitucionem
eiusdem vre caritati fienda velle non solum rogitacionem si prodesset sed
eciam omnem possibilem nram operam adhibere. Datum in festo Sancte
Trinitatis 1448

Mandatum Episcopi pro celebrandis missis pro defuncto R[ege]

Sbigneus dei gracia episcopus Cracoviensis Universis et singulis Abbatibus prepositis de
canis archidiaconis Cantoribus Custodibus Scolasticis Canonicis ecclesiarum kathedralium prelatis
Rectoribus Ceterisque presbiteris curatis et non curatis quecumque beneficia ecclesiastica
in nostra diocesi obtinentibus Salutem in domino Sacrorum canonum veneranda docet
auctoritas animas defunctorum purgatorijs penis addictas quam ex modis ab
huiusmodi penis solui et tandem ad visionem beatificam deitatis perduci quanto
magis spiritualibus suffragijs fuerint adiute precibus vero fidelium aut carorum
elemosinis aut ieiunio cognatorum aut oblacionibus sacerdotum Sane cum
vt altissimo placuit Serenissimus princeps Wladislaus olim Rex polonie et dominus
